εὐθὺς ἐκεῖνος. ἔστι δὲ ἀνδρεικελόν τι ἄγαλμα, ἐπικεφαλαίαν τῇ κεφαλῇ περιέχον, γυμνόν τε ὅλως, καὶ ἐν τοῖς βρετγάνοις διδύμοις ἐπικεκαλυμμένον. τοῦ δὲ φιλοσόφου πυθομένου, Τίς ἂν ἔφη ὁ στήσας. ἔφη τις Ἀναγνώστης, Ὅτι Οὐαλεντινιανὸς τοῦτο προσέθηκεν. εἶπεν δὲ ὁ φιλόσοφος, Πότε καὶ τὸν ὄνον. τοῦ δὲ φήσαντος, Ὁμοῦ· εἶπεν ἐκεῖνος, Ὅτε ὄνος ὡς ἄνθρωπος ἔσται, ὢ συμφορᾶς, ὅτι ἄνθρωπος ὄνῳ ἀκολουθεῖ. ἀλλὰ μή, ἔστω. τοῦ μάντεως τοῦτο τὸ πρόβλημα εὑρέθη ἐν τοῖς τόμοις τοῦ Λέοντος τοῦ μεγάλου ὃ ἐφιλοσόφησε Κρανός, παρὰ Λιγυρείου ἀστρονόμου καὶ ὑπάτου τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Λέοντος.

75 Ἀσκληπιόδωρος ἐπὶ Ἀναστασίου ἰδὼν τὸ ζώδιον τὸ μέγα, τὸ ἐν τῷ Ἱππικῷ, τὴν χεῖρα ἐπὶ τοῦ προσώπου κατέχον, ἔφη, Ὦ 75.
βία, ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη ἔνδεια, εἰς μίαν ἀνθρώπου φρόνησιν συμμαθεῖται. καί τις αὐτῷ ἐπιδείξας γράμματα ἐν τῷ μαρμάρῳ τοῦ δὲ ὑπαναγνόντος, ἔφη, Ἀγαθὸν μὴ ἐφάπτεσθαι τοῖς τότε μέλλουσιν εἶναι· ὡς κἀμοί τι κέρδος τοῦ μὴ ἀναγνῶναι.

Δέον γινώσκειν ὅτι ἡ κληθεῖσα Ταῦρος, Θεοδόσιός ἐστιν ὁ μέγας· ἐν ᾗ ποτε ἐδέχετο ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν Δυνάστας. ἀργυρεία δέ τις ἦν πρότερον, 76 ὡς 76.
ὁ Σωζόμενος διδάσκει. Κλήμης δὲ τὰς ὁμοίας καὶ πολυμόρφους μαρμαρίνας, Κωνσταντίνου εἶναι φάσκει, τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίου.

Ὁ Πιττάκης ὁ λεγόμενος, Λέων ὁ μέγας ἐστίν, ὁ παρὰ πολλοῖς Μακέλλιος λεγόμενος. καθ' ἣν ... τὰ δεήματα τῶν βασιλέων ἐκεῖσε ἐγίνοντο.

σιν ἠγόρευον. ἀλλὰ καὶ παλάτιον ἦν ποτε συνιστάμενον, πλησίον παλαιᾶς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Εἰρήνης, καθὼς Ἰωάννης ὁ Διακρινόμενος λέγει.

Δέον γινώσκειν, ὅτι τὸ λεγόμενον Αὐγουσταῖον στήλας τρεῖς διαδέχεται, Κωνσταντίνου, τὸ πρῶτον ἐν ᾧ . . . καὶ βασιλικαὶ ἦσαν κάτω ε'· τοῦ κίονος Κωνσταντίνου, Κώνσταντος καὶ Κωνσταντίου Κωνστάντι καὶ Λικινίου· ἀλλὰ καὶ ὕστερον Ἰουλιανοῦ. Ἐπὶ Θεοδοσίου οὖν τοῦ μεγάλου στήλη ἑτέρα τῷ κίονι διαδέχεται, ἀργυρέα καὶ αὐτή. ἀλλὰ καὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου . . . τῇ γῇ, ὡς ὁ Θεόδωρος φησί. ἐν δὲ τοῖς Σωζομένου γράμμασι, φησὶ, Ἰουστινιανός ἐστιν, ὃ νῦν καθορᾶται, τὸ μέγιστον τοῦ Φόρου
77. ζώδιον. 77 καθὰ φησὶ Θεοδώρητος καὶ Εὐσέβιος, ἐν οἷς ἀνακεῖσθαι συγκεῖσθαι βιβλίοις, Ἕλληνος εἶναι στήλην· καθ' ἣν ἀφιερώσας ὁ μακάριος Κωνσταντῖνος δι' εὐχῆς ἔστησεν. ἐν δὲ τοῖς Ἀπολιναρίου καὶ Ἀλεξάνδρου συγγράμμασιν, Κωνσταντίνου εἶναι τοῦ μεγάλου, καθὰ καὶ Μιλίχιος ὁ χρονογράφος ἐξηγήσατο.

Ὁ Τρίπους ὁ ἐν τῷ Στρατηγίῳ τῷ μεγάλῳ, καθὰ Προμουώτιος Ἀλεξανδρεὺς λέγει εἶναι τὸν Μακεδόνα. ἐπίστατο δὲ καὶ ἐκ τῶν γραμμάτων, καὶ ὅσοι τοῖς γράμμασιν αὐτοῦ ἐμφιλοχωροῦσι, μάλιστα οἱ τῆς μαντείας στοιχειοῦντες, ἐπιγινώσκουσιν τὸν Ἀλέξανδρον εἶναι. γράφει δὲ ὁ αὐτὸς, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ἅγιον ἐκεῖ πρῶτον Φόρον τῇ πόλει ταύτῃ ἀναστῆσαι.

Τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον, Κωνσταντίνου εἶναι τοῦ μεγάλου τοὺς υἱοὺς, ἀπὸ Γαλλίας τὸν ἕνα πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐλθόντα μετ'

ſupplices. Imperatores ſuſcipiebant. Sed & palatium quandoque exiſtebat prope Eccleſiam veterem Sanctæ Irenes, vt eſt auctor Ioannes Hæſitans.

Obſeruandum, quod vocant Auguſtæum, tres aliàs aliis ſuccedentes ſtatuas habuiſſe, Conſtantini, qui primùm . . . . erant inferius quinque baſilicæ, Columnæ Conſtantini, Conſtantis & Conſtantij, Conſtantis quoque & Licinij: quin & poſtea Iuliani. Magno autem Theodoſio imperante, ſtatua alia in columnâ ſucceſſit, ipſa quoque argentea; Arcadij autem & Honorij . . . . . quemadmodũ Theodorus ait. In Sozomeni ſcriptis, ait, Iuſtinianus eſt, qui nunc maximâ Circi figurâ effigiatus cernitur; quanquã aiunt Theodoretus & Euſebius, quibus libris eorum videntur collectæ ſententiæ, hominis Græci ſtatuam eſſe, quam beatus Conſtantinus ſtatis precibus dedicando, erexerit. In Apolinarij autem ac Alexandri commentariis, Conſtantini Magni eſſe traditur, vti etiam Milichius Chronographus ſcriptum reliquit.

Auguſtæi ſtatuæ & baſilicæ.

Milichius Chronographus.

Ait Promuntius Alexandrinus, qui in magno Strategio Tripus eſt, Alexandrum Macedonem eſſe. Nouerat autem ex perſcriptis literis. Quotquot item in eius verſati ſunt libris, qui maximè diuinationibus dant operam, Alexandrum eſſe agnoſcũnt. Scribit idem etiam ſanctum Conſtantinum ibi primùm Vrbi Forum excitaſſe.

Promuntius Alexandrinus.

Alexandri ſtatua.

Quod vocant Philadelphium (ac ſi dicas, Amoris Fraterni monumentum) Conſtantini Magni filij ſunt, cum altero ex Galliâ Conſtantinopo-

Philadelphium: ſtatuam Conſtantini liberorum,

lim redeunte post patris ab humanis excessum, magno apparatu gaudioque alter alterum exceperunt, vicissimque salutes reddiderunt: mox siquidem erectæ statuæ in ciuitate, quibus hæc spectacula repræsentarentur. Iuliani autem statuæ, Anastasiæque conjugis, quam eo quòd Christistiana esset, aulâ ejecit ac repudiauit. Illa porro in Promoti Monasterio cæsariem posuit: statuæ verò hodiéque in Philadelphio manent.

τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς, μεγάλης ὑπαντῆς καὶ χαρᾶς γενομένης, ἀσπάσασθαι ἀλλήλους, καὶ παραυτὸ στήλας αὐτῶν ἀναστῆσαι τῇ πόλει τὸ σχῆμα ὑποδειξάσας. Ἰουλιανοῦ δὲ στήλη καὶ Ἀναστασίας τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, ἣν διὰ τὸ εἶναι Χριστιανὴν ἐξέβαλε τῆς βασιλείας. αὐτὴ δὲ ἐν τῷ Μοναστηρίῳ τοῦ Προμώτου ἀπεκείρατο. αἱ δὲ αὐτῶν στῆλαι μέχρι τοῦ νῦν σώζονται ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ.

Theodosij &c. statuæ in Xerolopho.

Quem vocant Xerolophum, vt Hæsitans auctor est, Theodosij Minoris statuam habet; itemque Valentiniani infra columnam & Marciani. Terræmotu autem corruisse aiunt, fertque fama, eam denuo statuam supra columnas septem ascendisse: Marciani & Valentiniani, ad Tribunalis campum rediisse.

Ὁ λεγόμενος Ξηρόλοφος στήλην μὲν ἔχει, καθὼς ὁ Διακρινόμενος λέγει, τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου, καὶ Βαλεντινιανοῦ κάτωθεν τοῦ κίονος καὶ Μαρκιανοῦ. σεισμοῦ δὲ γενομένου πεπτωκέναι στήλην, καὶ ὡς λόγος λέγει, ἀνελθεῖν τοὺς ἑπτὰ κίονας, καὶ ὑποστρέψαι Μαρκιανοῦ καὶ Βαλεντος ἐν τῷ Τριβουναλίῳ.

Neorium.

Quem vocant Neorium, qui & Arcadius, quem Conon vbi locum plurimis Constantini Magni laboribus excultum offendisset, magicè consecrauit. Erant eo in loco olim maritimarum mercium tabernæ; Iustiniano autem Imperatore in Iuliani littus transiere.

78 Ὁ λεγόμενος Νεώριος, ὁ καὶ Ἀρκάδιος, ὃν Κόνων ἐστοιχειώσατο, εὑρὼν τὸν τόπον πλείστους πόνους Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου ποιηθέντα· ἐν ᾧ καὶ ἀγοραὶ τῶν θαλασσίων ἐμπορευμάτων σκεπῶν ὑπῆρχον ἐκεῖ· ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ δὲ μετεποιήθησαν εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα. 78.

Xeuxippus Seuerus.

Xeuxippus (Thermæ) scilicet Seuerus nuncupatur: idcirco quòd à Seuero est conditus. Vnà verò etiam Hippodromium paulatim ædificari cœptum. Constantianæ ædes à Constantino Magno ædificatæ sunt, & quam vocant Fussam: multæ autem in eis statuæ longè spectabiles, ac admirationem habentes cōciderunt.

Ὁ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν, Σιβῆρος καλεῖται· ὑπὸ Σεβήρου γὰρ ἐκτίσθη. σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὸ Ἱππόδρομιον τὸ πρῶτον ἤρξατο κτίσμα ἐν ὀλίγῳ. καὶ 79 Κωνσταντιαναὶ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου ἐκτίσθησαν, καὶ καλουμένη Φοῦσα. στῆλαι δὲ πολλαὶ οὖσαι ἐν Κωνσταντιαναῖς διέπεσαν ἄξιαι θαύματος. 79.

Aquæductus Valentis. Cisterna Constantini.

Aquæductus à Valente Ariano extructus est, vti scribit Theodorus. Regia Cisterna, à Magno Constantino. Quæ autem in Regiâ Cisternâ sedens in specie ænea statua posita est, Magni Theodosij est. Quæ retro Ma-

Ὁ Ἀγωγὸς ὑπὸ Οὐάλεντος τοῦ Ἀρειανοῦ ἐκτίσθη, καθὼς γράφει Θεόδωρος. ἡ βασιλικὴ κινστέρνη ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. ἡ δὲ χαλκῆ στήλη ἡ ἐν τῇ Βασιλικῇ κινστέρνῃ καθημένη, Θεοδοσίου τοῦ με-

γέγονεν. ἡ στήλη ἡ ἱσταμένη ἐπάνω τῆς Μαγναύρας, κατὰ τὸ ἀνατολικὸν μέρος τοῦ Ἡλιακοῦ μετὰ πόρου, Φωκᾶ ἐστιν, καθ' ἣν ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ σπουδὴν
80. πολλὴν δῶ περὶ τὴν αὔξησιν ἐπεδείξατο. μοναχὸς δέ τις ἐκ τοῦ τοῦ ὁσίου Θεοδώρου τοῦ λεγομένου Συκεώτου μονῆς· κατὰ ταυτὸν γὰρ καὶ ὁ μακάριος Θεόδωρος ἦν ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ Φωκᾶ, ἐπὶ Θωμᾶ τοῦ νέου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὃς καὶ σύνθημα ἐποίησε, παρακαλέσας τὸν ὅσιον Θεόδωρον εἰπεῖν τῷ Φωκᾷ, παύσασθαι ἐκ τῶν ἀκαίρων φόνων, ὃ καὶ ποιήσας ὁ ὅσιος, παραινεῖ τῷ βασιλεῖ μὴ ἀπανθρώπως χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις. ὁ δὲ βασιλεὺς ᾔτησε σημεῖον παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς αὐτὸν γενέσθαι διὰ τὴν ποδάγραν, καὶ παύσασθαι τῶν πολλῶν φόνων. εὐξαμένου δὲ τοῦ ὁσίου, ἐρρύσθη τῆς νόσου. αὐτὸς δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπαύσατο ἀποκτείνων. ὁ δὲ προειρημένος μοναχὸς ἐθάρρησε τινὶ περὶ τοῦ Φωκᾶ, ὅτι μετὰ τὸν καιρὸν τοῦτον δεινῷ θανάτῳ θνήσκει, ἔτι φιλοσοφοῦντος Σεργίου, τοῦ μετὰ τὸν νέον Θωμᾶν ἐπισκοπήσαντος· αὐτῷ γὰρ καὶ τῷ μοναχῷ ἐθάρρησεν. ἔρχεται οὖν τοῦτο εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ βασιλέως Φωκᾶ, ἔτι τῆς στήλης γινομένης· καὶ τοσαύτῃ σπουδῇ ἐχρήσατο περὶ τὴν ἀνάβασιν τῆς στήλης, ὥστε καθὼς οἱ τότε ἐξηγήσαντο, ἔτι καὶ ἔτι πλείονας φόνους αὐτὸν πεποιηκέναι. ἀλλὰ καὶ χρήματα πάμπολλα τοῖς δουλεύουσιν ἐχαρίσατο πρὸς τὸ ταχῦναι· καὶ μετὰ ιη΄. ἡμέρας τοῦ σταθῆναι τὴν αὐτὴν στήλην, κατελύθη τῆς βασιλείας, οὐδὲν ἄμεινον ὧν ἐποίησεν ἀπενεγκάμενος, ἢ τὸν πικρὸν θάνατον.

gnauram ad Orientalem partem Magni Solaris statua est, Phocæ est; cui absoluendæ omnem nauabat operam, Imperij anno septimo. Tumque Monachus quidam ex Monasterio sancti Theodori Syciotæ. Eodē enim tēpore ac Phocâ imperante, Thomâ recentis memoriæ Patriarchâ Constantinopolitano, beatus Theodorus in humanis agebat; qui & solerti Struxit consilio, vt Vir sanctus abstinendum ab iniquis cædibus; Phocam admoneret. Itaque admonebat seriò; ne immani adeo feritate subditis abuteretur. Ille, quòd podagrâ laboraret, in se signum vt exhiberetur Patris orationibus flagitabat; quâ indulgentiâ si potiretur, ab iniquis sibi cædibus tēperaret. Quamobrem Viro sancto preces fundente, morbo solutus est. At, ne sic quidem carnificinam desiit exercere. Is autem, quem dixi, Monachus, cuidam secretò aperuit, fore, vt breui Phocas dirâ morte periret, cùm adhuc Sergius philosopharetur, qui post Thomam recentis memoriæ, fuit Episcopus. Nam & ipse Monacho detexit. Venit ergo fama ad aures Phocæ Imperatoris, cum adhuc columnæ opus promoueretur, in quod tantâ enixus operâ est, vt sicut affirmant, qui rei interfuerūt, plures alias aliis cædes cumularet. Sed & plurimas profudit pecunias, vt opus accelераret. Erectâque iam diem decimum octauum statuâ, dejectus ipse Imperio est; quo cum nihil mitius actum, quam vt acerbâ morte interiret.

Theodorus Syciota.

Thomas Patriarcha; cum Sergius ex Monacho.

Ἐν τοῖς Μαρτινακίου, στήλη ἵστατο, ἐν ᾗ καὶ παράδοξον θαῦμα γέγονε. σεισμοῦ γὰρ γενομένου, καὶ πάντας τοῦ τόπου, ἐκείνου ἀπὸ θε-

Ad Martinacij ædes, stabat statua, in quâ nouum quidpiam ac miraculo proximum effectum est. Orto enim terræmotu, omnique loco à fun-

Valentiniani iunioris statua seruata.

d. mentis penè euerso, statua sub columnâ collapsa recta stetit, vti maiorum relatu accepimus. Cúmque in sententiam itum esset vt in pristinum restitueretur, ingenti prægrauis mansit pondere. Aiebantque ad longa tempora sic se rem habuisse. Porro statuam inuenimus Valentiniani Iunioris esse, quam adeò Philosophus quidam tunc temporis exposuit, ob iniquam Valentiniani Iunioris necem consecratam esse. Hactenus enim iustè sublatum ob Aëtij necem existimabant.

Diocletiani in Circo statua.

Ex Nicomediâ, quam vocant, plurimæ Constantinopolim aduectæ sunt statuæ. Ex quibus Diocletiani statua hactenus in Circo incolumis est, intus caua, in eius loci medio, quo est Imperatoris concessus.

Maximiani statua in Chalce.

Maximiani statua in Chalces partibus existit grauissima prorsus atque solida: vbi etiam omnis Theodosij Hispani familiæ statuæ etiamnum cernuntur.

Gorgones, et quæ Crux imposita.

Quas vocant quatuor Gorgones, Epheso ex Dianæ templo aduectæ sunt; existuntque in Chalces delubro; vbi & signum Crucis super illas erectum est.

Dianæ statua.

Dianæ, quam vocant, statua, in Circo erecta est; quo loco pugiles exercentur.

Zenonis & Ariadnæ statuæ. Secundi Iambi.

In Chalce portâ Palatij, Zenonis ac Ariadnæ (castæ postremum, priusque turpis fœminæ) pedestres statuæ in columnis erectæ, Secundi Philosophi Iambis tristibus exornatæ.

Iustiniani & Theodoræ statuæ.

Quæ ad Xeuxippum statua aspicit (quæ scilicet è regione posita est). Iustiniani est & Theodoræ: ad quam Iustinianus laudibus celebratus, cùm eadem statua collocaretur, clamante

μένης σπαρέντος. καὶ τῆς στήλης πεσούσης κάτω τοῦ κίονος, σταθῆναι αὐτὴν ὀρθὴν, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξηγήσαντο. δοκιμασθείσης γὰρ τῆς στήλης εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναστηθῆναι, ἔμεινεν ἄχθος βαρύτατον ἔχουσα. τοῦτο δὲ ἔλεγον γενέσθαι ἕως πλειστων χρόνων. τὴν δὲ στήλην εὑρίσκομεν εἶναι 81 Βαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου· ὥς τινα φιλόσοφον διασαφῆσαι τότε διὰ τὸν ἄδικον θάνατον Βαλεντινιανοῦ τοῦ νεωτέρου, σημειωθῆναι τὴν στήλην. ἕως γὰρ τότε δικαίαν ψῆφον ἀπένεμον τὸν θάνατον τοῦ Ἀετίου.

Ἐκ τῆς λεγομένης Νικομηδείας στῆλαι πλεῖσται ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἤχθησαν. ὅθεν καὶ Διοκλητιανοῦ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ σώζεται ἕως τῆς δεῦρο, ἐπίκουφος οὖσα, ἀναμέσον τοῦ λεγομένου καθίσματος.

Μαξιμιανοῦ στήλη ἐν τοῖς τῆς Χαλκῆς μέρεσι ὑπάρχει βαρυτάτη πάνυ. ἔνθα καὶ τὸ γένος ἅπαν Θεοδοσίου τοῦ Σπάνου καθορᾶται ἐν στήλαις ἕως τοῦ σήμερον.

Αἱ Γοργονίδαι λεγόμεναι τέσσαρες ἐκ τῆς Ἐφέσου ἤχθησαν ἀπὸ τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ναοῦ· αἱ 82 κατὰ τὸν 82
οἶκον τῆς Χαλκῆς περιφέρονται, ἔνθα καὶ σταυροῦ σημεῖον ἄνωθεν αὐτῶν ἵσταται.

Τῆς λεγομένης Ἀρτέμιδος ἡ στήλη ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ ἵσταται, ἔνθα γυμνάζονται οἱ παλαίσται.

Ἐν τῇ Χαλκῇ πύλῃ τοῦ παλατίου Ζήνωνος καὶ Ἀριάδνης τῆς σώφρονος ἔσχατον 83 καὶ αἰσχρᾶς τὸ πρό- 83
τερον, ἐν κίοσιν ἵστανται πεζαὶ στῆλαι, Ἰάμβους θρήνους ἔχουσαι, παρὰ Σεκούνδου φιλοσόφου μελισθεῖσαι.

Ἡ στήλη ἡ πρὸς τὸ Ζεύξιππον ἀποβλέπουσα, ἤτοι ἔμπροσθεν, Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας ἐστίν. καθ' ἣν καὶ ἐδοξάσθη Ἰουστινιανὸς, ὅτε

ἐτιμᾶτο ἡ αὐτή, κεράζοντος τοῦ Πρασίνου μέρους, Ἰουστινιανὸς καὶ Κωνσταντῖνος νέοι Ἀπόστολοι. ἐν οἷς καὶ Σοφία ἡ αὐτοῦ γαμετὴ παρὰ Πλουμβάτου φιλοσόφου ἰαμβικοῖς μέτροις τοὺς ἐπαίνους ἐδέξατο.

Ἡ ἐν τῷ παλαιοτάτῳ λουτρῷ ὑπάρχουσα στήλη ἐκ χρωμάτων,
84. ἤτοι τῷ Ζευξίππῳ, 84 Φιλιππικοῦ τοῦ πρᾴου ἐστί, τοῦ κατ' ἄγνοιαν πλανηθέντος. ὡς δ' ἔχει ὁ λόγος, τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, οἷον τὸ πρωτότυπον. μεγάλως γὰρ ἐπῄνεσαν οἱ ζωγράφοι τὸν γράψαντα, ὅτι οὐκ ἐχώρισε τὴν τοῦ βασιλέως μορφὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον.

Ἐκ τοῦ λεγομένου Ἰκονίου στῆλαι ἤχθησαν ἐν Κωνσταντινουπόλει πλεῖσται, καθ' ἣν καὶ τοῦ Διὸς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ σώζεται.

Τὰ τέσσαρα ἱππάρια τὰ χρυσόβαφα, τὰ φερόμενα ἄνωθεν τοῦ Ἱππικοῦ, ἐκ τῆς Χίου νήσου ἤχθησαν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ.

Ἐκ τοῦ προειρημένου Ἰκονίου, Περσέως στήλη καὶ Ἀνδρομέδης θυγατρὸς Βασιλίσκου ὑπαρχούσης, ὡς οἱ μῦθοι φασί καί τις τῶν ἱστορικῶν, δίδοσθαι θυσίαν τῷ ἐκεῖσε ἐμφωλεύοντι δράκοντι. οὕτως γὰρ ἦν ἐκ παλαιᾶς συνηθείας, δίδοσθαι παρθένον κόρην τῷ θηρίῳ· καθ' ἣν Ἀνδρομέδαν δοθεῖσαν, θανάτου αἰτία τῷ θηρίῳ ἔμελλε δίδοσθαι, ὁ γοῦν προειρημένος Περσεὺς ἐκεῖσε ἥκων, πυνθάνεται κλαιούσῃ τῇ Ἀνδρομέδῃ, τί ἂν εἴη δεδεμένη καὶ θρηνοῦσα. ἡ δὲ τὸ συμβὰν ἐξηγήσατο. τοῦ δὲ καθήσαντος ἧκε τὸ θηρίον. αὐτὸς δὲ Γοργόνης κεφαλὴν ἐν πήρᾳ κατέχων, ὀπισθοφανῶς στραφεὶς, δείκνυσι θηρίῳ. ὅπερ ἰδὼν ἐκεῖνος, ἀπέψυ-
85. ξεν. 85 ἐκλήθη οὖν Ἰκόνιον παρὰ Φιλοδώρου ἡ πόλις, διὰ τὸ εἰκόνας

Prasinâ factione, *Iustinianus & Constantinus noui Apostoli*. Vbi etiam Sophia eius conjux, Iambicis versibus à Plumbato Philosopho laudata est. Plumbati Iambi.

Quæ in vetustissimis Thermis statua est coloribus depicta, hoc est in Xeuxippo, Philippici Lenis est qui ignorantiâ errauit: atque vt ferunt, talis ipsa, quale exemplar existit: ingentes enim laudes pictor ab eius artis peritis consecutus est, quòd effigiem ab exemplari non sejunxerit. Philippi Lenis statua.

Ex Iconio Vrbe, plurimæ Constantinopolim abductæ statuæ: ex quibus etiam Iouis in Circo superstes est. Iouis.

Quatuor minores Equi deaurati in Circi arcu collocati, ex Chio insulâ venerunt, Theodosio Minore Imperatore.

Ex Vrbe, quam dixi, Iconio Persei columna; & Andromedæ Basilisci filiæ existunt dum vt fabulis relatum; nonnulli etiam proditum, eorum, qui historiam scripserũt Draconi illic loci stabulanti infelix victima tradenda esset. Sic enim antiquo more legitimum erat, vt puella virgo bestiæ voranda cederet. Eius rei causâ vincta Andromeda ipsa morti obnoxia, bestiæ erat contradenda. Itaque, quem dixi, Perseus, illùc iter agens, percontatur ex flente Andromedâ, quid causæ sit, cur sic vincta lugeat. Narrat hæc quod acciderat: moxque illo sedente, bestia irruit. Ille verò Gorgonis caput, quod in perâ habebat, retrò conuersus, bestiæ ostendit; quo illa conspecto expirauit. Hinc itaque vrbs, à Philodoro Logista Persei fabula & Andromedæ.

Iconium appellata fuit; propterea nimirum, quod veniens Perſeus, ſic Andromedam liberauerit. * Nomen vrbis ab ortu ſuo ac quo primum condita eſt, Doria fuit; tumque Threnodia vocata, poſtremo à Philodoro Rationum Magiſtro Iconij nomen accepit. In eâ tum ipſe Perſeus diem obiit, cum Andromeda, eorumque poſitæ ſtatuæ ſupra portam Vrbis, quo loco multæ à Decio & Diocliſtiano ac Maximiano factæ hoſtiæ. Ibi quoque Sancti plurimi martyrio perfuncti. Itaque adductæ ſunt Perſei & Andromedæ ſtatuæ, vt ferunt, Conſtantio Imperatore, poſteaquam abſoluta Antiochena Eccleſia eſt.

Iconij multi Martyres.

Conſtantij Thermæ: Anaſtaſij ſtatua.

In Conſtantij Thermis, poſita eſt Anaſtaſij ſtatua, retro ſanctum Menam Martyrem; fuitque collocata, ſublatis boum victimis, quæ idolis fiebant, ac vbi locus proſtibulum factus eſſet, ita iubente Imperatore, ad dedecoris conſciſcendam notam.

Valentis ſtatuæ & Aëtij.

In Ciſterna, quam Aërij vocant, quæ ab Aëtio Patritio extructa fuit Valente Imperatore, eiuſdem ſtatua Valentis extat, cuius Aëtij ſatellitis more latus cingit.

Quam Aſparis vocant, ab Aſpare & Ardaburio exſtruitur, qui Leone Magno Imperatore vixerunt: qua completa, Aſpar & Ardaburius necem ſuſtinuerunt.

Cranus Inſula, dedicatione fatalis & mari obruta

Quam vocant Cranum Inſulam dedicauit Berina: nec eius vlla ratio reddi queat dedicationis. In eius autem dedicatione, complures repente extiterunt mortes, quamobrem deſolatur, cùm ad tempus

τὸν Περσέα καὶ σῶσαι τὴν Ἀνδρομέδην. [φόνησις ἀτύχημα τῇ πόλει ἐκ τοῦ ἥκοντος Περσέως.] Ἦν δὲ
86 ὄνομα τῆς πόλεως, τὸ ἀπὸ γενέσεως, 86.
Δωρεία· ἔπειτα ἐκλήθη Θρηνῳδία· παρὰ δὲ Φιλοδώρου τοῦ Λογιστοῦ, ἐκ τοῦ ἥκειν τὸν Περσέα, ἐκλήθη Ἰκόνιον· ἔνθα ἐτελειώθη ὁ αὐτὸς Περσεὺς σὺν τῇ Ἀνδρομέδῃ ἐπάνω τῆς πόρτης τῆς πόλεως· καθ᾽ ἣν καὶ θυσίαι πολλαὶ γεγόνασιν ἐκεῖσε παρὰ Δεκίου καὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· ἔνθα πλεῖστοι ἅγιοι ἐμαρτύρησαν. Ἤχθησαν οὖν αἱ τοῦ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας αἱ στῆλαι, ὡς λόγος ἔχει, ἐπὶ Κωνσταντίου, μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν.

Ἐν τῷ Κωνσταντιανῷ λουτρῷ, Ἀναστασίου στήλη ὑπάρχει, ἡ ὄπισθεν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Μηνᾶ, ἥτις στήλη ἐστάθη μετὰ τὸ παυθῆναι τὰς βουθυσίας τῶν εἰδώλων, καὶ γενέσθαι περίπατον τὸν τόπον, τοῦ βασιλέως τοῦτο κελεύσαντος, ἐπὶ τὸ ἀτιμασθῆναι τὸν τόπον.

Ἐν τῇ λεγομένῃ Ἀετίου κινστέρνῃ, ἥτις ὑπὸ Ἀετίου πατρικίου ἐκτίσθη ἐν ταῖς ἡμέραις Βάλεντος· ἔνθα ἡ στήλη αὐτοῦ τοῦ Βάλεντος ἐν τῇ κιστέρνῃ σώζεται, δορυφοροῦντος αὐτὸν τοῦ Ἀετίου.

Ἡ λεγομένη Ἄσπαρος ἀπὸ Ἄσπαρος καὶ Ἀρδαβουρίου, τῶν ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου οἰκοδομεῖται· καθ᾽ ἣν Ἄσπαρ καὶ Ἀρδαβούριος πληρωθείσης αὐτῆς, τὸν ὄλεθρον ὑπομεμενήκασι.

Τὴν λεγομένην Κρανὸν νῆσον ἐστοιχείωσε Βερῖνα, καθ᾽ ἣν οὐδεμία εὑρίσκεται ἑρμηνεία, τίνος χάριν ταύτην στοιχειῶσαι. Ἐν δὲ τῷ στοιχειωθῆναι τὴν αὐτὴν νῆσον, ἀθρόως θάνατοι γεγόνασι πλεῖστοι,

ὅθεν ἐξημοῦται διαρκέσασα μέχρι τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ τρίτου, τὴν θάλασσαν προστάξαντος ἀναπλῶσαι ἐν αὐτῇ, εἰς τελείαν ἀφανισμόν.

vſque Iuſtiniani tertij perſtitiſſet; qui aqua maris obrui iuſſit, vt penitus aboleret.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.





AD
AVCTORIS INCERTI,
SVCCINCTAS CHRONICORVM
DEMONSTRATIONES.



VANQVAM Auctori non inutilem operam posuit Petrus Lambecius Hamburg. in Codino suo Regiæ Luparæ, quà Græcè vulgauit, passimque contulit cum eodem Codino, atque alias suas conjecturas adjecit; facem tamen alij tradidit, qui & Latio velit reddere, & paulò diligentiùs illustrare pariter ac emendare. Cùm enim luce eget, quam collati auctores alij afferre possint, tum mendis scatet, vt solent eiusmodi sic compendio edita, & quasi per electa. Visus itaque mihi ipse operæpretium facturus, si horas aliquot istis darem, ac euulgarem. Fracta mihi forsitan glacie, alius quis meliora tentabit.

1. Καὶ δοξάζεται παρ' αὐτῶν. Habet perinde Codinus, nec Lambecius vim vocis aperit. *Postquam hoc templum ab Arianis ædificari & possideri cœptum fuerat.* Itaque δοξάζεσθαι, Lambecio *possideri* est: Mihi hoc durius ac remotius. Accipio ergo, vt δόξα, diuinas Laudes sonat, quibus sacræ iugiter ædes insonant. Non multum abest quod nostri, *deseruir vne Eglise*, diuinum in ea cultum sacro ritu ac Ecclesiastico peragere: ac quod reddidi, *diuinis laudibus frequentare.* Erant diuinæ laudes, etsi Arianâ prauitate Deo inuisæ, partimque blasphemæ, vel humana saltem, ipsorumque Arianorum opinione. Hesych. δόξα, φήμη, τιμή. Phauor. δοξάζω, τιμῶ.

2. Ὡς λόγος. Nihil emend. duco, quicquid Lambec. Significat sic rumore ferri, remque sibi ferè incertam; non ipsam quidem templi ruinam,

ruinam, sed contigisse illam, ἔτι λειτουργούντων αὐτῶν, *cùm adhuc sacris operarentur.* Sic infra, ὡς ὁ λόγος ἔχει.

3. Ἵσταται ἴσως ἡμῶν. Luce clarius his vocibus finiri periodum, vti finiit & Codinus ideni valentibus, ἵσταται μέχρι τοῦ σημείου. Nihil ad rem ergo quòd Lambec. τὸ, ἐν βιβλίῳ, iis jungat, putetque legendum, vel, ὅλος, vel σὺν θεῷ. Mihi prorsus significari videtur liber, quo Marcellus Lector sequentia dicit, nec fortè aliud sit, quàm, ἐν δ'. λόγῳ, *Libro 4. Marcellus Lector*, &c. Ista Codin. non habet. Conon hic, Leo est Isaurus (cuius illud alterum nomen) Iconoclastarum Hæresis sub Cononis ipso nomine vaticiniis prædictus inceptor, vti in eo Chronographi, & qui res Germani Patriarchæ Constantinopolitani ac Confessoris persecuti sunt.

4. Στεφηφορήσαν ἐκεῖσε. Codin. ἐστεφηφόρουν πάντες. Emendationem Lambec. pro ὑπὸ θυμοῦ, ὑπὸ Τιβερίου, sequentia satis firmant, quam & sequor. παλάτιον μέγιστον, quod ait Lambecius, esse ipsa βασίλεια, non acquiesco; nisi antiqua Regia erat, quam dilapsam εἰς τὰ νῦν βασίλεια, Tiberius mutauerit; ex veteribus scilicet ruinis, vt solet, nouam Regiam, eiùsque ipso loco, exædificans.

5. Ἐβόησαν. Codin. ἐξεβόησαν. Quod sensu non differt: nec aptè satis Lambec. *Et cantatum quadragesies.* Erat potius clamoris ex animo expressio, pro populi malum deprecantis voto, quàm modulata cantio, ac qualis nobis vsurpari solet. Postremum illud Anonymi, Λέων Κωνσταντῖνον εἰς κράτος ἐνίκησεν, mihi probatum, nec ex aliis ipse emendandus, vt visum Lambecio, sed ex illo alij palàm vitiosi. Planè enim comparatio est, ac quâ aliquid Magno Leoni tribuatur, supra decessores Imperatores; sic nimirum adulante plebe, seu etiam præsentis benefici) sensu eam magis afficiente. Ita ergo in Codino restituendum, Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδόσιον ὁ μέγας Λέων εἰς κράτος ἐνίκησεν· ac reddendum, *Vicit prorsus Magnus Leo Constantinum & Theodosium:* non quod edita, redditque Lambecius, *Constantinus & Theodosius Magnus & Leo fortiter vicerunt.* Quod addunt Vatt. ac Reg. Cod. ὁ γὰρ μέγας Κωνσταντῖνος ἐνομοθέτησε τὴν Κυριακὴν ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι· πρὸ γὰρ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὴν Κυριακὴν πάντες εἰργάζοντο· id est, *Nam Constantinus Magnus lege sanciuit vt dies Dominicus cessatione ab operibus coleretur: ante ipsum enim die etiam Dominico omnes operabantur;* frigidum mihi glossema est: Quid enim hæc feriarum indictio, vt vicisse εἰς κράτος Constantinus, aut victus esse dicatur? In eo potius comparatio, quòd tum ipse Vrbis conditor, tum quodammodo Leo Magnus; ille primùm condendo, hic muros extruendo; quod eius munus tanti fecerint ciues, seu magis factiones, οἱ δῆμοι, affectu potius quàm ratione plerunque & agentes & loquentes, vt præ Magno Constantino longè extulerint. Quid si hæc, non ad Leonem Magnum, sed ad Leonem Isaurum spectent; veréque scriptum in Codino fuerit ἐνίκησεν, quod retinuit Codex Vatic. non ἐνίκησεν.

Leone certè Isauro, impio seu hæretico, terræmotu grauiter quassatam ciuitatem legimus, magnâ hominum multitudine Byzantij ruinis oppressâ; quandò & muri instaurati, nouo in eam rem indicto tributo: sic Zonar. & alij: in Leone Magno & Seniore, qui Marciano successit ac Leo Magnus dictus est, vir planè Catholicus, quod ad muros saltem attinet, nihil eiusmodi: aliud enim est graue incendium, quo præcipuis ædificiis absumptis, valde deformata ciuitas. Tunc itaque, eoque terræmotu occupante indictæ supplicationes, tunc conclamatum, *Domine, miserere*; tunc Leoni sic acclamatum, cuius ope instauranda ciuitas expectaretur: optimoque Anonymus ordine, hanc alteri sub Tiberio Apsimare paulò antiquiori murorum instaurationem subnectit, non, vt Codinus, anteponit. Leuius itaque Lambecius, *Paulò post ibidem pro ἐυστόβως perperam legitur δυστόβως.* pro δύσεως, τὸ πόλεως eiusdem placet.

6. Τῇ πληρισάτῃ. Superflua Lambecij conjectura, vt sit legendum pro πληρισάτῃ, πλησιαιτάτῃ, *proximâ*: nam cui proxima? Sic autem impleri portam subterraneam, ac aggere oppleri, procliue nimis, in quâ præsertim monstrum eiusmodi accidisset, quale hîc auctor describit. S. Sabas semel & iterum Anastasio & Iustiniano Imperatoribus ex Palæstinâ Constantinopolim missus, vt sanctæ Chalcedonensi Synodo patrocinaretur, sub quorum altero rem contigisse necesse est. Malè editum in Codino, ἰσχῆσιν, pro ἀσχῆσιν, quod Anonymus habet.

7. Καείδιον μικρὸν. Lambecius emendat, καὶ μοσχάριον, quòd Codin. habeat μετὰ μοσχαρίυ. Malim ego minori mutatione, κ' ἀρνίον μικρὸν & *agnellus*: quòd præcipuè μοσχίον æquè Polluci aliisque sumatur pro agnello, ac pro vitulo; quidni & μοσχάριον. Alia suppleta ex Codino, de auriga currum agitante. Sequentia in Codino, quòd ritus Græcanici magis viderentur, nec digna satis Constantino Christianum profitente, omissa fortè Anonymo.

8. Εν τοῖς Κούρκις. Cod. Vat. εἰς τὰ Κοδρα. Proprium accipio, quicquid Lambec. *concaua*, *subterranea* velit: id enim satis vox κάτωθεν, significat. Τρίζωδον, nullus fero vt mutetur in Τριίξοδον quod habere quosdam Codd. idem testis est, redditque, *Triexodon*. Τρίζωδον, triformis statua, ex cuius aspectu diuinabant, ἀστρονόμουν. Sic ferè subterraneis locis dæmonibus consuescebant, exque eis oracula captabant. τὰ σκηνώματα, *tabernacula*, quam vocem non reddit Lambec. ex Paulo virisque Ecclesiasticis, humana sunt corpora & cadauera, in quibus Animæ quondam habitarunt.

9. Στυρακιον ἤγμῦδι. Lambecius in priori voce erroris nihil subolet: in alterâ αἰχμῶδις, vel καὶ αἰχμὴ, legendum suadet: at mihi neutrum persuadet. Prima vox ipsa palàm hîc vitiosa; quid enim statuæ illi cum hastæ cuspide, seu illius, quâ terræ defigatur, imâ parte? Liquet sanè ex sequentibus pro στυράκιον eam obrepsisse, seu πυργίδιον.

Erat turris in portâ, in quâ statua, quæ sic cum turri flammis illæsa permansit; & quidem turris, πυργίον αὐχμῶδη (sic enim pleraque neutra sequiores Græci in ι terminant) *squallida, neglecta. situ horens;* seu etiam *opaca*, quod exponitur ea vox in Scriptura. παραδείσιος διοικητὴς. accipio appellatiuè, velut sit Viuarij Comes; qui fortè Imperialium hortorum ac Viuarij curam gereret. Codinus, ὀργυὰς ιε· habet, vbi Anonymus ι'· siue maior numerus illi excidit, siue Codino superfluus est.

10. Τοῦ τρίτου Κωνσταντίνου τοῦ ὁμωνύμου. Ego sic emend. πατέρα, τοῦ παιδὸς Κωνσταντίνου τοῦ Κρίσπου. Sicque stabit quod prius τρεῖς dixerat. Nota hæc Constantini in suos Tragœdia, ex insidiis Faustæ vxoris; quam Codinus pluribus refert: etsi Theophanes voce ἐκοίμηθη: id est, *diem obiit, defunctus est*, obtexit.

11. Ταύτην στήλας. Editum σύλας quod mendosum est. Ego τὴν ὁδὸν, *viam* subintelligo. *Hoc proposito, hoc sensu*, delictumque expiaturus iniustarum cædium: τὸ μετανοίας βαλὼν, *reuerentiam faciens, religioseque procumbens, veniam à Deo efflagitabat.* Βάλειν μετάνοιαν habetur & in Collatione Sancti Maximi cum Theodosio Episcopo Cæsariensi, citatque Damascen. Orat. 3. de Imag. Pro eodem Codin. ποιήσας μετάνοιαν, non quod Lambecius reddidit, *faciens pœnitentiam*. In Codino si ταύτῃ legas, nihil diminutum erit, sed idem prorsus ac nostrum istud Anonymi, ταύτην στήλας.

12. Ἐμφαίνεται. Malim cum Lambecio, vt & in sequenti ἐμφέρεται. De his Cophinis seu corbibus, déque septem Sportis, Cedr. Constantini annis 23. 24. 25. καὶ τὰς ἑπτὰ σπυρίδας, καὶ τοὺς ιβ'. κοφίνους, ἐν οἷς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐθαυματούργησεν, ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ κίονος ἔθετο. *Sub basi columnæ posuit septem sportas, & duodecim corbes Christi miraculis insignes:* nec satis Xylander, *ad basim*; nempe id est quod Anonymus ipseque Codinus, κατεχώσθησαν· quod perinde Lambec. obscurat, dum reddit, *transpositi sunt*: imò in columnæ fundamenta, cui imposita statua Constantini, iacti; quâ, siue religione, siue superstitione, columna in perpetuum firma maneret & inconcussa. Quod Anonymus, eius rei auctorem Constantino Metrophanem facit, temporis ratio non admittit; quippe cùm iam annos aliquot Alexander eius successor Antistes esset anno illo Constantini 25.

13. Καὶ Παῦλον. Nec istud de Paulo Confessore veritate nititur. Non enim ante Constantium adeptus est Episcopatum, à quo statim ab eodem deturbatus, coactus est Romam adire. Metrophanem ergo & Alexandrum Episcopos depingi curauerit Constantinus; at non Paulum, necdum illo viuente, Episcopum.

14. Ἐν τῷ Κορωνίῳ Μιλίῳ. Multus est Lambecius, vt suadeat legend. ἐν τῷ χρυσῷ Μιλίῳ, id est, *in Miliario Aureo*: quod & eiusmodi Miliarium esset Senioris Romæ, quam in omnibus Noua referret. At cùm Anonymus pariter & Codinus constanter Κορωνίῳ habeant, nec

tantam ea vox difficultatem faciat, cur mutandi labor improbus? Haud sanè idem vbique Nouæ & Antiquæ Romæ situs aut decora, vt eadem prorsus nomina sortiri debuerit vtriusque Milium seu mauis Miliare. Procliue sic dictum quasi coronatum. Nam & vocem κορῶνα, sequiores Græci à nobis mutuati, vel vt aliis melius scribitur, κορώνα· hinc κορώνιον, vt à κούμουλος, κουμούλιον· de quo infrà. Quid si in Lunæ modum cornutum reddas, quæ vox probè Græca, eo sensu, ac cuiusmodi ferè Burdigalæ ciuitatis portus, *Lunai* dictus Ausonio, aliisque, quod ita Lunæ cornua velut referat, vtroque cornu latè expanso sinum capacissimum tutissimumque explicans, eoque Burdigalam totius Aquitaniæ nobile emporium reddens. Nec enim Milium seu Miliare nuda Columna vti Romæ, sic Constantinopoli, sed locus capax ædibus ornatus & statuis, vti bene ex Cedr. notauit Panciroi. in Notitiâ Imperij, ac clarius ex Codino habetur. nu. 46. Anonym. Κορωνὶς Κλεοπάτρας: quâ voce admittit Lambecius nihil aliud significare quàm coronam, ex quâ sibi ipse ac Cod. istud κορώνιον habuerit.

15. Αγκυειανὸς ὁ Χρυσοχάρος. Codin. Αγγυειανὸς, quæ facilis literarum permutatio. Conjectura Lambecij, vt legend. potius Αγκυεριανὸς tanquam ab Αγκύρας Galatiæ oppido, σμικρολογία est. Non enim istud patronymicum nomen, sed proprium. Δεκάλογος Anonymi & Νικατος λόγος Codini, vtrum alteri præhabendum, non liquet: potuit tum lucubratio Decalogus inscribi, quòd decem libros complecteretur, tum eius libro decimo istud haberi. Αγγουρίων apud Photium mentio. Αγγούριον, *cucumer* Græcobarbarè.

16. Τοῦ τι Ζεύ. Codinus, Τοῦ τι Απόλλωνος, quod & reddidi, non tam Codinum sequens, quàm Anonymi vocem mutilam restituens. Nam eum Ζευξιδία Suidæ, Ηρα sit, id est *Iuno*, ea certè ratione, quod Ioue nata est, quidni Anonymo Ζευξίδιος *Apollo* dicatur, eadem ratione, sicque Codinus legerit, ac Απόλλων, voce notiori, reddiderit?

17. Κάρου τὸ παγκυοῦ Διοκλητιανοῦ· emend. παγκυοῦ. Suid. καὶ Καροῦ παγκοῦ Διοκλητιανοῦ. Ita fortè scriptum contemptus specie, quòd γρεὶς, κωφὸς, Hesychio. Carini perditissimos mores ac sæuissimos prosequitur Suidas, quibus Diocletiano sæuissimo Christianorum persecutori præiuisse videatur. Potuit & Carus eius vitricus esse, etsi non Imperator & statuam in fano Gentilium habere: Alias diuersorum Codicum lect. affert Lambec. num. 15.

18. Ο νομάτος πῶλος. Lambec. mauult legend. νομάδιος· *pullus pascens*. Codinus habet νότιος πόλος. *Polus Australis*; quæ illi lectio suspecta est: cum tamen superiores tantas figuras Mathematicas numerauerit, quid vetat & Poli Australis, siue stellæ polaris Australis figuram extitisse? Etsi enim Borealis nobis notior, quibus illa altè assurgat; non tamen eius ætatis hominibus ignota prorsus Australis. At, si Anonymi magis probanda lectio, ac paulùm emendanda, νομαδ

δηκὸς πῶλος restituendum: nam Arist. νομαδικὰ ζῶα, *quæ necesse habent populari, quæ pascuis viuunt*: cùm νομάδιος. seu νομαδῖος potius *pascuus* reddatur: vt νομάδια δάση, seu νομαδῖα in Pandect. *pascua syluæ*. Bud. Figura pulli equini velut pascentis, ex antiquo nummo, quam refert Lambec. cum hac inscriptione, ΕΠΙΜΙΚΤΟΣ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ. multum fauet. Quod sequebatur, καὶ ἡ ἱεδία, breui literulæ additione restitui, καὶ ἡ ἱερεδία, procliue nimis ἀπὸ τοῦ ἱερὸς, diminuendi formâ τὸ, ἱερεδία· τὸ μαντευόμενον, nihil benè Lambecius, *fatidicum*, quasi ipsum auctor Heronem vaticinantem velit, quæ vna illius vocis significatio est: planè enim ipse situs, ad aliam trahit significationem, quæ ipsa peruia est: vt sic Mineruæ sacrificulæ ac vati adstare significetur, vt per eam oraculum Mineruæ consuleret.

19. Οὐκ ὀλίγαι. Pleniora hæc quàm Codini, ex quibus illa emendanda. ἀνυπαρξία nimia Lambecij, qui inter statuas Christianorum Gallieni Imperatoris statuam ponat, & αὐτὴ Γαλλιηνοῦ, quod habent tum Codinus, tum Anonymus, Γαλλιηνοῦ reponat, ac ne cui scrupulus sit, vocem *Imperatoris* præfidentius addat. Fuit certè Gallienus, non Christianus, sed Christianorum sæuus persecutor, Decij cumulans persecutionem. Bene Anonymus, Γαλλιηνοῦ Κυαίστορος quisquis ille sit, ac siue Constantino Imperatore, siue eius liberis vixerit. Licinius egit & ipse Christianum aut simulauit: vel certè eius statua inter Christianorum statuas numerata, quòd Constantini Magni affinis. Ἰουστινιανὸς, pro Ἰουλιανὸς sequentibus scripsi.

20. Ὡρείῳ. Codinus & Suidas, ὡρείῳ· redditque Portus *Oreum*. Suidas accentu leni, ὠρεῖον, ταμεῖον. ἐν τῷ χαλκῷ ὡρείῳ, ὅ ἐστι Μόδιος. Ita semel & iterum, ac si pro eodem Oreum haberet & Modium. Codinus, quasi ἀπὸ τῆς ὥρας, quæ est hora, ὡρεῖον velle videtur, cùm velut rationem reddens, cur locus dictus Modius, idem Ὡρεῖον appellatus sit, ita scribit, Ἦν δὲ πάλαι ὡρολόγιον. Gratisque mutat Lambecius, & sine Codice, ἦν δὲ πάλαι ὡρεῖον. *Erat autem olim Horreum*. Sequentibus etiam, ἔνθα ἵσταται καὶ μόδιος χαλκοῦς, καὶ ὡρεῖον καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ κοντίων, vbi Lambecius τὸ ὡρεῖον, ὡρολόγιον cogitur admittere: ac sanè ita suspendi ex hastâ horreum, quis somniet? quòd autem alteram alteri vocem substituat sine Codice, ne idem vtramque Codino significare admittat, hoc certè audaciusculum, & eius qui auctori vim faciat. Ait autem, ἔνθα ἵσταται, quasi de præterito, quòd eo loco Μυρελαίων ædes successissent, vt auctor est Suidas. Clarus idem Codinus num. 51. Ὅτι τὸ λεγόμενον Μόδιος, ὡρολόγιον ἦν. Num & hoc horreum? Estque sermo de eodem hoc tum Modio, tum Horologio, quod hîc ὡρεῖον vocat; voce pauló magis Græcâ, quàm cùm sumitur pro horreo, quæ vox Latina est, nihil Græca.

21. Καὶ δι᾽ ἃ ταῦτα, τί ἀργύρου πεποίηται. Edita malè, δύο. Codino edito desunt, καὶ διά. Lambecius ab eius toto cœlo aberrat scopo, dum ita reddit, *Principio autem ille modius ex argento erat*. Atqui æreum

dixir Codinus, ἔνθα ἵστατο μόδιος χαλκοῦς· aliò ergo ſpectat τὸ, τὸ πόσματος ἀργύρου, quàm vt argenro cudiſſe certum modium tantus Princeps intelligatur, nempe vt frumento tali menſurâ pretium lege ſanxiſſe, quæ & militibus congium eſſet. Sanxit itaque Valentinianus vt iuſtiſſimo pretio modius argenteo væniret, iſque numiſma eſſet. Paulò aliter Suid. τοῦτο δὲ ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς, πωλεῖσθαι τὸν σῖτον μοδίοις δώδεκα τῷ νομίσματι. *Lege ſtatuit Valentinianus, frumenti duodecim modiis numiſmate vendi.* Ita fortè velit numiſma integrum aurve aureum, vt non vna huius vocis acceptio eſt; aliaque & alia τοῦ νομίσματος fuit materia & pondus: nam & æreum atque etiam aureum legimus.

22. Τοῦτο τὸ κουμούλιον μόδιον νομοθετήσαντος. Cumulatum modium; opponit Codinus ῥηγλίῳ num. illo 51. cui ad iuſtam menſuram additur ac cumulatur quicquid poteſt non effluere; nec quicquam regulâ demitur. Aliis etiam eſt genus menſuræ; de quo Meurſius.

23. Ἐξάμον ἀργυροῦν. Perinde Suidas & Codin. Vbi Æmil. Portus, *examum habens.* Lambec. *examen gerens.* At quid examum atque examen gerere, vel habere, ſeu manu tenere? Cod. num. illo 51 τὸ λεγόμενον Μόδιον ὡρολόγιον ἦν ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου. *Modius, horologium erat, id eſt, examen Modij.* Num pro gnomone accepit? Tenebat manu, & quidem argenteum, ſtatua Valentiniani, ipſa argentea, cùm modius æreus eſſet. Aut num menſura ipſa miliarij? Id ſanè omnium fortè vero ſimilius. Ante ἀρπαγῶσι, quod & Suid. habet, videtur deeſſe ὥστε, quod & reddidi: nec bene Portus, *examum habens ad rapiendum adpactum.* Codinus etiam eiuſque Interpr. ex noſtris emendandus. Erat cum examo & ipſa ſtatua argentea, & quidem μακρὰ, quod & emend. ἀντὶ τοῦ, μικρὰ, quæ poſſet ſufficere εἰς πάκτον, ad pacem à Barbaris ſub pactâ pecuniâ redimendam, ſeu ad tributum eis pendendum. Nec enim niſi magna iuſtæque molis ad hoc ſatis fuiſſet, cùm præſertim ſolùm argentea, cum ſuo ornamento eſſet. Τυχώριος Πρόπικτος Codini, vox ſatis inſolens: in noſtro quod erat Κύριος, emendo Κούριος ex Suid. Curius nomen Romanum ſatis notum.

24. Μάντεως Κρητικοῦ. Erat editum, κριτικοῦ. At quam faciles Antiquarij eiuſcemodi commutandis literis, quæ eis idem ſonant, norunt qui Græcos manu exararos Codices tanriſper verſarunt. Quis iſte Cretenſium Vates Menander, cùm plures Menandri referantur, non ſatis liquet. Nullus fortè eſt ex tribus Suidæ relatis. Quàm bene conueniant Μενάνδρου μάντεως, quod habet Codinus, & Μενάνδρου μάντεως κρητικοῦ, quod Anonymus, cum Μενάνδρου μετὰ τοῦ ἀστρονόμου, vt alrerum altero commutandum videatur Lambecio, nullo præſertim Codice adſtipulante, nullus video.

25. Ἐπὶ ζημίαις ὑπεδείξατο. Emendo ex Codino, ἐπιζήμιος ηὑρίσκετο, vel, ἐπὶ ζημίαις ἠλέγχετο. *obnoxius videbatur,* ac velut damni reus. Acumen Apophtegmatis non vidit Lambecius; at mihi ſat clarum eſt. Nempe

ſarcaſmus eſt, quod auro eoque tanto demerendo Imperatorem, hominem idcirco plumbeum, hãc ab eo vicem referat, vt neci tradatur. Tradidiſſe verò videtur Leo ob eam demolitionem, quòd in eius contemptum feciſſe videretur, ac quòd ſtatua gibboſitate Imperatorem referret; quiâ ſic illa Ardaburio ſtomachum mouerat. Fortè etiam iactata verba tyrannidis indicationem habentia, vt fieri in eiuſmodi ſolet, ipſa rarò auditorum ſilentiò tuta. Philoſophi, quorum præcipuè ea mens ſcribitur, viri ſunt Religioſi ac Monachi, quibus ille inuiſus quâ laborabat, cùm familiâ, Ariana prauitate, eratque periculum ne à piiſſimo Principe ſceptra ad Arianos tranſirent. Vel etiam Philoſophi Mathematici, quod paſſim auctor vocat.

26. Τῷ δεξιῷ. Sic emendo ex Codino, cùm eſſet δευτέρῳ. Inquirendum quandònam hæ Sirenes ad ſancti Mamantis, quove Imperatore tranſlatæ. Id vt liqueret, Codini ætatem haberemus, vt & Anonymi: nam & ille ἐφ' ἡμῶν dixit: Etſi Lambecius non reddidit: niſi vterque aliorum ſcripta ſublegens, id ita illis ſcriptum velut ſuum expreſſit; quod verius ſit: nam nec Codinus eiuſdem ætatis ac Anonymus, ſed longè recentior exiſtit.

27. Ο ςαυρὸς. Nimiâ ſupinitate ſemel & iterum, pro ςαυρὸς, ςατηρὸς editum erat; & ἀνηγερεύθη, pro ἀνηγέρθη. Nulla Lambecij coniectura legendum μεσοπυλάδως, pro μεσουλαβῶν, quod vnum probatum eſt. eius Crucis inſcriptio, ΑΓΙΟΣ. Sequentia clarius Vatic. Codex, Εἰς τὴν ἀνατολικὴν ἀψίδα τ͂ Κωνσταντιανοῦ φόρου ςαυρὸς ἵςαται ἀργυρέμαλαφος. *In Orientali arcu Fori Conſtantini Crux erecta eſt argenteis laminis.* Codinus, non niſi vnius Crucis Magnæ meminit, quæ figura eſſet illius Crucis in cœlo conſpectæ Conſtantino, ac cui inſcriptum eſſet, SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS.

28. Ανθρώπου ὀςᾶ. Legend. planè δυεῖν ἀνθρώπων ὀςᾶ, vox ſequens declarat, ἀμφότερα· deſignat enim ambo corpora, omnibus oſſibus integra, quæ ſic Elephanti ſtatuâ condita eſſent velut vrnâ. In inſcriptione, qualem habet Anonymus, nihil mutandum putem. Significantur duæ puellæ Αφροδίτη, ſeu Venus, & Ιέραος, Hieraùs, ſic amore deuinctæ, vt nec tumulo ſeu vrnâ paſſæ ſint ſeparari. Quod non rarum amantibus. Quænam verò hæ puellæ atque virgines dicere, diuinare eſt. Plura qui volet, Lambecium adeat num. 77. Ταξιῶται & Ταξεῶται: Præſidis milites: cohortales, in Nouel. 5. Iuſtiniani, ac quod reddidi, *apparitores.*

29. Εν τῷ περιπάτῳ. Velut *ambulacro*, impluuio, ſeu etiam porticu, vt reddidi. Sunt hæc ſpectantia ad Gratiani genus, & Theodoſij & Valentiniani, nempe Secundi, cuius & Modij conſtitutio eſt, quæ omnia Theodoſius vel poſuerit, vel ornauerit: nec mihi alius apud Codinum iis verbis, ἃς καὶ χαλλύνας, ἐχρύσωσε: *quas ornatum eis concilians, auro obduxit*: etſi Lambecius legens Καλλίνας, proprium fecit: Quas nempe ἱςορίας id eſt, ἀγάλματα, figuras, ſtatuas, aliáque id genus

ſpectatu digna, καὶ τ̃ ἱστορίαν, *Callinas*, inquit, *inaurauit*. Mihi à vero iſtud longè abhorret.

30. Κοχλίδας ιβ'. Codinus, κοχλίας ιϛ'. Mihi *turricula : cochlea*, quæ vox Latinis recepta. De Aſtronomico poſitu, perinde Codinus annos 36 duraſſe ait : at Interpr. *triginta tres*, reddidit.

31. Τὸ ϑ̃ Ἐξακιόνιον. Sic quoque apud Codinum : Theophanes tamen & Chronicon Alexandr. p. 704. aliique Ἐξακιόνιον habent : quod magis quadrare iis, quæ de hoc ipſo loco refert ipſe Codinus, agnoſcit Lambecius : quòd extra eum murum eſſet Conſtantini Columna, à qua illud nomen ei inditum eſſet. In eo loco paſſi Ariani conuentus agere ereptis eis Eccleſiis Vrbis, ac datis Catholicis Theodoſio Imperatore. Secus errore Chronicum Alexandrinum, quod videtur mutilum eſſe, & in quo, pro Ἀρειανοὺς Ἐξακιονίτας, eſt Ἀριθμοὺς vbi feſtiuè Radder. *Expulit dictos Numeros Exocionitas*. Numeros voce Latina dicunt Græci cohortes, turmas militares : Ἀριθμοὺς vocatos Hæreticos, & quos Theodoſius Eccleſiis expulerit, quis ferat? Aduerterat iam P. Goar in ſuo Theoph. Monent iſta, non ſic deuoranda quæcunque nobis obtrudant deprauati Codices, vel malè exſcribentes : Ita hic Νευϐρὰς, emend. Νιμϐρὰς. Quam hiſtoriam ſiue fabulam tangant extrema, me latet : ac quodnam oraculum, ex quo non accepto creatum periculum.

32. Ποτί. Codinus habet πέραν *trans ſanctum Mamantem*; quod & probatius videatur. Ex eodem emend. κεμάρας, pro μαρμάρας. Idem βασιλίσκος habet, vbi Anonymus, βασιλικός. βασιλικος. Vulg. Interpres Ioan. 4. reddidit *Regulus* : Origenes ſimpliciori ſenſu, id eſt, literali ac proprio, vel Herodis Regis hominem exponit, vel Cæſarianum, qui ſcilicet negotii publici aliquid in Palæſtina gereret, ſeu Cæſariana aliqua munia, in prouincia ſubdita obiret. Eoque ſenſu hîc vſurpari videtur, vtrumuis legamus : nec enim ſequentia aliud videntur, quàm eius vocis declaratio ſeu determinatio, ad talem Cæſarianum. Sin & nomen proprium quis velit, parum refert.

33. Κάτωθεν τ̃ μεγάλης πύλης. Legend. monet Lambec. στήλης infra maiorem Conſtantini columnam porphyreticam; pauló vlterius :- hoc enim ſibi vult illa vox : vnde αἱ κατώτεραι Γαλλίαι. Manueli Palæolog. in Theodori Deſpotæ Epitaphio. Hîc quoque imperitus ſcriba, σφαιρωτὸς pro σταυρωτοῦ & ταυρεῖ, pro σταυροῖ : aliáque eiuſmodi nobis emendata, verè putida. βίστον emendat Lambec. βικίον nihil tamen id neceſſe eſt ; nam cùm βίσσα, λήκυθος ſit Heſychio, *vas olearium*, βίσσα ξαίν., aptiſſimum hîc atque proprium τὶ, βίστον eſt, etſi Codinus habet βικίον quod & ipſum eſt *vrnceola, vrceolus, doliolum*: Poſtremum illud, ἀσφαλισθέντα ὑπὸ Θεοδοσίου, nimis explicat Lambecius, vltraque auctoris verba, nec fortè ex eius ſenſu : *quo tutius aſſeruarentur, inde abſtulit*. Quid enim vetat, eodem ipſo loco communiuiſſe, ac putà ſepto occluſiſſe, ſeu alia ratione in tuto poſuiſſe? Abhorret nihil à coniectura.

34. Τῷ

34. Τῷ Στρατηγίῳ τῷ μεγάλῳ. Strategium, haud absimile Campo Martio Romæ, locus quo Duces creabantur, ac milites exercebantur. τὸ, ὡς δὴ, Lambec. emendandum vult, ἕως, id est, *hucusque*, inquit. Mihi nihil emendandum, sed vis vocis aperienda. Sit itaque, qua religione vel superstitione; missa scilicet vis illa Græcanicorum numismatum in hiatum, velut illi complanando, sicque terræ obruta. Profitetur Auctor se quidē non legisse, audiuisse tamen ab iis qui legissent. Erant illi nummi superiorum Græcorum seu Gentilium Imperatorum, quos sic terræ infodere, inque eius hiatum mittere, non video vt vacet superstitione. Suntque eiusmodi complura in istis statuis, seu vera, seu conficta. Auctoris notanda diligentia; & vt quandoque ὡς ὁ λόγος dicat: nec cum Lambecio mouendum quod ita dicit, cùm se certa monumenta scriptaque deficere, ea loquendi forma cautis historiæ exponat.

33. Ἐν τῇ Φόσσῃ. Quod ita Anonymus, Codinus reddit, εἰς τὸ παλάτιον, nec vox illa Φόσσα aliud hic loci significet, quàm palatij certum angulum ac cubiculum, vbi hæc quandoque visenda asseruarentur. Dicta forsitan Fossa, quòd locus humilior, ac fortè specus, seu locus subterraneus: nec enim hæc eiusmodi erant, quæ nobiliori triclinio in apertum posita quotidie oculos pascerent aulicorum.

34. Ἐκ τῶν Ἡμερίου. Alij Ἱμερίου scribunt. Titulum emendat Lambecius, Ἐκ τῶν Θεοδώρου περὶ Ἡμερίου. Idem tamen sensus editorum, vt mihi reddita sunt: idque significant, scripsisse etiam alia de Himerio Theodorum, ex quibus istud vnum sit electorum, quod obscurat Lambecij emendatio. Illud, καὶ δόδυσαι τῷ Ἡμερίῳ, vnum probatum existimo, non quod emend. suadet Lambecius, τὸν Ἡμέριον, quasi sit *affligere*, seu, *ad terram allidere*. Id certè detortius: quod reddidi, *impingere*, ac velut ictum dare, longè aptius, nec quicquam remotum à natiua eius vocis significatione. Quod in Codini locis aliquot accusandi casus est, vel librarij error est, vel barbara eius ætatis locutio, quæ illo casu tota gaudet.

35. Καὶ οἱ τοῦ βασιλέως φίλοι. Placet, quam ex alio Codice Lambecius refert lectionem, καὶ οἱ φίλοι, καί τινες τοῦ βασιλέως. *Demortui familiares & amici, quidamque Cæsarei.* Sic enim ferè in his contingit, vt quasi spontè accurrant familiares & amici, iisque adjungantur delecti officiales, quibus inspecta veritate vel absolui quis possit, vel damnari. Pia in fine monitio: castiganda scilicet curiositas eas Gentilium statuas lustrandi, in quibus haud rarò dæmoniaca vis atque magica, seu malefica sese exerat.

36. Ἐν τῷ ἀνεμοδουλίῳ. Locus erat, vt nomen ipsum sonat, ex situ altiori ventosior, ac velut turbinis, quod Græcorum vulgus ἀνεμοδέρι vocat. Meursius quoque habuit ex canonio Mathematico ἀνεμοδούρεαν, Ὅπου ἦθη εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀνεμοδούρεα, sed explicare non potuit: quamobrem etiam omisit, qui Ioannis Scapulæ Lexico, Mursiani Græco-

barbari Lexici epitomen Amſteldami nuper adjecit. Itaque ſequitur Anonymus, de eadem ſtatua, ἡ δ' ἀνωθεν τ' ἁγίας Βαρβάρας. Vbi Codinus, ἡ δ' τ' ἁγίας Βαρβάρας, vbique hîc diminutior, hianſque.

37. Ο Χρυσόστομος ἐστινάζων. Poſitum videtur, pro ἀνεστενάζων, vel στενάζων, quod vtrumque reddendo expreſſi. Nota Chryſoſtomi tragœdia, dum ludos prohibet ad eam Auguſtæ ſtatuam in Auguſtæo, ac Conſtantini Foro vicino Magnæ Eccleſiæ.

38. Τῶν βάθρων τῶν λεγομένων Τόπων. Ritè Lambecio emendatus Suidæ Interpres: pleniſſimè explicatum Codino lib. de Ædificiis, quid Topi Conſtantinopoli, & vnde dicti; hîcque ex parte tum illi, tum Anonymo: quod nimirum conſtitutæ ſedes Clero pariter ac Senatui ad noua ibi tribunalia, quod Secretum noua voce vocant, aduerſus Baſiliſci partem. Ad eum locum ædificatam Leoni Baſilij filio inſignem Eccleſiam SS. Lazari & Magdalenæ nomine, tranſlatis eò illorum Reliquiis, teſtantur Græci omnes Scriptores, Leo Gram. aliique Theophanis Continuatores. Cedrenus Xylandro malè habitus, cui, ædificaſſe Leonem ναὸν ἅγιον κατὰ τοὺς Τόπους εἰς ὄνομα τ' ἁγίου Λαζάρου, eſt, *Ibidem fanum aliud Diuo Lazaro ſacrum condidiſſe*; nempe vbi templum ſanctæ Theophanus primæ ſuæ conjugis, iuxta Apoſtolorum ædem ſacram condiderat; quod toto cœlo abhorret. Vix mihi minus hallucinati videntur tam Theophanis quàm Cedr. Interpres, ipſeque Anaſtaſius anno 3. Conſtantini Cabalini, dum illud, Καὶ κόνις κατῆλθεν εἰς Τόπους, ita reddunt, Xyland. quidem, *Ac cœlitus in quædam loca pulvis delatus eſt*. P. Goar autem, *Pulviſque imbris inſtar in diuerſa loca decidit*; nec ferè aliter Anaſtaſius. Durum id nimis; maiorque venia Xylandro in Leone, ſi vim propoſitionis κατὰ ſpectemus, ac niſi τὸ, ἅγιον ναὸν certum ac ſingulare templum deſignaret, quod vocat Continuator Vat. ἐκκλησίαν τῶν λεγομένων Τόπων. Quod eo in vico pluit cinis, ſatis habuit vt Annalibus conſignaretur, vt & quod Caſpiæ portæ terræmotu concuſſæ, quod apud eoſdem ſequitur: nec neceſſe vbivis locorum, aut multis ſaltem rem locis confingere.

39. Καὶ μέσον τ' Σταυροῦ. *Mediam Crucem ambiens*: erat enim catena magicè conſecrata, στοιχειωμένη, vt pluribus Codinus, velut Vrbis fatum ex illa integra clauſâque penderet; quæ erant ſuperſtitioſa: nimiumque dabant Græci eiuſcemodi ſtatuis & ſimulacris, erantque in eis ritus penè Græcanici, quantumvis aliàs ſancta Crucis religio eiuſque figura ſit.

40. Ἀνεψιᾶς Σοφίας. Perinde Suid. αὐτῆς. Melius Codinus, αὐτοῦ: nempe Iuſtini neptis, ex filiâ Arabiâ & Baduario Curopalatâ; ipſe perinde emendandus, dum Sophiam vxorem facit Iuſtini Thracis, id eſt, ſenioris; cùm fuerit vxor Iuſtini Curopalatæ, nimirum ſucceſſoris Iuſtiniani & iunioris, Euphemia verò vxor ſenioris. Poſtremum illud, Ο γύρος Θεοδοσίου. Κωνσταντῖνον ςτήκοντα, germanum illi eſt, quod numero 5. Anonymo ſcriptum aſſerui ac vindicaui, Λέων Κωνσταντῖνον

εἰς κράτος εἰληχὼν, exque illo emendandum Codinum, secus ac visum erat Lambecio, probaui. τὸ, γόνος, pro eo est ac γόνος: *proles, soboles*: meliusque fortè ἔγγονος, *nepos*, filii filius, quod erat Theodosius Minor, ipse statuarum tantâ largitione dedicator; nisi & Arcadius pater, cuius magnificentiam imitatus filius in similibus eius laudatis dedicationibus; quos ambos vox illa referat, verè Theodosij γόνος.

41. Κινστέρνα τῷ χρυσοχοείῳ. Erat σινέρνα τὸ χρυσοχοεῖον. Vereor. ne superfluum sit τὸ, σινέρνα, vel κινστέρνα nec Suid. habet: apud quem τὸ Ἔξαμον, non Heraclij dicitur, sed *vsque ad Heraclium*, ἕως Ηρακλείου, ibi constitisse. Iam supra num. 23. scriptum est, de Examo, argenteum fuisse, quod Valentinianus ad Horologium manuteneret, vbi & Ἔξαμον τοῦ μοδίου vocatur, ceu quid spectans ad Modium, ipsumque Horologium. Quid illud propriè esset, nec ipse satis assequor, nec video qui sit assecutus. Anonymus Heraclij Examum illi fabricatum satis apertè ponit. Valentiniani illud Examum, cum ipsius statuâ sublatum Iustiniano secundùm Imperatore, ad pendenda Barbaris constituta tributa, pretium scilicet restituti in regnum eiusdem Iustiniani, ibi scribitur: quod ipsum hîc insinuatur. Hæc enim illa πάκτα data ὑπ' αὐτοῦ.

41. Αδελφῆς, ἡ Βουζήρου Γλιαβάρου. Lambecius emend. putat, Χαγάνου τοῦ Χαζάρου, vt & quod paulò post sequitur, καὶ Πλιαβάρου Χάζαρι: quòd nimirum Theodora, Iustiniani vxor Chazara, soror erat Chagani. Mihi potius sic videtur restituendum, καὶ τῆς ἀδελφῆς, *& sororis*, non Chagani, sed vel ipsius Iustiniani, vel Theodoræ eius vxoris, ἡ Βουζήρου Γλιαβάρου, quæ vxor fuisset Buzeri Gliabari; eoque forsitan nomine statuam meruisset, quòd cum sorore fratris insidias marito detexisset: fueritque adeò ipse Gliabarus seu Pliabarus, vt variat ex affinitate prius elementum, ipse Chazarus perinde ac conjux, Iustiniano adjutor recuperando Imperio, vnà cum Tarbeli Bulgaro, qui proindeambo ibi in Basilicâ eo restituto consederint, vt ait Anonymus, ac pactas pecunias receperint: non Chaganus Chazarus, qui sic demerendo Apsimaro tunc rerum potiente, insidias genero struxisset: post quas improbabile se vnquam in Iustiniani potestatē dedisse, aut Constantinopolim venisse, vt sæui adeò Principis, ac cuius sacramentum fuisset, nulli se parciturum, eorum, qui aduersati essent, furorem in se exciperet. Fauet itaque Historia conjecturæ, nec illa Lambecij emendatio aliud est quàm deprauatio ac ἀισχυνσία. De Tarbeli Codinus habet ἐδημηγόρησε· *concionatus est*; nempe fouendo Iustiniani partes, cùm iam Philippicus ab exercitu Imperator renuntiatus esset, ac ciues adhortando, cuius etiam consilio sic illi vel irrito conatu, reprobatus Philippicus est.

43. Ορον γὰρ εἶναι. Codinus, ὄρος· *mons, collis*, quod non ita placet. Quid si φόρος. Forum certè rerum venalium sequentia denotant, quòd argentarij taberna illic esset, quodque Elephas onera conueheret. In

foro ſolitos milites collocari, iam ſuperius habitum eſt, num. 28. ἴδιος γὰρ τὸ τοῦ φόρου παρ' αὐτοῖς φυλάττεσθαι. *à Præfecti ſcilicet cohorte ac apparitoribus.* Geminumque hoc illi videtur, ac vtroque loco de Elephanti ſtatuâ agitur: τὸ, ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς. emendatum ex Suidâ, cùm eſſet, ἐν πλατῦς. Quid autem hîc illud πλαστοῖς, niſi quod Scripturæ phraſi δολίοις· *doloſis, adulterinis,* & quod Codinus reddidit, ἐναντίοις· *non æquis.* Denique veteri Lex. πλαστὸς κατήγορος· *præuaricator.* Idemque iudicium de voce ſequenti, ζυγοπλάστης, quæ ipſa emendationem firmat. In vtraque Portus toto cœlo errat, dum reddit, *qui in libris à ſe falſis venditionem faciebat,* &c. Non ſunt hæc crimen, cuius vindictâ ſic Gentili ſuperſtitione conſecratus Elephas eſt; ſed quod à me explicatum; quod non iuſtis ponderibus venderet: vti & domini culpa fuit, quòd ipſum ne alteri noceret euertendo tabernam, monitus non continuit: ſicque meritò vterque ab eodem ipſo elephanto periit.

44. Ἔνθα Κωνσταντῖνος ὁ μέγας. Lambecius, Porphyrio mutat, ſicque reddit, ac ſi Codino ſcriptum Πορφύριος. Κωνσταντῖνος tamen habet, cum Anonymo & Codino etiam Suid. v. Μίλιον. Vocem ὁ μέγας, Suidas non habet. Et quidem de aurigâ ſermonem eſſe, non de Conſtantino Magno Imperatore, etſi ita viſus accipere Æmil. Portus, luce clariùs eſt. Inſcitè ergo, τὸ εὐφημίσθη, reddit, *laudatus eſt & Imperator ſalutatus,* ac ſi non ante illa edita Conſtantinopoli Imperator Magnus Conſtantinus erat, vel ſic fuerat ab aurigatione ſalutandus. De Conſtantino aurigâ celebratiſſimo, aurigarumque facilè principe, vt ex multis Epigrammatis Anthol. lib. 5. colligi poteſt, Fauſtini æquè celebris aurigæ filio, quin iſta verè dicta accipi queant, & vt ita manifeſtus proclamandus ſit error, non video. Quid enim etſi quod citatur in eum acclamatum, pars eſt Epigrammatis in Porphyrium celeberrimum & ipſum aurigam? Quippe eiuſmodi eſt, vt æquè meliuſque in Conſtantinum conueniat, cuius vita tota ἥβη, *pubertas viriliſque vigor,* qui omni ætate, omnium ætatum æmulos, iiſdem ſæpius equis, quibus abs ſe victi alij, ſingulari dexteritate vicerit. Sic præclarè Epigram. expreſſum,

Σοὶ τόδε Κωνσταντῖνε τεὴ τρόφος ὤπασε Νίκη,
Παιδόθεν ἑσπομένη πᾶσαν ἐφ' ἡλικίαν.
Πέντε γὰρ ἐν σταδίοις δεκάδας τελέσας ἐνιαυτῶν,
Οὐδ' ἴσον, οὐδ' ὀλίγον εὗρες λειπόμενον.
Ἀλλ' ἔτι κουρίζων τε καὶ ἄχροος ἄνδρας ἐνίκας,
Ἥλικας ἡβήσας, γηραλέος δὲ νέους.

Tibi hoc Conſtantine tua nutrix præbuit Victoria,
Ex puero te ſequens omnem ad ætatem.
Qui enim annorum quinque decades in ſtadiis abſolueris,
Neque æqualem, neque minorem inueniſti, qui non cederet.

Sed adhuc puer & imberbis viros ſuperaſti:
Adoleſcentes puer, ſenex verò iuuenes.

Tanta demum huius Conſtantini claritas, vt in eo concurriſſe Venetorum Praſinorumque ſtudia inter ſe ſemper aliàs aduerſa, vt Ἐπιτύμβιον εἶχος referrent, cunctis viro gratulantibus, ac vitâ functum deſiderantibus, alio narretur Epigram. Potuitque adeò quandoque Venetus, quandoque Praſinus cucurriſſe, eamque à Venetis acclamationem excipere; tum ſcilicet, cùm Αζώτιον, καὶ Βύζαν, καὶ Αντλαν, tres ſcilicet aliorum factionum (quas liquet quatuor fuiſſe, Venetorum, Praſinorum, Alborum) & Ruſſiorum aurigas viciſſet. Αντλω, Αντιον vocant Anonymus, ſuperiori Spectaculo, fruſtraque ſe Lambecius cruciat, velut ſit αὐτλῶ, ac Φαυςῖνον veriſimiliter legendum putat. At, quid iſtud ad Fauſtinum? Num quòd & ipſe ſtatuam meruiſſe aurigandi peritiâ Anthologio ſcribitur, ipſe Conſtantini pater, ab eo victus hîc ſcribi debuit, ſeu etiam, vt Lambecio placet, à Porphyrio? Eodem errore in voce affini in Theophane peccatum, vbi τὸ τῶν Αντῶν ἔθνος τῶν ταυτῶν ſcribitur. Eſt verò gens Hunnica ad Mœotidem Paludem, de quâ Iornand. & Procop. Iuſtinianus in edicto Fidei inter alios titulos Αντικὸν, ſe vocat, ab eâ vtique gente debellatâ: ritéque monet Radderus non eſſe mutandum τὸ, Αντικὸς, in λαζικός. Henricus Valeſius ad Excerpta Menandri, fœdos in eâ voce Antiquariorum errores refert, quibus malè actus Contoclar. Interpres. Vti ergo Anti & Antæ dictus populus, quidni & auriga Antes, ſeu verò Antius, perinde ac Byzas, vt videatur eius loco Fauſtinus arceſſendus? Nec dubitem Αντλω habuiſſe exemplar, ex quo procliui typorum mendo editum Αὐτλω· quod ipſum in Notis errorem augens Lambecius, mutat in αὐτλῶ Quod in Codino & Suidâ habetur, ἐπειδὴ καὶ Βύζας ἐκεῖσε εὐφημεῖσθαι, mihi difficile videtur, etſi Lamb. reddendo Anonymum ſecutus eſt. *Poſtquam vicit factiones Praſina Azotium & Byzantem:* vt legend. velit, ἐπειδὴ καὶ βύζαν ἐνίκησεν εὐφημεῖσθαι· vt ſecundâ victoriâ ſecunda acclamatio ſignificetur: quomodo ritè illi cum Anonymo conuenit, apud quem ipſum, pro, μετὰ τὸ νικῆσαι, editum erat, μετὰ τῶν ἐκεῖσε. Sic ſupinè omnia ſcripta ac poſita. Portus, vti ad Conſtantinum Imperatorem ſuperiora retulerat, ſic hæc ad Byzam Regem, redditque, *Nam & Byzas illic laudatus eſt, & Rex appellatus & ſalutatus.* Nugæ.

45. Τοῦ δὲ Ηλίου ἅρματος κατενεχθέντος. Malè prorſus Lambecius, *Vbi ille currus in Hippodromo ſubuerſus fuit.* Erat ille currus Solis, quo Conſtantini ſtatua Sol dicta à radiis ex clauis Dominicis ambientibus, vehebatur, quæ ipſa ςηλίδιον ſeu ςηλίδιον in Circum cum deueheret, ſic ſtipatum ac palmis confertum, id eſt Statuam eiuſmodi ac iconculam, quæ Fortunam Vrbis referret, ſeu Victoriam, Crucis ſigno caput inſculptam, quo pius Imperator ſignificaret, Cruci ſe adſcribere, quòd Auguſta illi Ciuitas, Imperiumque conſtaret. Non

ergo currus ille ſubuertendus, ſed ſubtili quadam arte deponendus, vt quaſi cœlo lapſus videretur, eò poſtmodum rapiendus, ac vbi τῶν βραβείων τὰ ἆθλα, ſic delatæ Victoriali illi ſtatuæ reddita eſſent; id eſt, *præmia victoriarum.* Paulò melius Pottus, *Cùm ille currus in Hippodromum delatus eſſet.* Habet perinde auctor Chronici Alexandrini, ac ſcitè vocat ξοάνῳ ϛήλῃ, & ἀπὸ ξοάνου. Radderus, *ſtatuam ex marmore*, reddit. Nihil tamen ea vox magis marmor importat quàm lignum aut ebur; quin hæc potius deſignet: dicaturque ξόανον, quod Latinè ſculptile, cuiuſcunque illud materiæ ſit. Seruius Æneid. 6. ξόανα dicit, id eſt, ſimulacra breuia quæ portabantur in lecticis, & ab ipſis mota infundebant vaticinationem; cuiuſmodi ferè iſta ſtatua, niſi quod iam Principis pietate aliò ſpectabat eius ritus, & vt ſignificaretur Chriſti per Crucem victoriâ ſtare debere Chriſtianorum Imperium, eamque illius eſſe Fortunam: verò Ἀνθοῦσαν; florentem illam, quam indigetauit Conſtantinus, ac cuius dedicatione ἐπίησεν ἀναίμακτον θυσίαν, *Incruentâ victimâ litauit*; vti eſt in Chronico Alexandrino; celebratis puto ad bene precandum Vrbi diuinis Myſteriis, quæ eſt illa ἀναίμακτος θυσία. Iulianus Aug. eam & dedicatione, & Crucis ſignaculo venerabilem ſtatuam, Vrbiſque Chriſtianæ diuinum ferè quoddam ancile, ſuſtulit, terráque obruit. Sit ergo, ἐκ ξοάνου ϛήλη κεχρυσωμένη, *ſtatua raſa, breuis deaurata.* S. Nicephorus vocem ξόανον de Chriſti ſtatuâ dictam Aſterio Orat. de Diuite & Lazaro, non admodum probat, τὸ ἄγαλμα, in ſtatuis Heroum congruentius ſentit.

46. Καὶ ἡ κορωνὶς Κλωπάτρας. Ab hac forſitan Coronâ, dictum Milium, ſeu Miliarium Coronatum, quâ de re pluribus num. 14. vbi ἐν τῷ κορωνίῳ Μιλίῳ legitur.

47. Τὸ τοῦ μοίχου. Erat μυχοῦ. Salacitatem Maxentij rapiendis aliorum vxoribus iiſque conſtuprandis, vnde & quarundã ſecutæ neces vltroneæ, cum Euſeb. l. 8. perinde alij notant: quâ ſic Romanorum animos offendit, cùm alioqui propenſior in rem Chriſtianam videretur. Iſtud de eius ſtatuâ à nonnullis Gentilibus diuinis honoribus decoratâ & cultâ, vereor ne ad Maximinum potius ſpectet, qui in Oriente præfuit, ac Græcorum ſuperſtitionis vindex acerrimus fuit Chriſtianiſque iniquior. Alteram alterâ vocem paſſim ſiue auctores ipſi, ſiue antiquarij mutant; vti in Actis ſanctæ Catharinæ Martyris, non ſolùm Metaphraſteis, ſed & iis quæ habet Leo Allatius, ac quorum ſe auctorem profitetur Ἀθανάσιος ταχυγράφος ἅμα καὶ δοῦλος ὑπάρχων τῆς κυρίας μου Αἰκατερίνης. *Athanaſius ſcriba velox ſimulque ſeruus dominæ meæ Æcaterinæ.* Siue ſe ſeruum, deuotum dicit, ſiue qui reipſa illi famulus fuerit, quod non ſatis videtur habere fidem. Certè tentarat nuper me ſuggerente, vir doctiſſimus Fronto ὁ μακαρίτης, Academiæ Pariſienſis tunc Cancellarius, quâ pietate ipſe ſociique Canonici Regulares ſancti Auguſtini eam Cœlitem colunt, eiuſque nomine celebrem antiquam Regiâ Vrbe Eccleſiam poſſident ac magnificè inſtau-

rant, cum pridem Vallis Scholarium esset ac diceretur, vetusta quædam elucubrando, nec Acta illa sic antiqua omittere, obtulitque vir humanissimus Leo Allatius; sed monuit, tantis laborare eius auctoris, veri an ementiti, dialogismos, vt fortè præstet premi quàm euulgari: cuius etiam nobis res iudicio stetit.

47. Μετὰ λιτῆς καὶ τιμῆς. Sit fortè λιτῆς τιμῆς, vt honorem illum Filij Dei verbo tenus fictáque mente designet Anonymus, quo Constantinum vir vaferrimus, vt in Ecclesiam admitteretur, quasi iam fidei Nicenæ deuotus, deceperat. Is certè genius Hæreticorum, vt semper irrepere studeant, & ex cuniculis subeant, tum palam dogma proferentes, cùm per Præpositorum indulgentiam, seu veriùs inertiam, grassandi licentiam nacti fuerint. Nimisque in Arium indulgens Theodorus Beza, Epistolâ suâ præambulâ ad Dialogos Athanasij nuncupatos; librosque Basilij aduersus Eunomium abs se vulgatos, Alexandrum alterum ac Alexandrinum perstringit, quod se in eum pauló acriorem disputatorem exhibendo, in tanta incendia erumpendi illi occasio auctorve extiterit. Vel si λιτῆς καὶ τιμῆς, λιτὴ, fuit illa pompa, quâ à sociis ad Ecclesiam irrumpendam multo iam tripudio adducebatur.

49. Ἐν τοῖς ἀρτοπωλίοις πόρεις. Malim φόρεις· nam & postmodum alteram alterâ voce explicat, ad si idem significent, forum scilicet venalis panis. Sequentia ipsa deprauata sic composui, vt & sensus constaret, & quàm proximè emendatio, ipsa quæ extabant edita retineret. Lambecius primam statim vocem, κυνάριον· quod est, *catellus*, mutat voce κιονάριον· quod est, *columella*: vultque naturæ esse statuam, quæ innumeris mammis & omnigenorum animalium capitibus circundata figuretur, quod quasi mater communis, omnia lacte suo nutriat. At sanè, mammarum iste apparatus, sub aliquâ animalis formâ Naturæ fuit adhibendus, cum tamen vox illa κιονάριον nullam exprimat. Malè ergo ita mutatur ἀντὶ τῷ, κυνάριον neque hæc emendatio est, sed corruptio. Illud ἐν τῇ Νεμέσει, non reddit Lambec. Mihi quoque fateor, crucem figit; non tam obscuro auctoris sensu, quàm reddendi difficultate. Planè significat, eâ Vberum appendice hieroglyphicum esse eius Deæ, quam Nemesin Græci vocauere, quæ cuique iusta tribuat: de quâ plura Thesaurus, aliique. In cane aliquid Numinis sibi Græci fingebant. Vnde Aristoph. v. Σφήκ. Μὰ τὸν κύνα, κλαύσεται. Socratis item Iuramentum. Μὰ τὸν κύνα καὶ χῆνα· *per canem & anserem.* In canis ergo specie Nemesis figurari eâ ratione potuit, quod illa animans sic fœcunda sit ac benefica, vt etiam solertiâ distribuat, bonâque ac mala rependat; cùm alioqui fœcunditatis symbolum perinde sus existat. Nam ait Democritus, suem & canem fœcundas esse, quòd multas habeant vuluas, locaque semini concipiendo apta, vti Apostolius Cent. 22. num. 5. refert; adeoque procliuiùs Lambecius χοιρίδιον mutasset, quàm κιονάριον· *porcellus* quàm columel-

la ſeu ſtatua: etſi nec iſtud benè. Οὔθατα, quid diſpliceat non video; vt eius loco ὕδαρα reponendum putauerit Lambecius quæ nec fortè Græca vox ſit, niſi quòd ὕδαρα ἐπὶ ἀσκοῦ, *de vtre*, dici Verinus notauit, non de vberibus aut mammis. Reliqua ibi ipſe licentius componit; alia etiam explicatione τὸ, μυρμηκιὰ, verrucas exponit næuuloſque, quæ mihi omninò ἀπροσδιόνυσα. Accipio ego ea ratione qua Heſych. ἐπὶ διδασκαλείου & συμφοιτητῶν accipi docet, quoniam in Scholam puerorum agmen veluti formicarum confluit: ſic etiam hîc diuerſarum genera animantium atque volucrum extantibus capitibus, vltro Deam adoratum velut confluebant: non vt vbera (aues maximè) ſuggerent: quæ ipſa non ferenda mutatio, δαμπρεύειν, ἀντὶ τοῦ λατρεύειν. Gaudet quidem dandi caſu vox λατρεύειν, non accuſandi: at non ita accurati ſequiores Græci, ſiue eorum antiquarij.

50. Ἀλλὰ καὶ βόλαρος. Incertum mihi num ſit nomen proprium. Putet quis certè eo nomine ſugillatum, qui eam ſtatuam obruendam putauit, quaſi ad bouis ſtuporem, etiam lari ſiue gabiæ ſtupiditatem addiderit De laro Apuleius Aurei aſini lib. 5. *Auis peralba illa gauia*, &c. Rapax eſt & vorax, vnde in rapaces prouerbio dicitur, λάρος κεχηνώς· *larus hians*. λάρους etiam ſtupidos vocant, ab ſtupiditate huius auis. Bos Cyprius, notum prouerbium, ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναιδοῦς. Suid. *de homine futili & ſtupido*. Itemque, *Bos ſeptimus*. Quid ſi Βούλγαρος, à quibus tantæ Græcorum ſtrages, multis etiam eorum ſtatuis ſub Leone præſertim Armeno, ac Symeone depopulante agrum Conſtantinopolitanum, ipſamque vrbem obſidente, ablatis: ſub Romano item, aliiſque. Sed non quadrat, quod ait Anonymus vſque ad Zenonem hæc conſpicua fuiſſe. Videtur enim inde hæc eum abſtuliſſe.

51. Ἀπὸ χρονογράφων περιωδεῖς. Codinus, vt compendio vtitur, ἐκεῖσε περιωδεῖς. Etſi editum, περιωδεύσας τὰς Γοργόνας· redditque Lambec. *Iſthac præter Gorgonas tranſiens*. Sed hæc malè conſerta, nec auctoris mens ſatis explicata. Pro συλλαβεῖν, legend. συλλαβόντας. Is itaque Galenus conſpectis his ſtatuis ſubductiſque temporum rationibus, ſic diuinauit, incautuſque mentem expreſſit: quo ſibi iure aſtronomico præſagio interitum conſciuit. Tum enim ipſa ars vetita, tum quòd quis trahat ad ipſum Principem, quo ſe reum maieſtatis conſtituit. Alius longè Galenus iſto, & recentior à Galeno Medicorum ferè antiſtite atque doctore.

52. Μεκᾶς καὶ Γλαῦκος. Pugiles ſunt, quibus ibi poſitæ ſtatuæ: ac de Glauco quidem bene multa Suid. Mecas, obſcurior eſt. Quod ſequitur de Theodoro, ἀναρωδὸς, emendat Lambecius ἀναγνωδὸς, vt ſit quaſi explicatio nominis, Ἀναγνώστου. Quidni verò ἀναρρωδὸς. Satis enim Lectoris nomen altera voce declaratur, ἀναγνώσμασι; nec niſi ταυτολογίᾳ repeti debuit, ac ſi diceret, *qui lectionibus legatur, vel lectus ſit*. Procliuius ſit, ἀναγνωσμωδὸς, ac ſi dicat, *cuius inde nomen lectionibus*

nibus increbuit: quòd forsitan de illis statuis scripsit, seu pugiles ipsos exornauit.

53. Ο ποταμὸς ὁ Κύτλκ. Codinus, solùm ὁ ποταμὸς ὁ ἀπὸ Λύκου λατρευόμενος.. Emendat Lambec. προσκυνούμενος, At Anonym. ipse quoque μυκολατρευόμενος. Erat Λύκος, fluuiolus in Vrbem influens, suprà cuius caput positam statuam ex marmore candido quæ cubito videretur inniti, auctor est Manuel Chrysoloras, Epist. de comparatione Veteris & Nouæ Romæ. Longius petitum, quod hinc sibi assumit Lambec. vt sit, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ λίθου ὀχούμενος. Vox Λύκος, & pro Heroe, quem & pingi lupi specie Athenis pro tribunalibus auctor Hesych. eidemque μυκόνιον, γλίσχρον est, cuius vocis multiplex significatio; *tenax, auarus, ærumnosus*, &c. de quibus consulendus Thesaur. Quid igitur si, ὁ ὑπὸ Λύκου μυκολατρευόμενος, *qui à Lyco*, seu Lupo, *ærumnoso, parcoque cultore adoratur?* Vel certè emend. λυκολατρ. *qui à Lyco*, seu Lupo, *Lupi specie adoratur?* Procliue sanè sic Græcis delirare. At quid τὸ. Αέτιος. Num aquilas habens, velut insigne Imperij, ἀέτιος dicit Suid. Vel etiam Αέτιος, Aëtione pictore, de quo Lucian. Quid si ἀέριος· vel qui sub dio, vel qui cæruleum aëris colorem referret. Cuncta ænigmata: malimque doceri, quàm ipse docere.

54. Δαιμόνων ἐπιστασίαι. Lambecius, *suscitationes*. At dicitur ea vox, etiam de diuinis apparitionibus, in quibus nulla magica suscitatio est, sed Dei inspectio ac visitatio, seu apparitio; vel etiam SS. Spirituum: τὸ, πτώσεις, sic accipio, ac si ἐμπτώσεις, vna scilicet voce alteram explicante. Sunt hæc Græcanicæ superstitionis, malorum animos regum maximè ac magnatum verti in dæmonas. Nec aliud ista sic implexa, quàm eiusmodi nugæ: τὴν σιδηρείαν βοτάνην, alij σιδηρῖτιν vocant, de quâ Plin. lib. 22. cap. 17 aliique. Pro, ὑμῖν, videtur ὕμνον, quod Hesych. χρησμὸν, id est, oraculum exponit. Antè etiam num. 44. Byzas & Antes, vbi exsufflata Lambecij in eâ voce conjectura.

55. Τῇ πόλει, ἁγίᾳ τῇ Ῥώμῃ. Quid si. ἄγῃ τῇ Ῥώμῃ, pro, τῇ νέᾳ Ῥώμῃ, quo nomine solet Constantinopolis insigniri. Τὸ, γλυκυδουχίν τοῦ Δουκὸς, num γλυκυδουχίν. Videtur designari ille Constantinus Ducas, qui ineunte Imperium Constantino Porphyrogennerâ, muris inuolans affectansque tyrannidem fatis concessit; vir alioqui spectatissimus rebus bello gestis. Sit ergo, *Ducis iterum Duciculi*, cuius adeò infelix exitus, post tanta familiæ rerumque decora. τὸ, κιννύρεις. Hesych. κιννυρίδες, τὰ μικρὰ ὀρνιθάρια: *auicula*. Τὸ, Ἀρτεμισίῳ πυρὶ· num φόρῳ, quâ iam sæpè vsus voce, pro rerum venalium foro?

56. Διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ χρυσοῦν. Scriptum erat, χυτόν. Sed de auro palam videtur sermo, cui tantis partibus respondeat argentum; sicque mihi addita altera vox, vt non expuncta altera. Quid illud ἀκουλκάτον, quodve genus nummi, vt & λεχμία illa σκυθρωπά; mihi magnus erit, qui me doceat, inque rem literariam liberalis. Pro λεχμία, qui voluerit λεμμία, ac si *lamina seu lama*, quod Donatus interpretatur, per me licet.

57. Ἐκ τῶ Μιλίυ. Lambecius, βιβλίυ mutandum censet. Id quidem κτ τὸ σείχειον expeditius. At quid cogit sine Codice? Quidni auctor hoc librum titulo donauerit, analogiâ quadam ad Milium seu Miliare; vt sicut illud regula erat, atque mensura spatij locorum ac distantiæ, sic liber ille velut norma quædã mensuraq; haberetur, vel ipse loca ipsa describens, ac quæ in eis extarent spectatu digna exhibens, seu etiam in eis gesta referens. Sic certè liberales titulis librorum auctores. Vt nobis extaret ille liber, non tantus diuinandi labor. Sequentia ex τῆς καθ' ὥραν Μαυρικίυ Αὐγούστου, quæ sic emendo, cùm esset, καθόραν, indicio sunt, continuisse eum librum plurium Imperatorum res gestas, expeditiones, itinera, ac quæ Græci ταξίδια vocant, diarij in morem, breuique Chronographiâ, quo nomine non obscurum vnde auctor τὸ Μίλιον potuerit inscribere. Subtiliorem conjectorem libens audiam. De Faustâ, restitui quæ clausa repræsento, quòd probatorum omniũ auctorum assertione firmum sit, Faustam non Diocletiani, sed Maximiani Herculij fuisse filiam, ac procliue fuerit eas voces omitti per Antiquarij socordiam. Auctor Actorum Siluestri, Constantini vxorem Maximinam vocat, ac Diocletiani filiam, penes quem fides; nisi & ipse malè luxatus, ad certiores regulas componendus est. Alterius loci & operæ sit propensius in hæc inquirere.

58. Πανίυ. Breuiatum hoc, pro ἐκ τῶν Πανία· ex eius scilicet Commentariis. Meminit huius auctoris Niceph. lib. 1. cap. 1. Ἀφροδίτη Σφύνη. Quæ num. 28. Ἀφροδίτη παρθένος, *Venus virgo*, habetur, ad hanc nihil Venerem spectare videtur. Hæc enim Dea, & pro Iunone sumitur, ὑρανία scilicet Venus, cuius nomine aër Græcis consecratus, vt auctor est Iulius Firmicus, ipsaque Luna, vt hæc inscriptio fidem facit: illa, puella quædam amasia est, sic eodem condita tumulo, Elephanti statuã, cum amasio seu amasiâ. τὸ, Μόλιον ἀλωπῶν, cui hæc inesset inscriptio, etsi reddidi *Molium vulpinam*, quidnam propriè videatur ab alio discere velim. Vt sic redderem, ac vocem retinerem, ceu propriam, auctor mihi Hesychius, qui Μολιονίδας, γυναικὸς τινος υἱοὺς tradit, *mulieris cuiusdam filios*, quæ vtique Μόλιον ipsa dicta sit. Num & hæc Græcorum superstitione Veneris nomine ac Lunæ consecrata? vel potius sic dicta Venus, quòd Ioue nata, qui ipse Molio dictus, à quodam suo eius nominis hospite. Quòd Vulpina, scitum sanè Veneris epithetum.

59. Καινουρ ϑῦναι ἴσανται. Etsi paulò deprauatius prior illa vox Lambecio edit; maléque diuisa. Conjectura, vt legend. videatur, Καὶ Ναρσοῦ ἔτι αἱ ἵσανται. Quid enim his vocibus cum illâ affine? Num verò quòd consignata Iustiniani & Belisarij tempora, necessariò & Narsetis consignanda? Fuit eius quoque ingens gloria, haud tamen tanta quanta Belisarij, nec par exitus. Planè refert, τὸ καινουργηθῆναι, τὸ κεφαλαὶ Γοργονοειδεῖς· Gorgonum similia capita quatuor, quæ Iustinianus ὁ πάνυ, sic enim emend. pro, ὁ πάλαι, renouauerit; vti pleraque Vrbis ornamenta melioribus mutauit ac instaurauit.

60. Καὶ τῶν ζωστῶν ἑπτά. Patriciarum fortè mulierum ; nam & mulieres ζωσταί. quæ earum dignitas maxima. Cedr. Zonar. & alij. Διαδήματι δὲ τῆς Θεοδώρας καταστεφθείσης, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ Θεοκτίστη, ζωστή τε καὶ πατρικία τετίμηται. *Theodora diademate coronatâ : eius quoque mater cingulo donata, ac Patriciæ dignitate aucta.* Fortè etiam Zonis inscripta nomina, vel insignia, vt sic legentibus perfectè noscerentur.

61. Καὶ ὁ Διακρινόμενος. Hic ita descriptus, palam est Ioannes Malala Antiochenus, Damasceno relatus Orat. 3. pro Imaginibus: quippe qui vnus ex tantis qui extant, statuæ Christo positæ, sanatæ mulieris gratitudine, laudatoribus testibusque proprio nomine Βερνίκην vocet. Damasc. titulus est, Ἐκ τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης· vbi Franciscus Zinus, *Ex temporum descriptione Ioannis Antiochiæ Pontificis, qui & Malala dictus est, de muliere, quæ sanguinis fluxum perpessa fuerat.* Billius quoque dum minora castigat, ipse suo silentio Ioannem hunc Antiochenum Antistitem approbat. Iacobus item Gothofredus ad Philostorgij lib. 7. cap. 7. vbi is eandem erutæ Iuliano Dominicæ statuæ ac Hæmorroüsæ, historiam refert, *Quod, inquit, Ioan. Damasc. de Imaginibus Orat. 3. refert, ex Chronico Ioan. Antiochiæ Episcopi, cognomento Malala.* At quæ vsquam Historiæ Ecclesiasticæ, eum nobis Ioannem Antiochenum Episcopum obtruserunt, per ea tempora, ac cùm διακρινομένων secta, id est, *Hæsitantium*, ad Ioannem vsque Damascenum emersit? Ridiculi sanè, qui statim adscripto vrbis nomine, quæ patria sit, seu etiam quandoque domicilij locus, Episcopos somniant, redduntque: quo nomine in meâ Bibliotheca PP. Concionatoria, sic inaccuratos scriptores memini me sugillasse. Ioannis Antiocheni meminit Marcellinus in Chronico, Longini Deciique Consulatu. *Ioannes Antiochenæ parœcia ex Grammatico Presbyter, scripsit aduersus eos, qui in vnâ tantum substantiâ adorandum esse Christum asserunt, nec acquiescunt duas in Christo esse confitendas naturas.* Quibus pro Catholica fide pugnare videatur, eiusque confessionis vexillum aduersus Antiochenæ Sedis inuasorem Petrum Fullonem erigere. Nestoriasmi tamen suspectus est redditus, ac visus Theodosianis fauere, dum teste Gennadio, aggressus est redarguere scripta Cyrilli contra Nestorium: vnde meritò, ὁ Διακρινόμενος potuit Anonymo nostro audire, velut eorum penè fons, qui nec plenè Eutychiani essent, nec Synodum Chalcedonensem reciperent. Plura mihi disputata ad Asterium; qui Maximinum sic bacchatum in pium illud monumentum auctor est, ipse paulò Philostorgio & Socrat' senior, non Iulianum. Cauendi hîc Arianorum Eusebij ac Philostorgij furfures, quos Caluiniani Interpretes ampliant; num erroris eadem origine, quodque nec ipsi Christum hominem, qui pingi imagine possit, eaque religiosè coli, cultuque supra ciuilem paulò altiori, satis credant? Videnda acta VII. Synodi, ac vtinam quandoque vulganda S. Nicephori Antirrhetica.

Aliquid fortè plagij passa ipsa Philostorgij electa. Qui tantis, Martyrius Episcopus Martyr hîc Anonymo celebratur. ipse Christi victima, non Deorum (quæ Græcorum dementia) ignotus Romanis tabulis, aliisque, quos consulere licuit. Procliue tamen Christianæ plebis Principem. sic sæuiente vel Iuliano, vel Maximino, seu etiam Græcorum turba, in venerandum Christi Characterem, ipsumque vindicando martyrium celebrasse. Quod non Christi ac τ̃ Αἱμόῤῥους statuas existimat Gothofredus, sed Vrbis ipsius Paneados ac cuiuspiam Soteros, seu viri alicuius principis, qui à clade aliqua eam liberasset. seu singulari munere donasset, quod ita moris erat prouincias vrbesque effingere, hancque suam conjecturam vel indigenarum per id tempus traditioni, vel ipsi certæ inscriptioni, vt variè tradunt veterum monumenta, putat post tot ætates præscribere (cùm hactenus id nemini in mentem venerit) Caluiniani candoris est ac πλυμοδίας, nouique Euangelij. Quid hæc spectent ad Vrbem C P. non video, nisi quod eruta Theodosio Iuliani ea in Vrbe simulacra: iusta scilicet vindicta, pro eo ac ipse Christi statuam illam sustulerat. τῆ, Αἱμόῤῥους nihil suspectum. quicquid visum Lambecio.

62. Περὶ τ̃ σταυρ. Necessariò suppleui, quæ clausa repræsento. Qui pugnaturo aduersus Maxentium Constantino eam Crucem apparuisse dicunt, non facilè admittent, sic visam Constantinopoli, seu Byzantij. Vnde etiam illud, ὡς φασιν, vt fama vulgique rumore ita ferri significetur, non certis monumentis proditum esse.

63. Σπαθάριοι οἱ κουδικᾶτοι Num & hæc noua vox, pro ea, quam reddo, κουβικουλάριοι, ac Lambecij conjecturam sequor? Nam κουδικᾶτοι, quasi qui à Codicillis essent, vti Silentiarij, qui secretis Imperatoriis præfecti essent, plusculum fortè remotum videatur. Sunt sanè vtrique Spatharij & cohortes, seu armigeri, qui ferè Ὀψικίου essent; qui nimirum aulæ propiùs inseruirent, ac Imperatori continuè præirent, seu eidem comites adhærerent: Silentiarij, etiam consiliorum participes ac administri forent. Non admodum abhorrere videntur, quos paulò sequior ætas Νοταρίους vocauit, qui Imperatori domi pariter, ac in exercitu, ἐν ταξειδίῳ, frequentes adessent: de quibus, & ad quos multa Michaël Psellus, Epistolis suis lectissimis, mihique pridem repositis. Ex hac Silentiorum Schola Anastasius ad Imperij arcem euectus, Ariadna extincto Zenone, cum sibi virum deposcente. Ait Zonar. τῆς χαμαιζήλου δὲ τῶν ἀξιωμάτων, redditque Xyland. *Humile id munus est.* Errorem existimat Meursius, ac legend. τῆς χαμαιζήλου μὲν τῶν: *dignitatis genus non ignobile*: quòd inter Clarissimos recensetur in l. *Iubemus*, 5. C. de Silent. & Decur. Mihi verò nullus subolet error: etsi enim nonnulla horum dignitas, atlongè illa ab Imperij fastigio remota, tantis aliis Magistrorum ac Senatorum, Patriciorumque & Prætorum ac Ducum, quin & Præfectorum, illi vicinioribus quibus: omnibus spretis, hunc sibi, eiusque ordinis homi-

nem, conjugem Ariadnam voluisse, Senatumque probasse, id verò Zonaras iis verbis perstringit, ac nouum habet. Hæc mihi conjectura: aliorum melioribus non præscribo.

64. *Καὶ Θεῶν Βητάγμων.* Opponit Diis *μάκαρσι*, id est, beatis, seu cœlestibus, vt Dij sint inferi: quòd velut *Saturnalium, Deorum Saturno patre inferorum* explicatiùs reddidi, Verinum secutus sum, diligentem certè Grammaticum ac Lexicographum, cui *Βητάγων, ὁ Κρόνος ὑπὸ Φοινίκων. Phœnices Saturnum vocant Betagum:* Liquet enim eandem vtriusque vocis vim esse; quæ partim dumtaxat detorta sit ex varia aut pronuntiatione, aut certè scriptïone. Porrò Diis inferis accenseri Saturnum, auctor nobis Plutarchus, in Quæstionibus Romanis. Dum enim quærit cur Romani *ἀπαρεγκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ. capite retecto*, Saturno sacrificent, post primam rationem, quòd eius sacra, Æneâ sint antiquiora, qui ita operto capite Diis faciendum sanxerit; alteram hanc affert; *ἢ ὅτι τοῖς οὐρανίοις ἐπικαλύπτονται· τὸν δὲ Κρόνον ἡγοῦνται Θεὸν ὑποχθόνιον καὶ χθόνιον. An quòd caput operiant coram cœlestibus Diis: Saturnum autem inter inferos terrestresque Deos numerant?* Vt sit infelix pater tantæ sobolis, quantam sibi inferis deditam cæca Gentilitas consecrauit. De Seuero, quæ tanta auctor loquitur, non consentiunt, vt de Seuero Cæsare à Maxentio oppresso intelligantur, qui & Italiam atque Aphricam tenuit, nec in Constantinum pugnauit: num Cari filius, incertum: ex sorore nepotem Galerij, historiæ produnt. An Carus ille ex Herculij stirpe, vt ita *Σεύηρον τὸν Ερκούλιον* vel *Ερκουλίου*, dicere Auctor potuerit? de Maxentio res clarior, quem Romæ oppressum à Constantino constat non Byzantij, vt fortè Auctor vtrobique gesta confundat; nisi alius quispiam obscurior in Oriente Constantini hostis Seuerus nomine & Cari filius, idolorum impensiùs cultor dæmonumque præstigiis deditior, fuit. Vt vt sit, lego, *ὃν εὔξασθαι φασίν· καὶ Σεύηρον τὸν Ερκούλιον.*

65. *Τετράγωνα Βασίλειον καθίσαντες.* Vocem *Βασίλειον* vitiosam sic emendo, ac si *Καβαλλαρείων.* Sic passim Græcobarbaras eiusmodi voces truncant, vel antiquarij, vel ipsi auctores, vt cùm *λέντιον*, pro *σαλέντιον*, vel *σιέντιον*, aliàque eiusmodi Quam emend. conjecturâ assignat Lambecius, vt sit, *τετράγωνα τοῦ λαβάρου καθίσαντες*, nihil congruit.

66. *Εξῆπτε συνίσειαν.* Planè, *ἄδειαν· πίστιν* scilicet, & vt nihil damni accepturus esset, velut affectatæ tyrannidis reus, aut eius suspectus, Imperatoris fidem.

67. *Τῶν Μήδων τῶν Ελεγίων.* Emendarem, *Τοῖς μέσον τῶν Ελεγίων*, ni paulò pòst, Magna Iustiniani statua ære equestris, illâ ipsâ Hippodromij parte posita haberetur, *μετὰ τὴν νίκην Μήδων· post relatam de Medis victoriam.* Potuit ergo ambitiosus Princeps, eam Circi partem ad rei memoriam Medorum *Ελεγεῖον* vocare; siue quod ibi adscripti eius rei testes, Elegi, siue quòd locus ipse statuâ victoris clarus, Medorum, seu etiam Persarum luctus, ab eorum clade, monumentum erat.

68. Κατὰ μοῖραν, καὶ χάριν. Sunt hæ antitheses, quibus Athanaidis, tumque in Baptiſmo, Eudociæ, hiſtoria tota ac τύχη καὶ ἀτυχίας, velut digito monſtratur. Procliuius mirari elegantiam, quàm ſatis exprimere. Socrates lib. 7. Theophanes, alijque perſtringunt, vt virgo inops, fratribuſque pulſata, ad Imperatoris nuptias peruenerit; Auctor Chronici Alexandrini fusè narrat, ex quo poteſt accipere, qui velit. Aliqua ſunt in Interprete notanda 1. quòd τὸ, Ἑλλαδικὴ, ſemel & iterum illi *Gracanica*, quod magis Gentilem ſonat, ac Græcis Ἕλλην εſt, quod & poſtremò eam auctor vocat, cùm de eius agit baptiſmo. Ἑλλαδικὴ igitur, eſt ex Achaiâ, & Prouinciâ Græciæ ſtrictè dictâ, cuius Vrbes 18. quæ extent, refert Philippus Ferrarius in Theſauro Geographico, inter quas clara Eudociæ patria, Athenæ; vnde hîc Ἀθηναία dicitur. Fratrem alterum factum Magiſtrum, vt & Paulinum nuptiarum conciliatorem; ἐποίησε Μάγιστρον, quod ille ait, non bene Radderus, *Magiſtrum Palatij & Officiorum creauit*. Gloſſema inutile. Magiſtri erant honoratiſſimi, ac velut inter Patritios primi, quorum maximè conſiliis Imperator regendâ Rep. vteretur, nec aliud dicendi quàm Magiſtri. Palatij cura, quà Magiſtris, nulla iis propria. Non vnus, ſed bene plures erant, & quot Imperator eo honore ac dignitate ornandos putabat. Ad vocem ἀσπροτάτην ὡσεὶ χιών· *candore niueo*, ſic marg. cauet Radderus, *Mendoſa vox: an* ἀργοτάτην. Malè ſanè: nihil mendoſa vox, ſed ex communi vſu receptiſſima; etſi fortè non adeo antiqua. Exempla cumulat Meurſius, ac facilè occurrunt, ſi quis auctores medij aut ſequioris æui legat. Hinc ἄσπρον à candore nummulus argenteus; cuius Græcis, & apud Turcas vſus frequentiſſimus: ſic nobis, ſic Hiſpanis ex argento cuſa pecunia, ipſumque argenteum, album vocatur, ac moneta alba: τὸ ἀργὸς vox magis poëtica, ſic quidem quandoque Euſtathio apud Homer. expoſita, at incerto, aliaſque eius vocis ſignificationes afferenti, cum de cane, ſeu aliis animantibus dicitur; vt ſit vel velox, vel ſegnis: de feminâ, & quo eius deſcribatur forma ac venuſtas, quærendum Raddero exemplum: ὑπὸ λόγον ἀνήνεγκεν· quod eſt, *datâ fide, eáque ſecurôs in Vrbem adduxit*, non bene emend. ὑπὸ λόγον, redditumque, *ſine ſuſpicione*. Hæc obiter: alia non vacat inquirere. Eudocij patrem Heraclitum vocat auctor ille Chronici Alexandr. alij Leontium. In tabulis teſtamenti quod ſcripſit, ἀρκεῖν αὐτῇ τὴν αὐτῆς τύχην, ὑπερέχουσαν πάσης τὴν γυναικείαν τύχην. *Sufficere ei eius fortunam, qua omnem feminarum excedat fortunam*; non bene exponit Radderus, dum ita notat, *formam intelligit & eruditionem*. Hæc certè ad fortunam via: at non ipſa fortuna, ſed qua virgo paupercula Theodoſio nupſit, quò vir Philoſophus ac Mathematicus euaſuram filiam ἀπὸ τῆς ἀστρονομικῆς, homo ſcilicet Gentilis, præſagierit: de qua ipſa fortuna, eadem Eudocia ſic fratribus ait, ἡ γὰρ ἐμὴ ἀγαθὴ τύχη ὑμᾶς ἀπηνεῖς ἐποίησεν εἰς ἐμὲ γενέσθαι, καὶ οὐχ ὑμετέρα πρὸς ἐμὲ γνώμη. *Bona enim fortuna mea vos erga me reddidit duriores, non ve-*

ſtra in me voluntas animique ſententia. Num & hîc, bona Eudociæ fortuna, eius ſpecies & eruditio, non diuina prouidentia, quam nos Chriſtiani fortunam intelligimus, fatumque, quidquid Græci ac Mathematici, quos noſter paſſim Anonymus, Auctorque Chronici Alexandrini Philoſophos vocant, iis vocibus ad aſtra relatis ſanæ doctrinæ aduerſum ingerant. Huic germanum quod Ioſeph fratribus loquitur Gen. 45. *Nolite pauere, neque durum vobis videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtrâ miſit me Deus ante vos.* Et 50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? &c.* Hæc itaque Ioſephi fortuna, non eius ſolertia aliæque dotes, hæc Eudociæ; melioráque à viro Theologo doctoque Interprete expectanda.

69 ἀλλαστημόνων τῶν Ὀλυμπίων. Helladico more loquitur, vbi Equeſtres ludi Olympiaci adeo celebres καὶ τὸ θαυμάζειν ἀμβλωπάσιν· nihil mutandum duco, quicquid conjectura Lambecius emendet: procliue enim ſtupore ἀμβλωπεῖν, velutque cæcutire. Sequentia paulò aliter ac Lambecius compono, ac vbi τὸ στοιχεῖον τοῖς στοιχείοις errore editum, repono, τῷ στοιχείῳ τῆς Τύχης· nec enim malum Vrbi, quòd cum eius Fortunæ ſigno ſignum concurrat, quod Lambecio expreſſum; ſed quòd ſignum malum: hocque denuntiare, malum eſt Vrbi denuntiare, quod noſtra efferunt.

70 Κάμου δίκλω κεκμηκότα. quod erat editum, vt referat τὸ, γόνυ· nihil enim ſcrupuli hiſce auctoribus, quod maſculina neutris iunguntur: quin nec longè vetuſtioribus (Attica ſcilicet licentia) vti in Dionyſio Areopagita vetuſtus Scholiaſtes obſeruauit, vel vt molliui, κεκμηκότος, vt referat τὸ κάμου. Emendat Lambec. τὸ γόνυ καμπτὸν, δίκλω κεκμηκότος. *In ſublime tollens genu curuum inſtar feſſi.* Ita genui tollere quin curuetur, haud procliue, vt ferè ἀπειρόκαλος ineptuſque auctor ac ſuperfluus, ſi καμπτὸν ſcripſit. Malo ergo τὸ, κάμου, poſitumque exiſtimo, ἀντὶ τοῦ, καμίλλου, vt ſolent Græci vel augere ſyllabas vel elidere. Κάμιλλος autem, quid Græcis Latiniſque, exploratum eſt. Nempe παῖς ἀμφιθαλής· quem patrimum matrimumque & puberem interpretantur. Sic præcipuè dicti ſacrorum miniſtri, ac ſacrificulis adſtantes pueri: ipſe Hetruſcis Mercurius, quòd Deorum miniſter: ſic pueri Magnatum miniſtri, quos ſic incompoſitè genu paſſim leuare ac flectere velut tædio laſſitudiniſque impatientia, quiſque videat. Camillus ergo, ſiue vt veteres amabant, caſmillus, velut minuendi forma; camus, abſoluta; vtrumque ἀπὸ τοῦ, κάμνω· vt bene Martinius in Lexico. aliique. τὸ στοιχειούμενος cum Lambecio emendo, reddoque στοιχειωσάμενος: qua voce deſignari poteſt, vel qui poſuit ſtatuam ac ſignum: vel quem illud deſignaret, τὸ ἀγόνατοι, quid velit neſcire ſe Lambecius fatetur; redditque *tempora eneruata.* Ariſt. περὶ πορείας ζώων, ἀγόνατος, eſt *genu carens.* Ita exponitur Henrico Steph. Criſp. Scap. *ingeniculatus*: altero ſignificet dura futura tempora, nec ad vſum accommoda: altero firma atque robuſta. Verùm quid pluribus vexare Græcorum hæc Sapientum deliria?

71. ῥ δῆμε. Pulchra conjugatio, δῆμος, δῆμος. Erant præcipuè factiones, δῆμοι, quatuor scilicet populi partes studiis scissæ, multas turbas cientes, quò Philosophus potuit spectare. Verum oraculum ostendunt, hinc tantæ Iustiniano aliisque Principibus in Circo factæ cædes.

72. ἐώρα γάρ τινα. Malè Lambecius emendat, quod ita plerique alij Codices habent, editque ἑώρα τῷ Κάρος. At Carus deinceps inducitur, ac προσταπτικῶς loquitur: maléque idem Lambecius velut iam locutum, ac sermonem continuantem inducit, contra fidem interpretis. Nec enim τὸ, Κάρος δὲ καὶ αὐτὸς προσταπτικῶς, εἶπε, hoc est, *Idem ille vt pergeret admonitus*: verùm, *Sed & Carus ipse vt loqueretur*, &c. Nec plures singuli, sed suam quisque sententiam dicit; nisi fortè addendo aliquid, quod sit ratio sententiæ, vt in illo Pelopis dicto. Causa enim cur aut Philosophum ἄκυρον, aut Regem οὐκ ἄκυρον dixerit, ea est, quod muliebre illud signum, quatuor partibus figuratum (magnum scilicet φυλακτήριον) illius obtutibus incurrit. Est enim ac si dicat, Aût non ego Philosophus, aut non verus Imperator, in quem signum eiusmodi muliebre, sicque partibus quatuor magicè figuratum atque inscriptũ assumatur· ζωδιακοῖς γράμμασι intelligigo, ζωδίοις propriis quæ erant signa illa magicè consecrata, insana saltem sic accipientium opinione, cùm iis, qui posuerant, nihil fortè eiusmodi in animum venisset, sed vt solùm monumento essent, vel abtrusius aliquid symbolo designarent: vti in re quoque nummaria liquet antiquis factitatum esse. Cæterum necessaria mihi conjectura, τὸ, ἀγνῶς emendandum videtur, εὐήθης· vt sit, *aut non simplex fatuusque Imperator, seu minoris genij ac ingenij*, cuius sic quadra figura, ac ex quo κομψοὶ futuri καὶ ἀπειροι: vel si nostra ferenda lectio, ἢ οὐκ ὁ Κωνσταντῖνος. Omnia enim hæc in bonum sanant, nec cohæret, vt de illo dicantur qui indignus Imperatoris seu Regis nuncupatione est: οἱ κομψοὶ, quod bene Lambecius, *versuti*, reddit, τῷ εὐήθει opponitur, vnaque hæc vox nostram abundè conjecturam firmat, de cuius hac Atticis peculiari significatione videndus Erotianus Henrico Stephano citatus in Appendice; ac nisi velimus viros sapientes, dissuta & contraria locutos esse, qualia nec anus garrirent: cuiusmodi est quod repræsentat Lambec. οἱ κομψοὶ καὶ ἀπείρατοι *versuti & inexperti*: sic enim ille reddit: at quod acumen, quæ vis, aut quid vox illa ἀπείρατος, vel sensu, vel analogia vocis ad superiora? ὡ τετραπέρατι dictũ, velut quadruplici facie ducta statua, signumque quadrilaterum, & vt pressius vis ipsa vocis explicetur, quatuor velut partibus finitum; huic opponitur, Anonymi vox, ἀπείρατοι, quod est *magni*, quasi ἀόριστοι, πέρας οὐκ ἔχοντες: vt exponit Hesych. translatumque ad animum sit, *eximij ac magni*.

73. Ὡς καὶ πιρῶντας. Malè Lambecius, quod Philosophus eleuat, illi assertum facit, contra ipsam vim vocis, dum reddit, *vti experimento constat*.

conſtat. Aliud enim τὸ, τηρεῖν & τηρεῖσθαι. Eſt ergo ſenſus, ſi verum eſt, quod ſignificare ac præſagire ſtatuas affetunt atque contendunt; vel ij ſcilicet qui poſuerunt, vel qui ex his diuinant, Vrbiſque fatum in eis conſtituunt; fierine poteſt vt ciuitas conſiſtat? Quòd ſcilicet tanta viderent mali ominis; hincque adeo ſcientiæ ac obſeruationis vanitatem arguit, non experimento vera præſagia aſſerit.

74. Λογιστής. Poſſet reddi, Æſtimator, Cenſor, Rationalis. Romanus Magiſtratus, qui Prouinciæ Procurator; & qui officiales ab Actis haberet: ipſe qui ſub Regibus, *Διοικητής*, *Dioecetes*. Significatur excellens quædam iudicij auctoritas inter Athenienſes Philoſophos, quibus velut regula limeſque eſſet. Sic quoque in Actis Metaphraſteis S. Catharinæ, ſupremus quidam Philoſophus inducitur, quo victo, reliqui animum deſpondere. Videatur Athenis λογιστὴς φιλοσόφων, qui Conſtantinopoli ὕπατος, quo nomine celebris Michaël Pſellus: quem Conſulem qui velit & reddat neſcio an probus ſatis Interpres habendus ſit. Sic non placet, quod Lambec. paulò inferius emendat, de hoc ipſo oraculo, quod auctor ait inuentum in tomis Leonis Magni, παρὰ Λιγουείν ἀστρονόμου, καὶ ὑπάτου τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Λέοντος, dum ait, *Pro Λιγουείν, ſcribe Ὀλυβρίου. Conſul autem fuit hic Olybrius anno octauo Imperij Leonis Macelæ.* Ita id quidem. At quis audiuit Imperatoris cuiuſquam vocari Conſulem, qui illo Principe, at ne quidem eius Collega, conſulatum geſſit? Quænam verò hæc Olybrij nota vt Mathematicus, non vir Clariſſimus ac Nobiliſſimus, demumque Auguſtus ac Imperator Romæ, audiret? Fuit ille Conſul Leonis anno VII. vt ponit Chronicon Alexandr. Ruſtico eius Collega; miſſuſque Romam à Leone, βιασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαίων χειροτονεῖται βασιλεύς. *Inuitus a Romanis illic degentibus Imperator creatur*, inquit idem. Mathematicum hominem qui prodiderit, ſcio neminem. Quid ſi ἀστρονόμων ὑπάτου, ſicque loquatur auctor æui ſui more, quo principes quique cuiuſvis facultatis; proceres ac Magiſtratus, nec ij ſummi, ſic vocarentur, vt ex Vitis τῶν νέων βασιλέων videre licet, ſiue iam editis, ſiue quæ meliores prælum, expectant, mihique ſuppetunt. Leonis Macelæ tomi rerum Aſtronomicarum, ſatis obſcuri: Leo Baſilij filius eo nomine clarior, quo & Sapientem vulgò dicunt. Ego cum Leone Philoſopho ſic dicto, ipſoque magno Aſtronomo confundi mihi viſus ſum oſtendere, in recenſitis Bibl. PP. Concionatoriæ Auctoribus. Gentis certè iſtud grande vitium, quòd ſic addicta eiuſcemodi ſuperſtitioſis; quibus illi non ſalus comparata, ſed demum exitium (Deo ſcilicet vltore) & interitus. Quid ſi Magnus Leo auctori, non ipſe verè Magnus, ſicque vulgo dictus; ſed fortè, quem dixi, Baſilij filius: ſic enim ſcriptorum libitu, Magni vocantur, aliàs non Magni, vti ſtatim *Magnus Anaſtaſius* in Codino, quæ vox melius Anonymo deſideratur. Nec enim tanti Anaſtaſius aliquis Romanus Imperator fuit, vt iure Magnus dici debuerit. Citat Codinus num. 68. Λικίνιον de Mau-

la seu statua: etsi nec istud benè. Οὖθατα, quid displiceat non video, vt eius loco ὕδατα reponendum putauerit Lambecius quæ nec fortè Græca vox sit, nisi quòd ὕδατα ἐπὶ ἀγγείου, de vtre, dici Verinus notauit, non de vberibus aut mammis. Reliqua ibi ipse licentius componit; alia etiam explicatione τὰ μυρμηκιὰ, verrucas exponit næuulosque, quæ mihi omninò ἀπροσδιόνυσα. Accipio ego ea ratione qua Hesych. ἐπὶ διδασκαλείου & συμφοιτητῶν accipi docet, quoniam in Scholam puerorum agmen veluti formicarum confluit: sic etiam hîc diuersarum genera animantium atque volucrum extantibus capitibus, vltro Deam adoratum velut confluebant: non vt vbera (aues maximè) suggerent: quæ ipsa non ferenda mutatio, λατρεύειν, ἀντὶ τοῦ λατρεύειν. Gaudet quidem dandi casu vox λατρεύειν, non accusandi: at non ita accurati sequiores Græci, siue eorum antiquarij.

50. Ἀλλὰ καὶ βόλαρος. Incertum mihi num sit nomen proprium. Putet quis certè eo nomine sugillatum, qui eam statuam obruendam putauit, quasi ad bouis stuporem, etiam lari siue gabiæ stupiditatem addiderit De laro Apuleius Aurei asini lib. 5. *Auis peralba illa gauia*, &c. Rapax est & vorax, vnde in rapaces prouerbio dicitur, λάρος κεχηνώς· *larus hians*. λάρους etiam stupidos vocant, ab stupiditate huius auis. Bos Cyprius, notum prouerbium, ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθήτου. Suid. *de homine futili & stupido*. Itemque, *Bos septimus*. Quid si Βούλγαρος, à quibus tantæ Græcorum strages, multis etiam eorum statuis sub Leone præsertim Armeno, ac Symeone depopulante agrum Constantinopolitanum, ipsamque vrbem obsidente, ablatis: sub Romano item, aliisque. Sed non quadrat, quod ait Anonymus vsque ad Zenonem hæc conspicua fuisse. Videtur enim inde hæc eum abstulisse.

51. Ἀπὸ χρονογράφων περιωδεῖς. Codinus, vt compendio vtitur, ἐκεῖσε περιωδεῖς. Etsi editum, περιωδεύσας τὰς Γοργόνας· redditque Lambec. *Isthac præter Gorgonas transiens*. Sed hæc mirè conserta, nec auctoris mens satis explicata. Pro συλλαβεῖν, legend. συλλαβόντας. Is itaque Galenus conspectis his statuis subductisque temporum rationibus, sic diuinauit, incautusque mentem expressit: quo sibi iure astronomico præsagio interitum consciuit. Tum enim ipsa ars vetita, tum quòd quis trahat ad ipsum Principem, quo se reum maiestatis constituit. Alius longè Galenus iste, & recentior à Galeno Medicorum ferè antistite atque doctore.

52. Μηκᾶς καὶ Γλαῦκος. Pugiles sunt, quibus ibi positæ statuæ: ac de Glauco quidem bene multa Suid. Mecas, obscurior est. Quod sequitur de Theodoro, ἀναγνωδεὺς, emendat Lambecius ἀναγνωδεὺς, vt sit quasi explicatio nominis, Ἀναγνώστου. Quidni verò ἀναρρωδεὺς. Satis enim Lectoris nomen altera voce declaratur, ἀναγνώσμασι; nec nisi ταυτολογία repeti debuit, ac si diceret, *qui lectionibus legatur, vel lectus sit*. Procliuius sit, ἀναγνωσθεὶς, ac si dicat, *cuius inde nomen lectionibus*

nibus increbuit: quòd forsitan de illis statuis scripsit, seu pugiles ipsos exornauit.

53. Ο ποταμὸς ὁ Κύπλ. Codinus, solùm ὁ ποταμὸς ὁ ἀπὸ Λύκου λαπεινόμενος. Emendat Lambec. σεσοαγεινόμενος, At Anonym. ipse quoque μυκοιαπεινόμενος. Erat Λύκος, fluuiolus in Vrbem influens, suprà cuius caput positam statuam ex marmore candido quæ cubito videretur inniti, auctor est Manuel Chrysoloras, Epist. de comparatione Veteris & Nouæ Romæ. Longius petitum, quod hinc sibi assumit Lambec. vt sit, ἀπὸ τοῦ λευκοῦ λίθου ὀρώμενος. Vox Λύκος, & pro Heroe, quem & pingi lupi specie Athenis pro tribunalibus auctor Hesych. eidemque μυκόνιον, γλίσχρον est, cuius vocis multiplex significatio; *tenax, anarus, ærumnosus*, &c. de quibus consulendus Thesaur. Quid igitur si, ὁ ὑπὸ Λύκου μυκοσαπεινόμενος, *qui à Lyco*, seu Lupo, *ærumnoso, parcoque cultore adoratur?* Vel certè emend. λυκοσαπ. *qui à Lyco*, seu Lupo, *Lupi specie adoratur?* Procline sanè sic Græcis delirare. At quid τὸ. Αἴτιος. Num aquilas habens, velut insigne Imperij, ἀέτιος dicit Suid. Vel etiam Αἴτιος, Aëtione pictore, de quo Lucian. Quid si αἴθειος· vel qui sub dio, vel qui cæruleum aëris colorem referret. Cuncta ænigmata: malimque doceri, quàm ipse docere.

54. Δαιμόνων ἐπιστασίαι. Lambecius, *suscitationes*. At dicitur ea vox, etiam de diuinis apparitionibus, in quibus nulla magica suscitatio est, sed Dei inspectio ac visitatio, seu apparitio; vel etiam SS. Spirituum: τὸ, πλώπης, sic accipio, ac si ἐμπλώσεις, vna scilicet voce alteram explicante. Sunt hæc Græcanicæ superstitionis, malorum animos regum maximè ac magnatum verti in dæmonas. Nec aliud ista sic implexa, quàm eiusmodi nugæ: τὴν σιδηρέαν βοτάνην, alij σιδηρῖτιν vocant, de quâ Plin. lib. 22. cap. 17 aliique. Pro, ὑμῖν, videtur ὕμνον, quod Hesych. χρησμὸν, id est, oraculum exponit. Antè etiam num. 44. Byzas & Antes, vbi exsufflata Lambecij in eâ voce conjectura.

55. Τῇ πόλει, ἤγα τῇ Ῥώμῃ. Quid si. ἤγουν τῇ Ῥώμῃ, pro, τῇ νέᾳ Ῥώμῃ, quo nomine solet Constantinopolis insigniri. Τὸ, γλυκύδουχίε τοῦ Δουκὸς, num γλυκύδουχίε. Videtur designari ille Constantinus Ducas, qui ineunte Imperium Constantino Porphyrogennetâ, muris inuolans affectansque tyrannidem fatis concessit; vir alioqui spectatissimus rebus bello gestis. Sit ergo, *Ducis iterum Duciculi*, cuius adeò infelix exitus, post tanta familiæ rerumque decora. τὸ, κιννύρις. Hesych. κιννυρίδες, τὰ μικρὰ ὀρνιθάρια: *auicula*. Τὸ, Αρτπωσώφ πυελ· num πῦρ, quâ iam sæpè vsus voce, pro rerum venalium foro?

56. Διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ χρυσόν. Scriptum erat, χωτόν. Sed de auro palam videtur sermo, cui tantis partibus respondeat argentum; sicque mihi addita altera vox, vt non expuncta altera. Quid illud ἀκουχάτον, quodve genus nummi, vt & λεχμία illa συνθετὰ; mihi magnus erit, qui me doceat, inque rem literariam liberalis. Pro λεχμία, qui voluerit λεμμία, ac si *lamina seu lama*, quod Donatus interpretatur, per me licet.

H

57. Ἐκ τοῦ Μιλίου. Lambecius, βιβλίου mutandum censet. Id quidem κατὰ τὸ πρόχειρον expeditius. At quid cogit sine Codice? Quidni auctor hoc librum titulo donauerit, analogiâ quadam ad Milium seu Miliare; vt sicut illud regula erat, atque mensura spatij locorum ac distantiæ, sic liber ille velut norma quædã mensuraq; haberetur, vel ipse loca ipsa describens, ac quæ in eis extarent spectatu digna exhibens, seu etiam in eis gesta referens. Sic certè liberales titulis librorum auctores. Vt nobis extaret ille liber, non tantus diuinandi labor. Sequentia ex τῶν καθ' ὥραν Μαυρικίου Αὐγούστου, quæ sic emendo, cùm esset, καθ' ὥραν, indicio sunt, continuisse eum librum plurium Imperatorum res gestas, expeditiones, itinera, ac quæ Græci πεζίδια vocant, diarij in morem, breuique Chronographiâ, quo nomine non obscurum vnde auctor τὸ Μίλιον potuerit inscribere. Subtiliorem conjectorem libens audiam. De Faustâ, restitui quæ clausa repræsento, quòd probatorum omniũ auctorum assertione firmum sit, Faustam non Diocletiani, sed Maximiani Herculij fuisse filiam, ac procliue fuerit eas voces omitti per Antiquarij socordiam. Auctor Actorum Siluestri, Constantini vxorem Maximinam vocat, ac Diocletiani filiam, penes quem fides; nisi & ipse malè luxatus, ad certiores regulas componendus est. Alterius loci & operæ sit propensius in hæc inquirere.

58. Παπίου. Breuiatum hoc, pro ἐκ τῶν Παπίου ex eius scilicet Commentariis. Meminit huius auctoris Niceph. lib. 1. cap. 1. Ἀφροδίτη Σήνη. Quæ num. 28. Ἀφροδίτη παρθένος, *Venus virgo*, habetur, ad hanc nihil Venerem spectare videtur. Hæc enim Dea, & pro Iunone sumitur, οὐρανία scilicet Venus, cuius nomine aër Græcis consecratus, vt auctor est Iulius Firmicus, ipsaque Luna, vt hæc inscriptio fidem facit: illa, puella quædam amasia est, sic eodem condita tumulo, Elephanti statuâ, cum amasio seu amasiâ. τὸ, Μόλιον ἀλωπὸν, cui hæc inesset inscriptio, etsi reddidi *Molium vulpinam*, quidnam propriè videatur ab alio discere velim. Vt sic redderem, ac vocem retinerem, ceu propriam, auctor mihi Hesychius, qui Μολιονίδας, γυναικός τινος υἱοὺς tradit, *mulieris cuiusdam filios*, quæ vtique Μόλιον ipsa dicta sit. Num & hæc Græcorum superstitione Veneris nomine ac Lunæ consecrata? vel potius sic dicta Venus, quòd Ioue nata, qui ipse Molio dictus, à quodam suo eius nominis hospite. Quòd Vulpina, scitum sanè Veneris epithetum.

59. Καιροτρ ξιου ἴσωτα. Etsi paulò deprauatius prior illa vox Lambecio edit. maléque diuisa. Conjectura, vt legend. videatur, Καὶ Ναρσοῦ ἐν αὐ ἴσωτα. Quid enim his vocibus cum illâ affine? Num verò quòd consignata Iustiniani & Belisarij tempora, necessariò & Narsetis consignanda? Fuit eius quoque ingens gloria, haud tamen tanta quanta Belisarij, nec par exitus. Planè refert, τὰ καρουχοειδῆ τέσσαρα, τὸ κεφαλαὶ Γοργονοειδεῖς Gorgonum similia capita quatuor, quæ Iustinianus ὁ πάνυ, sic enim emend. pro, ὁ πάλαι, renouauerit; vti pleraque Vrbis ornamenta melioribus mutauit ac instaurauit.

60. Καὶ τῆς λιγγινῶν ἐπλά. Patriciarum fortè mulierum; nam & mulieres ζωσταί. quæ earum dignitas maxima. Cedr. Zonar. & alij. Διαδήματι δὲ ἡ Θεοδώρα καταστεφθεῖσα, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ Θεοκτίστη, ζωστῇ καὶ πατρικίᾳ τετίμηται. *Theodora diademate coronatâ: eius quoque ma'er cingulo donata, ac Patriciæ dignitate aucta.* Fortè etiam Zonis inscripta nomina, vel insignia, vt sic legentibus perfectè noscerentur.

61. Καὶ ὁ Διακρινόμενος. Hic ita descriptus, palam est Ioannes Malala Antiochenus, Damasceno relatus Orat. 3. pro Imaginibus: quippe qui vnus ex tantis qui extant, statuæ Christo positæ, sanatæ mulieris gratitudine, laudatoribus testibusque proprio nomine Βερνίκην vocet. Damasc. titulus est, Ἐκ τῆς χρονογραφίας Ἰωάννου Ἀντιοχείας τοῦ καὶ Μαλάλα περὶ τῆς Αἱμοῤῥοούσης· vbi Franciscus Zinus, *Ex temporum descriptione Ioannis Antiochiæ Pontificis, qui & Malala dictus est, de muliere, quæ sanguinis fluxum perpessa fuerat.* Billius quoque dum minora castigat, ipse suo silentio Ioannem hunc Antiochenum Antistitem approbat. Iacobus item Gothofredus ad Philostorgij lib. 7. cap. 7. vbi is eandem erutæ Iuliano Dominicæ statuæ ac Hæmorrhoüsæ historiam refert, *Quod*, inquit, *Ioan. Damasc. de Imaginibus Orat. 3. refert, ex Chronico Ioan. Antiochiæ Episcopi, cognomento Malala.* At quæ vsquam Historiæ Ecclesiasticæ, eum nobis Ioannem Antiochenum Episcopum obtruserunt, per ea tempora, ac cùm διακρινομένων secta, id est, *Hæsitantium*, ad Ioannem vsque Damascenum emersit? Ridiculi sanè, qui statim adscripto vrbis nomine, quæ patria sit, seu etiam quandoque domicilij locus, Episcopos somniant, redduntque: quo nomine in meâ Bibliotheca PP. Concionatoria, sic inaccuratos scriptores memini me sugillasse. Ioannis Antiocheni meminit Marcellinus in Chronico, Longini Deciique Consulatu. *Ioannes Antiochenæ parœcia ex Grammatico Presbyter, scripsit aduersus eos, qui in vnâ tantum substantiâ adorandum esse Christum asserunt, nec acquiescunt duas in Christo esse confitendas naturas.* Quibus pro Catholica fide pugnare videatur, eiusque confessionis vexillum aduersus Antiochenæ Sedis inuasorem Petrum Fullonem erigere. Nestoriasmi tamen suspectus est redditus, ac visus Theodosianis fauere, dum teste Gennadio, aggressus est redarguere scripta Cyrilli contra Nestorium: vnde meritò, ὁ Διακρινόμενος potuit Anonymo nostro audire, velut eorum penè fons, qui nec plenè Eutychiani essent, nec Synodum Chalcedonensem reciperent. Plura mihi disputata ad Asterium; qui Maximinum sic bacchatum in pium illud monumentum auctor est, ipse paulò Philostorgio & Socrat' senior, non Iulianum. Canendi hîc Arianorum Eusebij ac Philostorgij furfures, quos Caluiniani Interpretes ampliant; num erroris eadem origine, quodque nec ipsi Christum hominem, qui pingi imagine possit, eaq'ue religiosè coli, cultuque supra ciuilem paulò altiori, satis credant? Videnda acta VII. Synodi, ac vtinam quandoque vulganda S. Nicephori Antirrhetica.

Aliquid fortè plagij passa ipsa Philostorgij electa. Qui tantis, Martyrius Episcopus Martyr hìc Anonymo celebratur. ipse Christi victima, non Deorum (quæ Græcorum dementia) ignotus Romanis tabulis, aliisque, quos consulere licuit. Procliue tamen Christianæ plebis Principem, sic sæuiente vel Iuliano, vel Maximino, seu etiam Græcorum turba, in venerandum Christi Characterem, ipsumque vindicando martyrium celebrasse. Quod non Christi ac τ̃ Αἱμόῤῥους statuas existimat Gothofredus, sed Vrbis ipsius Paneados ac cuiuspiam Soteros, seu viri alicuius principis, qui à clade aliqua eam liberasset, seu singulari munere donasset, quod ita moris erat prouincias vrbesque effingere, hancque suam conjecturam vel indigenarum per id tempus traditioni, vel ipsi certæ inscriptioni, vt variè tradunt veterum monumenta, putat post tot ætates præscribere (cùm hactenus id nemini in mentem venerit) Caluiniani candoris est ac πλυμοδίας, nouique Euangelij. Quid hæc spectent ad Vrbem C P. non video, nisi quod eruta Theodosio Iuliani ea in Vrbe simulacra: iusta scilicet vindicta, pro eo ac ipse Christi statuam illam sustulerat. τῆ Αἱμόῤῥους nihil suspectum. quicquid visum Lambecio.

62. Περὶ τ̃ σταυρ̃. Necessariò suppleui, quæ clausa repræsento. Qui pugnaturo aduersus Maxentium Constantino eam Crucem apparuisse dicunt, non facilè admittent, sic visam Constantinopoli, seu Byzantij. Vnde etiam illud, ὡς φασιν, vt fama vulgique rumore ita ferri significetur, non certis monumentis proditum esse.

63. Σιλεντιάριοι οἱ κουδικάριοι Num & hæc noua vox, pro ea, quam reddo, κουβικουλάριοι, ac Lambecij conjecturam sequor? Nam κουδικάριοι, quasi qui à Codicillis essent, vti Silentiarij, qui secretis Imperatoriis præfecti essent, pluſculum fortè remotum videatur. Sunt sanè vtrique Spatharij & cohortes, seu armigeri, qui ferè Ὀψικίοι essent; qui nimirum aulæ propiùs inseruirent, ac Imperatori continuè præirent, seu eidem comites adhærerent: Silentiarij, etiam consiliorum participes ac administri forent. Non admodum abhorrere videntur, quos paulò sequior ætas Νοτ[illegible] vocauit, qui Imperatori domi pariter, ac in exercitu, ἐν πολέμῳ, frequentes adessent: de quibus, & ad quos multa Michaël Psellus, Epistolis suis lectissimis, mihique pridem repositis. Ex hac Silentiorum Schola Anastasius ad Imperij arcem euectus, Ariadna extincto Zenone, eum sibi virum deposcente. Ait Zonar. τῶν χαμαιζήλων δὴ τῶν ἀξιωμάτων, redditque Xyland. *Humile id munus est.* Errorem existimat Meursius, ac legend. τῶν χαμαιζήλων μὴ τῶν: *dignitatis genus non ignobile*: quòd inter Clarissimos recensetur in l. *Iubemus*, 5. C. de Silent. & Decur. Mihi verò nullus subolet error: etsi enim nonnulla horum dignitas, at longè illa ab Imperij fastigio remota, tantis aliis Magistrorum ac Senatorum, Patriciorumque & Prætorum ac Ducum, quin & Præfectorum, illi viciniotibus quibus: omnibus spretis, hunc sibi, eiusque ordinis homi-

nem, conjugem Ariadnam voluiſſe, Senatumque probaſſe, id verò Zonaras iis verbis perſtringit, ac nouum habet. Hæc mihi conjectura: aliorum melioribus non præſcribo.

64. *Καὶ Θεῶν Βητάγων.* Opponit Diis *μάκαρσι*, id eſt, beatis, ſeu cœleſtibus, vt Dij ſint inferi: quòd velut *Saturnalium*, *Deorum Saturno patre inferorum* explicatiùs reddidi, Verinum ſecutus ſum, diligentem certè Grammaticum ac Lexicographum, cui *Βητάγων, ὁ Κρόνος ὑπὸ Φοινίκων. Phœnices Saturnum vocant Betagum:* Liquet enim eandem vtriuſque vocis vim eſſe; quæ partim dumtaxat detorta ſit ex varia aut pronuntiatione, aut certè ſcriptione. Portò Diis inferis accenſeri Saturnum, auctor nobis Plutarchus, in Quæſtionibus Romanis. Dum enim quærit cur Romani *ἀπαρακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ*, *capite retecto*, Saturno ſacrificent, poſt primam rationem, quòd eius ſacra, Æneâ ſint antiquiora, qui ita operto capite Diis faciendum ſanxerit; alteram hanc affert; *ἢ ὅτι τοῖς οὐρανίοις ἐπικαλύπτονται· τὸν δὲ Κρόνον ἡγοῦνται θεὸν ὑποχθόνιον καὶ χθόνιον. An quòd caput operiant coram cœleſtibus Diis: Saturnum autem inter inferos terreſtreſque Deos numerant?* Vt ſit infelix pater tantæ ſobolis, quantam ſibi inferis deditam cæca Gentilitas conſecrauit. De Seuero, quæ tanta auctor loquitur, non conſentiunt, vt de Seuero Cæſare à Maxentio oppreſſo intelligantur, qui & Italiam atque Aphricam tenuit, nec in Conſtantinum pugnauit: num Cari filius, incertum: ex ſorore nepotem Galerij, hiſtoriæ produnt. An Carus ille ex Herculij ſtirpe, vt ita *Σεύηρον τὸν Ερκού. ιον* vel *Ερκουλίν*, dicere Auctor potuerit? de Maxentio res clarior, quem Romæ oppreſſum à Conſtantino conſtat non Byzantij, vt fortè Auctor vtrobique geſta confundat; niſi alius quiſpiam obſcurior in Oriente Conſtantini hoſtis Seuerus nomine & Cari filius, idolorum impenſiùs cultor dæmonumque præſtigiis deditior, fuit. Vt vt ſit, lego, *ὃν εὔξασθαι φασίν· καὶ Σεύηρον τὸν Ερκούλιον.*

65. *Ὑπεράνω Βαμίελον καθίσαντες.* Vocem *Βαμίελον* vitioſam ſic emendo, ac ſi *καβαλλάριον*. Sic paſſim Græcobarbaras eiuſmodi voces truncant, vel antiquarij, vel ipſi auctores, vt cùm *λίππιον*, pro *σολίππιον*, vel *σι ίππιον*, aliáque eiuſmodi Quam emend. conjecturâ aſſignat Lambecius, vt ſit, *ὑπεράνω τοῦ λαβάρου καθίσαντες*, nihil congruit.

66. *Εξῆπτι πρέσβειαν.* Planè, *ἄδειαν πρὸς* ſcilicet, & vt nihil damni accepturus eſſet, velut affectatæ tyrannidis reus, aut eius ſuſpectus, Imperatoris fidem.

67. *Τῶν Μήδων τοῦ Ελεγίν.* Emendarem, *Τοῖς μέσον τοῦ Ελεγίν*, ni paulò poſt, Magna Iuſtiniani ſtatua ære equeſtris, illâ ipſâ Hippodromij parte poſita haberetur, *μετὰ τὴν νίκην Μήδων· poſt relatam de Medis victoriam.* Potuit ergo ambitioſus Princeps, eam Circi partem ad rei memoriam Medorum *Ελεγεῖον* vocare; ſiue quod ibi adſcripti eius rei teſtes, Elegi, ſiue quòd locus ipſe ſtatuâ victoris clarus, Medorum, ſeu etiam Perſarum luctus, ab eorum clade, monumentum erat.

H iij

168. Κατημύσεαν, καὶ χαίρειν. Sunt hæ antitheses, quibus Athanaidis, tumque in Baptiſmo, Eudociæ, hiſtoria tota ac τύχη καὶ ἀτυχίας, velut digito monſtratur. Procliuius mirari elegantiam, quàm ſatis exprimere. Socrates lib. 7. Theophanes, alijque perſtringunt, vt virgo inops, fratribuſque pulſata, ad Imperatoris nuptias peruenerit; Auctor Chronici Alexandrini fusè narrat, ex quo poteſt accipere, qui velit. Aliqua ſunt in Interprete notanda 1. quòd τὸ, Ἑλλαδικὴ, ſemel & iterum illi *Græcanica*, quod magis Gentilem ſonat, ac Græcis Ἑλληνίς eſt, quod & poſtremò eam auctor vocat, cùm de eius agit baptiſmo. Ἑλλαδικὴ igitur, eſt ex Achaiâ, & Prouinciâ Græciæ ſtrictè dictâ, cuius Vrbes 18. quæ extent, refert Philippus Ferrarius in Theſauro Geographico, inter quas clara Eudociæ patria, Athenæ; vnde hîc Ἀθηναία dicitur. Fratrem alterum factum Magiſtrum, vt & Paulinum nuptiarum conciliatorem; ἐποίησε Μάγιστρον, quod ille ait, non bene Radderus, *Magiſtrum Palatij & Officiorum creauit.* Gloſſema inutile. Magiſtri erant honoratiſſimi, ac velut inter Patritios primi, quorum maximè conſiliis Imperator regendâ Rep. vteretur, nec aliud dicendi quàm Magiſtri. Palatij cura, quâ Magiſtris, nulla iis propria. Non vnus, ſed bene plures erant, & quot Imperator eo honore ac dignitate ornandos putabat. Ad vocem ἀσπρεστάτην ὡσεὶ χιών· *candore nineo*, ſic marg. cauet Radderus, *Mendoſa vox: an* ἀσπροτάτην. Malè ſanè; nihil mendoſa vox, ſed ex communi vſu receptiſſima; etſi fortè non adeo antiqua. Exempla cumulat Meurſius, ac facilè occurrunt, ſi quis auctores medij aut ſequioris æui legat. Hinc ἄσπρον à candore nummulus argenteus; cuius Græcis, & apud Turcas vſus frequentiſſimus: ſic nobis, ſic Hiſpanis ex argento cuſa pecunia, ipſumque argenteum, album vocatur, ac moneta alba: τὸ ἀργὸς vox magis poëtica, ſic quidem quandoque Euſtathio apud Homer. expoſita, at incerto, aliaſque eius vocis ſignificationes afferenti, cum de cane, ſeu aliis animantibus dicitur; vt ſit vel velox, vel ſegnis: de feminâ, & quo eius deſcribatur forma ac venuſtas, quærendum Raddero exemplum: ὑπὸ λόγον ἀνήνεγκεν· quod eſt, *datâ fide, eâque ſecuròs in Vrbem adduxit*, non bene emend. ὑπὸ λόγον, redditumque, *ſine ſuſpicione*. Hæc obiter; alia non vacat inquirere. Eudocij patrem Heraclitum vocat auctor ille Chronici Alexandr. alij Leontium. In tabulis teſtamenti quod ſcripſit, ἀρκεῖν αὐτῇ τὴν αὐτῆς τύχην, ὑπερέχουσαν πάσης τὴν γυναικείαν τύχην. *Sufficere ei eius fortunam, quæ omnem feminarum excedat fortunam*; non bene exponit Radderus, dum ita notat, *formam intelligit & eruditionem*. Hæc certè ad fortunam via: at non ipſa fortuna, ſed qua virgo paupercula Theodoſio nupſit, quò vir Philoſophus ac Mathematicus euaſuram filiam ἀποτελεσματικός, homo ſcilicet Gentilis, præſagierit: de qua ipſa fortuna, eadem Eudocia ſic fratribus ait, ἡ γὰρ ἐμὴ ἀγαθὴ τύχη ὑμᾶς ἀπηνεῖς ἐποίησεν εἰς ἐμὲ φεισάσθαι, καὶ οὐχ ὑμετέρα πρὸς ἐμὲ γνώμη. *Bona enim fortuna mea vos erga me reddidit duriores, non ve-*

ſtra in me voluntas animique ſententia. Num & hîc, bona Eudociæ fortuna, eius ſpecies & eruditio, non diuina prouidentia, quam nos Chriſtiani fortunam intelligimus, fatumque, quidquid Græci ac Mathematici, quos noſter paſſim Anonymus, Auctorque Chronici Alexandrini Philoſophos vocant. iis vocibus ad aſtra relatis ſanæ doctrinæ aduerſum ingerant. Huic germanum quod Ioſeph fratribus loquitur Gen. 45. *Nolite pauere, neque durum vobis videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtrâ miſit me Deus ante vos.* Et 50. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? &c.* Hæc itaque Ioſephi fortuna, non eius ſolertia aliæque dotes, hæc Eudociæ; melioráque à viro Theologo doctoque Interprete expectanda.

69 Ἀλλα ἐστεμμένων τῶν Ὀλυμπίων. Helladico more loquitur, vbi Equeſtres ludi Olympiaci adeo celebres καὶ τὸ θαυμάζειν ἀμβλωπάσι· nihil mutandum duco, quicquid conjectura Lambecius emendet: procliue enim ſtupore ἀμβλωπεῖν, velutque cæcutire. Sequentia paulò aliter ac Lambecius compono, ac vbi τὸ στοιχεῖον τῆς στοιχείως errore editum, repono, τῷ στοιχείῳ τῆς Τύχης· nec enim malum Vrbi, quòd cum eius Fortunæ ſigno ſignum concurrat, quod Lambecio expreſſum; ſed quòd ſignum malum: hocque denuntiare, malum eſt Vrbi denuntiare, quod noſtra efferunt.

70 Κάμου δίκλω κεκμηκότα. quod erat editum, vt referat τὸ, γόνυ· nihil enim ſcrupuli hiſce auctoribus, quod maſculina neutris iunguntur: quin nec longè vetuſtioribus (Attica ſcilicet licentia) vti in Dionyſio Areopagita vetuſtus Scholiaſtes obſeruauit, vel vt molliui, κεκμηκότος, vt referat τὸ κάμου. Emendat Lambec. τὸ γόνυ καμπτὸν, δίκλω κεκμηκότος. *In ſublime tollens genu curuum inſtar feſſi.* Ita genui tollere quin curuetur, haud procliue, vt ferè ἀπειρόκαλος ineptuſque auctor ac ſuperfluus, ſi καμπτὸν ſcripſit. Malo ergo τὸ, κάμου, poſitumque exiſtimo, ἀντὶ τοῦ, καμίλλου, vt ſolent Græci vel augere ſyllabas vel elidere. Κάμιλλος autem, quid Græcis Latiniſque, exploratum eſt. Nempe παῖς ἀμφιθαλής· quem patrimum matrimumque & puberem interpretantur. Sic præcipuè dicti ſacrorum miniſtri, ac ſacrificulis adſtantes pueri: ipſe Hetruſcis Mercurius, quòd Deorum miniſter: ſic pueri Magnatum miniſtri, quos ſic incompoſitè genu paſſim leuare ac flectere velut tædio laſſitudiniſque impatientia, quiſque videat. Camillus ergo, ſiue vt veteres amabant, caſmillus, velut minuendi forma; camus, abſoluta; vtrumque ἀπὸ τοῦ, κάμνω· vt bene Martinius in Lexico. aliique. τὸ στοιχειωμένους cum Lambecio emendo, reddoque στοιχειωσάμενος: qua voce deſignari poteſt, vel qui poſuit ſtatuam ac ſignum: vel quem illud deſignaret, τὸ ἀγόνατοι, quid velit neſcire ſe Lambecius fatetur; redditque *tempora eneruata* Ariſt. περὶ πορείας ζώων, ἀγόνατος, eſt *genu carens.* Ita exponitur Henrico Steph. Criſp. Scap. *ingeniculatus*: altero ſignificet dura futura tempora, nec ad vſum accommoda: altero firma atque robuſta. Verùm quid pluribus vexare Græcorum hæc Sapientum deliria?

71. Ὦ δῆμε. Pulchra conjugatio, δῆμος, δῆμοις. Erant præcipuè factiones, δῆμοι, quatuor ſcilicet populi partes ſtudiis ſciſſæ, multas turbas cientes, quò Philoſophus potuit ſpectare Verum oraculum oſtendunt, hinc tantæ Iuſtiniano aliiſque Principibus in Circo factæ cædes.

72. ἑώρα γάρ τινα. Malè Lambecius emendat, quod ita plerique alij Codices habent, editque ἑώρα γὰρ Κάρος. At Carus deinceps inducitur, ac προτραπεὶς loquitur: maléque idem Lambecius velut iam locutum, ac ſermonem continuantem inducit, contra fidem Interpretis. Nec enim τὸ, Κάρος δὲ καὶ αὐτὸς προτραπεὶς, εἶπε, hoc eſt, *Idem ille vt pergeret admonitus:* verùm, *Sed & Carus ipſe vt loqueretur*, &c. Nec plures ſinguli, ſed ſuam quiſque ſententiam dicit; niſi fortè addendo aliquid, quod ſit ratio ſententiæ, vt in illo Pelopis dicto. Cauſa enim cur aut Philoſophum ἄκυρον, aut Regem ἐκ ἀληθῆ dixerit, ea eſt, quod muliebre illud ſignum. quatuor partibus figuratum (magnum ſcilicet φυλακτήριον) illius obtutibus incurrit. Eſt enim ac ſi dicat, Aut non ego Philoſophus, aut non verus Imperator, in quem ſignum eiuſmodi muliebre, ſicque partibus quatuor magicè figuratum atque inſcriptũ aſſumatur· ζωδιακοῖς χάμμασι intelligigo, ζωδίων propriis quæ erant ſigna illa magicè conſecrata, inſana ſaltem ſic accipientium opinione, cùm iis, qui poſuerant, nihil fortè eiuſmodi in animum veniſſet, ſed vt ſolùm monumento eſſent, vel abtruſius aliquid ſymbolo deſignarent: vti in re quoque nummaria liquet antiquis factitatum eſſe. Cæterum neceſſaria mihi conjectura, τὸ, ἀληθὴς emendandum videtur, εὐήθης· vt ſit, *aut non ſimplex fatuuſque Imperator, ſeu minoris genij ac ingenij*, cuius ſic quàdra figura, ac ex quo κομψοὶ futuri καὶ ἀπείρατοι: vel ſi noſtra ferenda lectio, ἢ ἐκ ὁ Κωνςαντῖνος. Omnia enim hæc in bonum ſanant, nec cohæret, vt de illo dicantur qui indignus Imperatoris ſeu Regis nuncupatione eſt: οἱ κομψοὶ, quod bene Lambecius, *verſuti*, reddit, τῷ εὐήθει opponitur, vnaque hæc vox noſtram abundè conjecturam firmat, de cuius hac Atticis peculiari ſignificatione videndus Erotianus Henrico Stephano citatus in Appendice; ac niſi velimus viros ſapientes, diſſuta & contraria locutos eſſe, qualia nec anus garrirent: cuiuſmodi eſt quod repræſentat Lambec. οἱ κομψοὶ καὶ ἀπείρατοι *verſuti & inexperti*: ſic enim ille reddit: at quod acumen, quæ vis, aut quid vox illa ἀπείρατος, vel ſenſu, vel analogia vocis ad ſuperiora? ὁ τετραπέρατι dictũ, velut quadruplici facie ducta ſtatua, ſignumque quadrilaterum, & vt preſſius vis ipſa vocis explicetur, quatuor velut partibus finitum; huic opponitur, Anonymi vox, ἀπέρατοι, quod eſt *magni*, quaſi ἀόριςοι, πέρας ἐκ ἔχοντες: vt exponit Heſych. tranſlatumque ad animum ſit, *eximij ac magni*.

73. Ὡς καὶ πειρῶνται. Malè Lambecius, quod Philoſophus eleuat, illi aſſertum facit, contra ipſam vim vocis, dum reddit, *vti experimento conſtat*.

constat. Aliud enim τὸ, πυρᾶν & πυρᾶσθαι. Est ergo sensus, si verum est, quod significare ac præsagire statuas asserunt atque contendunt; vel ij scilicet qui posuerunt, vel qui ex his diuinant, Vrbisque fatum in eis constituunt; fierine potest vt ciuitas consistat? Quòd scilicet tanta viderent mali ominis; hincque adeo scientiæ ac obseruationis vanitatem arguit, non experimento vera præsagia asserit.

74. Λογιστής. Posset reddi, Æstimator, Censor, Rationalis. Romanus Magistratus, qui Prouinciæ Procurator; & qui officiales ab Actis haberet: ipse qui sub Regibus, διοικήτης, *Diœcetes*. Significatur excellens quædam iudicij auctoritas inter Athenienses Philosophos, quibus velut regula limesque esset. Sic quoque in Actis Metaphrasteis S. Catharinæ, supremus quidam Philosophus inducitur, quo victo, reliqui animum despondere. Videatur Athenis λογιστὴς εἰς σοφῶν, qui Constantinopoli ὕπατος, quo nomine celebris Michaël Psellus: quem Consulem qui velit & reddat nescio an probus satis Interpres habendus sit. Sic non placet, quod Lambec. paulò inferius emendat, de hoc ipso oraculo, quod auctor ait inuentum in tomis Leonis Magni, παρὰ Λιγυρείν ἀστρονόμου, καὶ ὑπάτου τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Λέοντος, dum ait, *Pro* Λιγυρείν, *scribe* Ὀλυβρίου. *Consul autem fuit hic Olybrius anno octauo Imperij Leonis Macelæ*. Ita id quidem. At quis audiuit Imperatoris cuiusquam vocari Consulem, qui illo Principe, at ne quidem eius Collega, consularum gessit? Quænam verò hæc Olybrij nota vt Mathematicus, non vir Clarissimus ac Nobilissimus, demumque Augustus ac Imperator Romæ, audiret? Fuit ille Consul Leonis anno VII. vt ponit Chronicon Alexandr. Rustico eius Collega; missusque Romam à Leone, βιασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαίων χειροτονεῖται βασιλεύς. *Inuitus à Romanis illic degentibus Imperator creatur*, inquit idem. Mathematicum hominem qui prodiderit, scio neminem. Quid si ἀστρονόμου ὑπάτου, sicque loquatur auctor æui sui more, quo principes quique cuiusvis facultatis; proceres ac Magistratus, nec ij summi, sic vocarentur, vt ex Vitis τῶν νέων βασιλέων videre licet, siue iam editis, siue quæ meliores prælum, expectant, mihique suppetunt. Leonis Macelæ tomi rerum Astronomicarum, satis obscuri: Leo Basilij filius eo nomine clarior, quo & Sapientem vulgò dicunt. Ego cum Leone Philosopho sic dicto, ipsoque magno Astronomo confundi mihi visus sum ostendere, in recensitis Bibl. PP. Concionatoriæ Auctoribus. Gentis certè istud grande vitium, quòd sic addicta eiuscemodi superstitiosis; quibus illi non salus comparata, sed demum exitium (Deo scilicet vltore) & interitus. Quid si Magnus Leo auctori, non ipse verè Magnus, sicque vulgo dictus; sed fortè, quem dixi, Basilij filius: sic enim scriptorum libitu, Magni vocantur, aliàs non Magni, vti statim *Magnus Anastasius* in Codino, quæ vox melius Anonymo desideratur. Nec enim tanti Anastasius aliquis Romanus Imperator fuit, vt iure Magnus dici debuerit. Citat Codinus num. 68. Λιγυρείου de Mau-

ricij & familiæ ſtatuis; nec alius eſſe videatur quàm hic ipſe Κυριὲος· nec neceſſe ipſo iam Mauricij tempore, ſeu illi ſupparem vixiſſe, vt Leonis ὕπατος Aſtronomorum quod dico, majus conjecturâ, reſque ipſa videri poſſit.

75. Ασκληπιόδωρος· Ασκληπιόδοτος legend. monet Lambecius, cuius in Suidâ multa nomina. Philoſophus Alexandrinus illi dicitur, vir ſanctiſſimus; qui in Oriente floruerit: etſi nihil vetat Conſtantinopolim adiiſſe. Multa hîc peccata, partim ſcribæ, partim Codini Interpreti, τὸ, ὦ βίας, quod reddit, *ô vim ingenij & prudentiæ!* longè à vero eſt. Potius, *ô fatum!* ac, quod reddidi, *o vim!* non ingenij, ſed prouidentiæ atque decreti: eſt enim exclamatio ac deploratio, quod tantus ille vir ſublatus, cuius hæc ſtatua eſſet. Pro ἐνδυα, ſcribo ἔννοια, vt antitheſis cohæreat, ac τὸ ζυμωθῆναι retineo. Dolet nimirum extinctum virum ſic ſapientem, vt eius ſapientiâ, mens omnis & intelligentia velut condiretur ac vegetaretur; ſimilitudine à fermento, quæ ad alia etiam, puta terram niue infuſam, trahitur. Hunc ſenſum ipſa ſtatuæ figura ingerit, hoc quòd manu caput ſuſtulit, cogitantis ſpecie, quod explicationis causâ addidi. Erat hæc ſtatua, vt videtur; Magni Theodoſij (niſi etiam Magni Conſtantini) cuius liberorum, ac ſequentis æui inertiam malaque videtur ſequentibus ſubnotare: ἐζυμώθη, quod legit Lambec. nec Græcum eſt: nec quod reddit, ſani quicquam habet. Legendo ἐζημιώθη, reddendum erat, *ſublata eſt*, quo cum, τὸ, ἔνδυα, nihil cohæret: τὸ, ἔννοια, non abhorret, velut dicat, Vnâ illius prudentiâ, quicquid ſanæ mentis in hominibus eſt, labem accepiſſe, ac quaſi amiſſum eſſe. In ſequentibus nihil ferè felicior Lambecius. Sed parcendum moli, ac ne videar vltro ſugillare?

76. Ὡς ὁ Σωζόμενος διδάσκει. Non mihi occurrit in Sozomeno. Qui ſequitur Clemens, Hiſtoricus eſt cuius meminit Suidas, auctorque eſt, ſcripſiſſe, τοὺς Ρωμαίων βασιλεῖς καὶ αὐτοκράτορας: *De Imperatoribus Romanis*. Ald. editio, αὐτοκρατορείας, quod Portus vertit *Dictaturas*. Putem tamen aliam aliâ dumtaxat vocem explicari, nec illum antiquos Reges attigiſſe aut ſequentes Dictaturas, ſed paulò ſequiores Imperatores, quos ita Græci vocent. Anonym. de Conſtantino Pogonato ſcripſiſſe tradit; is enim Conſtantis filius Imperator Romanus, cuius proinde ætatem non præceſſerit, vti nec Hieronymus, ad quem ille librum ſcripſit. Tanta ſcilicet nominum perſonis rebuſque diuerſis conſociatio atque vnitas, ſicque in eis procliuis error. & vt res vnius, alteri tribuas: vti fortè in ſuperiori Aſclepiodoto Suidæ, Codinique & Anonymi Aſclepiodoro. Produxit Morellus an. 1612. Hieronymi cuiuſdam Græci Theologi, vt vocat, Dialogum de Trinit. colloquentibus Iudæo & Chriſtiano: de quo ipſe ad D. Benjamin de Brichanteau Epiſcopum Ducemque Laudunenſem ac B. Genouefæ Abbatem, ita præfatur: *Occurrit Atticum piumque opuſculum Hieronymi* ἱερωνύμου, *Græci doctoris* πολυχρονίου, *non admodum* νεωτερικοῦ.

Non ſanè hic quoque prorſus recentior; at num idem, quis diuinet?

77. Κατὰ φησὶ Θεοδώρητος. Sunt hæc ſatis implexa: nec enim Theodoretus aut Euſebius de Iuſtiniano loqui potuere. De ſtatuâ quæ prius Conſtantini erat, vel ab eo Græci hominis erecta fuerat, ac dedicata, quamque Iuſtinianus ſuâ mutauerit, locutos eſſe, nihil vetat: τὸ, σφάλλεσθαι, reddebam *aſſerere*, quòd non occurrebat quid melius diuinarem. At re melius inſpectâ, placuit, καί τοι φασὶ Θεοδώρητος. Sic enim nihil hiulcum aut ſcabrum eſt. *Tametſi aiunt Theodoretus & Euſebius*, &c. vt ſit τὸ, σφάλλεσθαι, idem ac σφεδόνεσθαι, quod Heſychio eſt συνάγειν· *quibus libris eorum collectæ ſententiæ*, velut ferè per electa, vt in Tripartitâ Theodori ſcilicet Lectoris Hiſtoriâ, ex quâ iſta Sozomeni aliorumque Auctor habeat; nempe pleniori quàm ea, quæ nobis extat. Plura enim deſiderari, etiam Voſſius aliique obſeruauere: nec plures Theodoros Lectores qui Hiſtoriam ſcripſerint, neceſſe confingere.

78. Ὁ στέφανος Νεώριος, ὁ καὶ Ἀρκάδιος. Nolui hæc mutare. Νεώριον pro ſtatuâ ſumit, quæ in Νεωρίῳ (in nouo ſcilicet portu Arcadio poſita) ipſe Arcadius audiret. In eo primùm dilucidauit Conſtantini opera, tum Arcadij, ſub quo iſte Cono celebris Aſtrologus, vel erexit ſtatuam, vel certè ſic ſuperſtitiosè in στοιχεῖον Vrbis & ζώδιον, quæ tanta velut φυλακτήρια Conſtantinopoli habebant, conſecrauit. Id enim ſibi vult τὸ, ἐστοιχειώσατο: non quod reddit Lambecius, *prima fundamenta jecit*. Sic bene idem num. 63. quod ita Codino ſcriptum eſt de Apollonio, ἐπὶ πάσης τῆς πόλεως ἀγάλματα ἐστοιχειώσατο, & reddit & exponit; *Statuas conſecratas erexit*, ſeu conſecrauit, quod Olympiodoro in re ſimili eſt, ἀφιεροῦν & τελεῖν. Nicet. στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια. Appellati στοιχειωματικοὶ, qui huius generis magicè conſecrata ſimulacra componunt. Superſtitioſum genus, Deique ſe prouidentia nudans, dum ſe talibus nugis dæmonum putat tutum.

79. Καὶ Κωνσταντιανεῖ. Ita ſemel & iterum: ſed cùm Conſtantinus dicatur condidiſſe, liquet legendum Κωνσταντιαναί· *Conſtantini*, ſcilicet *ædes*. Nec rarò occurrunt illæ ædes eo nomine. φοσσάτον, idem ſit ac φόσσα & φοσσάτον; cumque ſermo ſit de locis Vrbis, erit velut caſtrorum locus ac munimentum, vbi ſuas vrbani milites; ſeu etiam præſidiarij ac Prætoriani, excubias haberent; à quo non longè, quæ dicta Strategia, vbi legerentur milites, ac militares actus exercerent.

80. Περὶ τῶν ἀνδρῶν. Sic & Codinus; nec mutandum ſequentia ſuadent: vt illius ſumptus ſtatuæ, occaſio ſeu prætextus iniquarum Phocæ cædium eſſet. Sic laborantem à Theodoro Syceotâ ſanatum, narrat eius diſcipulus Georgius, ſiue vt alij, Eleuſius 22. April. quo etiam de illo agunt Menæa, tum edita, tum noſtra manu exarata, vbi Θαυματουργοῦ titulo celebratur. τὸ, ἐπὶ Θωμᾶ τοῦ νέου nolui reddere, *iuniore Thomâ*, quòd non alius Thomas eâ in Sede præceſſerit. Dictus

itaque, *νέος*, vti & *νέοι βασιλεῖς*, quasi *recentis memoriæ*, quorum res à Theophane, synchroni alij, seu parum suppares prosequuntur. Malè Codinus Συμεὼν habet, & vt videtur pro Συκεών: dum& istud ferendum videatur. τὸ, σιώθειν, auctore Hesych. expono, acsi δραματούργημα. Afferunt hæc lucem, iis, quæ narrat Georgius, vicissimque accipiunt. De Sergio Thomæ successore. quæ hîc dicuntur, déque Theodoro nonsatis distincta sunt. Num ipse Theodorus extinguendum sub id tempus Phocam prædixerit, num frater quidam ex eius discipulis; ac num Sergius ipse, tunc adhuc φιλοσοφῶν· *in Monachorum* certè *castris merens*; è quibus Græci Hierarchas suos fere assumunt, eos præsertim qui maiores Sedes ornaturi sint; non ex sæculari militiâ, quod ita nostris procliue est. Quam exhibet Georgius Sergij initiorum modestiam, ac quâ Saülem adhuc iuuenem videatur æmulatus, vti ille Samuelis, sic ipse Theodori benedictione donatus, singularis est. Eandem Pisidas celebrat Carmine de Mundi Vanitate, & de Mundi Opificio. Quin Ioannes ipse IV. qui primus Monothelitarum dogma elisit, post etiam obitum, *Reuerendæ memoriæ Episcopum* vocat, velut scilicet Ecclesiasticæ communionis & spectatæ virtutis virum communi existimatione habitum (haud secùs ac Romæ totoque Occidente, Honorium) priusquam in nouam hæresim, cui Sergius non obscurè patrocinatus esset & in quam traxisset Heraclium, ipse illi auctor damnatæ Ecthese*os*, Apostolicæ Sedis iudicio inquisitum esset, ipseque Heraclius nouatæ Fidei crimen à suo in dicti Sergij caput excusisset, vt auctor est S. Maximus in Collatione cum Theodosio Cæsariensi Episcopo: vt non mirum Theodorum Archimandritam & Episcopum, sic eius exordia Episcopatus coluisse. Quantæ illius partes tuendâ Vrbe infestis illi Persis Heraclio Imperatore, quantarumque virium depellendis hostibus illi obitæ supplicationes, ostendit productus mihi auctor ipse grauis in meo Auctario in diem festum τοῦ Ἀναστάσιου, ac quo tomo Monothelitarum Hæresis tota ventilatur; exordia scilicet, processus, exitus ac compressio semel iterumque, augustissimo primùm Patrum Senatu Agathone Romano Antistite summo Duce, in eam eiusque ferè auctores ac antesignanos quà viuis exemptos quà superstites iustâ districtione decernente, tumque Bardane Tyranno extincto sanctissimis veréque Orthodoxis Græciæ luminibus nouâ confessione, quicquid eo turbine offusum caliginis Orienti videbatur, egregiè depellentibus, ac postremò τὴν κυρίαν Monothelitico dogmati inferentibus. Quibus omnibus vulgandis & illustrandis, non tam mihi quæsitum vt Illustrissimo Annalium Patri præscriberem (quæ mihi vna offensa, quo vno displicuisse in Monothelitarum Hæresis Historiâ graues plurium, & Censorum, ferunt literæ. cùm alioqui ipsa eruditum opus ac veritati nitens Roma non improbaret) quàm vt monumenta ad Ecclesiasticam ac Romanam maiestatem Fideique incolumitatem cum primis facientia, ac quibus vix nobis illu-

ſtriora extent, ſeriò vindicarem, nouitiamque expoſitionem cunctiſque retrò Eccleſiaſticis viris inauditam, quā idcirco è re Eccleſiaſticâ non ſatis putarem, eius ipſe zelo exſufflarem. Forſque exſufflaſſe videar, quòd exinde vix vlli, quorum ſpectatior eruditio ſit, ſibique eâ Eccleſiaſticè nomen haud ſegniter quærant, aliud vel publicis theſibus ſuſtinuerint, vel libris ediderint, quàm quod à me ex veterum continuâ ſerie calculo, certiſque ex monumentis hoc argumento productum eſt; ſincera eſſe VI. Synodi Acta, nec plagium vllum paſſa: damnatos eos, qui illis damnati feruntur, non alios aliis ſuppoſitos. Iuſtitiæ cauſam nec arceſſendam putaui meo illo de Monothelitarum Hæreſi opere tantis diffamato, nec modò arceſſo. Anaſtaſij Bibliothecarij ac ſimilium Virorum Eccleſiaſticorum modeſtiam cum candore colo: Adriani Papæ ingenuam confeſſionem VIII. ipſa Synodo ſuſpicio. In cœlum os ponere, vt vel Synodo detraham, vel Hæreſis notâ proteruè Honorium conſpurcem, Ioanne præſertim IV. meoque Maximo eius patrocinio laborantibus, mihi non ſatis liberum exiſtimo: nec video quibus oculis in meis aliud viderint, qui ſe vidiſſe exiſtimant, ſcriptoque prodiderunt (niſi parcendum luſciosis Theophili Rayaundi, nec tam ætate quàm liuore, extinctis luminibus.) Aliud certè eius perpetuo Virum infamare, aliud tenere iudicium, nihilque ferè Honorium inter & Dionyſium Alexandrinum diſtare pari fidei negotio, aliis aliiſque vel damnantibus vel excuſantibus, quibus vtriſque durum præſcribere, ſanctè affirmare ac declarare; quod mihi ſatis ſuperque, illic loci præſtitum. Non poſſum hîc Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Toloſani, tumque Parisienſis, τῶ μακαρίτου Petri de Marcâ, quam de meâ illâ Lucubratione cenſuram tulit, multis audientibus, paulò ante quàm ſupremâ ægritudine conflictaretur, conticere. Aiebat ille, iure merito in Albertum Pighium me ſtylum ſtrinxiſſe: Illuſtriſſimo Annalium Patri, in eâ nuſquam peperciſſe. Aliud vitij Vir tantus, ſicque Eccleſiaſticis rebus ſpectatæ doctrinæ, aduertit nihil; non celaturus pro ſuo candore, ac quâ olim beneuolentiâ proſecutus eſt, ſtudiáque à primo ferè tironicio fouit, perpetuus etiam operæ eruendis Eccleſiaſticis Græcis monumentis laudator, vt vel emendarem ipſe, ſi modò aduertiſſet. Id verò cùm ſeriò mea lectitaret, ac Diatribam in causâ Honorij ſextæque Synodi pararet: in quâ Actis ipſis incolumibus, eorumque ſanctè aſſertâ fide, mitius aliquid pro Honorio nactum ſe arbitratus eſt, eoque Romanis auribus gratius, quod in amicos iam ſermone ſparſerat, partimque chartis obliuerat, cùm humanis exeundum fuit. Nimirum, aiebat, non hæreſeos damnatum à Concilio Honorium, ſed negligentiæ; in iis tamen quæ ad fidem ſpectarent, quâ negligentiâ in ipſum quoque Romanum Antiſtitem dici anathema poſſit; quòd ea negligentia conſenſui par habenda ſit, idemque periculum amittendæ Sedis inducat, vel ſummo ipſi Antiſtiti: Ita Baluzius Remenſis

Canonicus Marcæ olim domesticus, quo libello Mœcenatis mentem sibique deposita hoc argumento inter alia Viri elogia ac præclarè gesta ad V. Cl. Samuelem Sorbiere, perscribit. Canones in eam rem affert nullos; sed Cæsarei duntaxat aliquid iuris, quod ipsum tamen rectà Romanum Antistitem Christique Vicarum non feriat. Nouum istud tutumque visum Honorij illo dramate perfugium; sed Binio suis ad VI. Synodum Notis, hocque illius caput non omissum: aliis tamen meritò vel dissimulatum vel spretum; omniumque maximè Romanæ Sedi inuidiosum. Disertè Adrianus dictum Honorio anathema ab Orientalibus fatetur, non quòd negligentior, sed ὅτι ἐπὶ αἱρέσει κατηγορήθη *quòd fuerat super heresi accusatus*, vti bene reddit Anastasius; in qua duntaxat concessum inferioribus de superioribus iudicare, Canones perpetuò docent: negligentiæ labem (præsertim in defuncto, nec eius rei vnquam monito) tantis vlciscendam, idque in Romano ipso Antistite, qui tradant, nescire me fateor: *Nouellos hæreticos* quòd vocat Baluzius, qui Honorium reipsâ à Concilio damnatum (quocunque tandem id iure factum sit) tradant, ipsius sit, caniori quandoque sensu illi emendandum: nec enim sic vsquam eius tantum Mœcenatem meumque, pro suâ modestiâ cum singulari rerum Ecclesiasticarum eruditione vel dictasse, vel locutum putem: Hæreticos sanè ita sentientes vt velit, nedum nouelli erunt, sed magis antiqui, ac ex quo ferè celebrata Synodus, præcipui quique viri Ecclesiastici. Vnus Achilles Illustrissimi Mœcenatis, quod Leo II. qua Epistola Synodum confirmat, ita habet. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ονώριον, ὅστις ταύτην τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν οὐκ ἐπεχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἁγνίσαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον παρεχώρησε. Vis est in illa voce, παρεχώρησε· *immaculatam permisit maculari*. At Latina, non ipsa ex Græcis facta, sed ex quibus potius Græca; aliam longè Græcam vocem Interpreti redditam suadent, quæ vna etiam superiori opponatur, nempe τῷ ἐπεχείρησε· reddiderit ergo, παρεγχείρησε, facili mendo ex vicino literarum ductu: sic enim illa, *sed profanâ proditione immaculatam fidem subuertere conatus est*. Latinè datam Epistolam Romanæ Ecclesiæ more, vti & superioris Leonis ad Flauianum (quæ tanti habita in Concilio Chalcedonensi, in qua ipsa non satis cauti fidique Græci Interpretes, querente ipso Leone) vel si alia deessent, ipsa Latinitatis lumina, ac stylus palàm satis prodant: proinde stramineum, quicquid ex Græcis illis aduersus Latina profertur, vbi præsertim sic procliuis Græcorum menda, cùm in Latinis nihil adeo suspiciosum. De Diurno, quandiu in doctiorum musæis latitat, vel membranis vetus, vel chartis nouus, quidve eius verba sonent, ac num aliquid faueant Marcæ opinioni, quòd prauis assertionibus Hæreticorum fomentum præbuisse tradat, hîc loci disquirere non satis opportunum; vbi obiter, laudatique Sergij occasione, meique tantisper purgandi, ista de Honorio sextáque Synodo παρεκβατικῶς, fusa mihi sunt.

81. Βαλεντινιανοῦ τῷ νεωτέρου. Tertij ſcilicet. Is enim ſuſpectam habens Aëtij Patricij, cuius tot nomina in Remp. potentiam, eum dolo occidit: ipſe poſtmodum, vixque interjecto anno impuriſſimus cùm eſſet, ac alienos thoros macularet, fœdiſſimâ nece à Maximo in Palatium irruente ſublatus; eoque iuſta, Deoque vltore, viſa eius occiſio: niſi quod iniuſtum, quavis iniuriâ violatum priuatim priuataque auctoritate Principi necem inferre: quod fortè inſolitâ illâ ſtatuæ conſeruatione Deus voluerit declarare. τὸ, σημειωθῆναι, ita reddidi, ac ſi eſſet, συγχωρηθῆναι: ſic nimirum impreſſis notis ac literis, certáque figuratione cum inuocatione nebulones, quos paſſim auctor φιλοσόφους vocat, iſthæc dedicabant.

82. Κατὰ τὸν φουρνικὸν τῆς Χαλκῆς. Lambecius ita emendat, *Scribe*, κατέναντι τῆς Χαλκῆς, atque ad Codinum num 38. remittit, vbi ſic quidem Codinus de his Gorgonum Capitibus, Ἀντικρὺ δὲ τῆς Χαλκῆς ἀψῖδος. *E regione arcus Æreæ partæ.* At quid hæc aduerſa? Num enim non οἶκος & delubrum ſeu Eccleſia, & quidem inſignis in Chalce, ad quod eſſent illa capita? Fuit ſanè, vbi illa Saluatoris Imago Conſtantino primùm poſita, poſteaque ab euentu, Heraclio Imperatore, Ἀντιφωνητὴς dicta, velut dicas *Sponſorem ac vadem*, cuius hiſtoria, auctore graui mihi repræſentata, tomo altero Auctarij, qui eſt de Monothelitarum Hæreſi, & vt eâ occaſione ex Oratorio, προσκυνήματος, factum ſit templum eiuſmodi, quod ἐνθρονισμῷ (tanquam publica ac καθολικὴ Eccleſia) à Patriarchâ Vrbis Epiſcopo Sergio debuerit conſecrari. Eius Æneæ Chriſti ſtatuæ violatæ Leoni Iſauro, pœna ſtetit Occidentis ab eo defectio, quando & egregij vtriuſque ſexus (præſertim fœminei) Martyres eluxere: quarum ſanctæ animoſitatis præmio conceſſum mulieribus vt in ſacrarium illic admittantur; contra morem Eccleſiæ Græcæ, haud leui conjecturâ mihi viſus ſum in Notis aſſerere. Erant ergo hæ profanæ ſtatuæ, ac *Semicapita*, κεφαλαὶ ἡμίτομοι, vt Codinus vocat, vel in templo ipſo ad ornatum, vel propè illud collocatæ. Sequentium Imperatorum ad eam Ædem religioſitas, plura cogat dicere, ſi quando Deo auſpice eorum producatur Hiſtoria.

83 Καὶ αἰσχρῶς τὸ προσῆπτεν. Turpitudinis indicium in Ariadnâ eſt, quod maritum Zenonem comitiali quandoque morbo laborantem extinxerit; nec morientis ejulatu animum flexerit, vt Anaſtaſio copularetur, cui, viuente adhuc Zenone, προσφιλιωθῆναι auctor Cedrenus. καὶ προσφιλιωθῆναι ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὸν Λεάδελον τὸν Αναςασίου. In amoribus habuiſſe ac deperiiſſe. Vbi fœdiſſimè Xyland. ni Luparenſes typi. *Et ipſo adhuc viuente Ariadna Zenonem amabat.* Miror P. Goar, qui in alia animaduertit, oculos fugiſſe ac diligentiam. τὰ καλίγια, quæ Xyland. cúmque ſecutus Meurſius caligas interpretatur, calceos P. Goar exponit; probatque ex Euchol. vbi is qui Monachum induit, iubetur, τὰ ἐν ποσὶ καλίγια abiicere, *calceis pedes nudare*: non ta-

men ad Cedreni mentem ſatis iſtud videtur eſſe. Nam ait, quòd hæc Zeno geſtabat, *διὰ τοῦ πυκνῶς τοῦ κατόχῳ νοσήματι κρατεῖσθαι*: *quia crebro comitiali morbo corripiebatur.* Num enim eo liberi morbo Imperatores calceos non geſtabant, eoſque peculiares (rubros ſcilicet) ac qui eſſent Imperij inſigne? Quid verò calcei ad eam ægritudinem, vel ipſam arcendam, vel incommoda quæ ex illa oriantur cauenda? Num nudipedes Imperatores, qui eo morbo non laborabant? De caligis, quod excipit P. Goar, *Qui verò linũ, lanam,* &c *deuoraſſet Zeno?* nihil eſt. Non enim caligæ non ipſæ? ex corio? Vetus vocabul. *Caliga dicitur calceamentum crurium, ſiue ſit de panno. ſiue de corio, ſiue de ferro,* &c. Maius itaque aliquid ac peculiarius fuerint, *τὰ κάμπαγα* Zenonis, quàm nudi calcei ac Imperatorum ſolita *τζαγγάρια*, ſiue eſſent veterum caligæ & militares atque clauatæ, quibus vel calor magis confoueretur, vel non ita lubricus caſus corripiente morbo videretur. Quid ſi ipſi capiti faſciæ quædam adhibitæ ac ligaturæ, quales ferè nutrices pueris adhibent, ne procliui caſu allidantur ac caput lædant? Sint fortè hæc Cedr. *κάμπαγα*, fruſtraque laboratur quærendo caligas etiam Romanas, vel calceos, quibus ſibi Zeno à morbi illius incommodis caueret. De caligis bene multa Martinius in Lexico Philologico; vbi poſt multa rectè colligit, errorem eſſe, putare caligas Romanas, eſſe noſtra tibialia aut femoralia: à quo P. Goar non videtur abeſſe. Vocem *Ocrea*, cuius eadem ſignificatio, ad Hebr. Mijchath refert, quæ propriè eſt frontale: deinde lamina appenſa pedibus ad eos muniendos. Habuerit itaque Zeno eiuſmodi frontale ac ſoleam, velutque capitale ſandaliũ, quod & caliga dicitur: procliuiuſque iſtud exedere ſic iacenti in ſandapilâ, exeſis brachiis, quàm calceos, ocreaſve aut caligas ad hoc ipſum pedibus extrahere. Verum quandiu in Zenone, eiuſque ſucceſſore ac proco Anaſtaſio verſatur oratio, tentato Cedreni loco hoc difficile occurrit & Glycæ quod emendem ſeu potius in vulgante & Caluiano Interprete notem; vbi is ſeditionem populi narrat, cùm ex ambone Canticum ter Sanctus cum additione, *Qui crucifixus es pro nobis, miſerere nobis*, ſubmittente Anaſtaſio, Logotheta Vrbiſque Præfectus acclamaſſent. In Græcis, pro ἡμῖν, malè editum, ἡγεν· nec melius redditum. *Cùm primùm vocem Nos expreſſiſſet.* Nugæ. Offendebat non vox; *Nos*; ſed, *paſſus*, quòd eâ paſſio Trinitati tribui videretur, cùm in eam ex trinâ laudatione trium meritò perſonarum, Canticum ſuapte naturâ referretur. Dicendo ergo *Qui paſſus eſt*, &c. *ἀντιστῆναι κατ' αὐτοῦ ἐπείσαν τὸν λαόν. populi in ſe ſeditionem conflarunt.*

84. *φιλιππικοῦ τοῦ ἀργοῦ.* Reddendum fortè auctore Suid. *Philippicus ſegnis*, qui ſic incuria errore abactus ſit. Quis autem ille ſit, ab alio lubens audierim. Nec enim Philippicus tyrannus, ſextæque Synodi hoſtis, ac vindex capitum illi damnatorum (Honorij atque Sergij) per duos circiter annos, cuius Imperium tenuit. Qua de re Ioanne Conſtan-

Constantinopolitanus Epistola ad Constantinum Papam, quam in Hæresi Monothelitarum luculentissimum monumentum produxi, iterumque & noua collatione, ex Collegij Clarom. altero Codice, repræsentaturum se inter Conciliorum Generalium Acta, cum aliis penè mihi eo argumento vulgatis (num ex eodem Tiliano Codice, quem & ipsum Ducæus exscripserit?) R Philippus Labbe prodromo ad ea suo pollicetur. Num Mauricij ex sorore Leuir, ipse ei aliquando suspectus, à litera nominis initiali Φ donec Phocam tyrannum fore ex visione nocturna cognouit? At vnde hic lenis?

85 Εκλήθη Ικόνιον. Stephanus de Vrbibus aliam eius vocis rationem ponit, ex aliis fabulis; quod extincto humano genere per diluuium, illic primùm à Prometheo fictæ imagines & simulacra; εἰκόνες, quas spiritus afflans animauerit. Vnde ait, καὶ ἴδη δῆθ' ἀπεδόγγυ. Procliue in fabulis nugari. Quem Anonymus atque Codinus Philodorum vocant, contendit Lambecius Philochorum esse, ac sic legendum Φιλοχόρου. Nempe fuit hic Atheniensis, antiquus celebrisque Historicus, qui ab Athenæo, Plutarcho, Harpocratione, Plutarcho & aliis, passim citatur. At quid cogit hæc eum etiam scripsisse? quisve ex tantis auctoribus illi tribuit, ex quorum fide, qui sibi consentiant, nostri auctores emendandi sint? Philodorum & Philochorum Athenis Logistas, id est, rationum Magistros ac Curatores, cùm plures simul Athenis essent, quid vetat vel simul, vel diuersis temporibus fuisse, vt sola nobis coniectura, eáque sic debili necesse nobis sit alterum in alterum conflare? Scripsere certè alij, quàm quorum ad nos vel scripta peruenerunt, aut memoria apud alios celebriores auctores incolumis mansit. Quæ clausa repræsento insanabiliter laborant absque noui Codicis ope, quibusdam, vt videtur desideratis.

86. Ονομα τῇ πόλει, τὸ ἀπὸ κτίσεως, Δοεία. Emendat Lambecius, Δανάη, quod ita Codinus habeat, etsi variant eius exemplaria, habentque ipso teste alia Δαΐα, alia Δάνεια. At quis tantus Codinus, auctor sic nuperus, vel si Δανάη. constanter habeat, vt Anonymo, ex quo pleraque hausit, ac qui centenis aliquot annis antiquior est, debeat præscribere? Quod ait Anonymus; ἀπὸ τῆς κτίσεως, *cùm primùm condita est*, sic appellatam vrbem, Lambecij conjecturas omnes elidit. Longè enim antiquior eius origo, quàm vel Perseus, vel eius parens Danaë, siquidem Argos iam erat, eique Persei parentes imperitabant, cum ex Stephano ad primos à diluuio homines Iconij origo spectare videatur. Vna trium vrbium Homero nominatarum, Δώριον est,

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον.

Sed aliò spectare videatur. Vnum est non esse hoc nomen in antiquis vrbibus nouum, vt illo Codini φc facilè sit mutandum. Danaën in Italiam commigrasse, ac illic Ardeam condidisse auctor Iulius Polyhistor, *A Danaë Ardeam*. Item Virg. VII. Æneid.

——— *Quam dicitur olim,*
Acrisionais Danaë fundasse colonis.

Quo loco videndus Salm. nec plura hîc libet annotare, ne fortè prolixior, Notis videar: sed coëgit plusculum morari argumenti indoles, ipsa sic scabra ac difficultatibus horrens, quam velim solertior docti cuiusdam aliquando industria excoluerit, præfracta iam mihi quodammodo glacie; non vt superstitiosis aliquot obseruationibus, statuarum profana religione, imbuat; sed vt doceat, quid in eis vel Christiana pietas vsurpauerit, vel ciuilitas Romana honoris præmio, ac virtutis monumento inuexerit.





ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩι ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ, ΔΙΗΓΗΣΙΣ,

ΑΠΟ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΘΡΟΙΣΘΕΙΣΑ ΙΣΤΟΡΙΩΝ
1. περὶ τῆς πρὸς Αὔγαρον ἀποσταλείσης ἀχειροποιήτου θείας Εἰκόνος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· καὶ ὡς ἐξ Ἐδέσσης μετεκομίσθη πρὸς τὴν πανευδαίμονα ταύτην καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων Κωνσταντινούπολιν.

CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ, CHRISTI GRATIA ROMANORVM IMPERATORIS.

NARRATIO.

DIVERSIS EX HISTORIIS COLLECTA, de diuina Christi Dei nostri Imagine non manufacta ad Augarum missa; exque Edessa in beatissimam hanc Augustamque Vrbem Constantinopolim, translata.

F. FRANCISCO COMBEFIS Interprete.



ΟΥΚ ἄρα μόνος αὐτὸς ἀκατάληπτος ἦν ὁ συναΐδιος τῷ Πατρὶ Θεὸς Λόγος, ἀλλὰ καὶ τὰ πλείω σχεδὸν, ἢ καὶ πάντα τῶν



NON solum ipse Patri coæternus Deus Sermo omni maior comprehensione erat: verùm etiam eius pleráque ferè, vel

Diuina opera ac miracula, non nostro sensu exigenda, sed veneranda.

uentum Ananiam, velut facinoris au-ctorem tenent; ac quid iſtud rei interrogant quiſve ipſe ſit, ac quò vadat, & vnde profectus ſciſcitantur. Anceps animi Ananias pro alienæ criminationis periculo, interim narrat vnde ſit, ac vnde veniat, quamve ſarcinam ferat; atque ſe in tegulis depoſuiſſe, vnde viſum accendi incendium. Mox itaque rei vt verè eſſet noſcendi ſtudio, locum ſcrutantes, non hoc ſolum offenderunt quod Ananiæ illic conditum eſſet, ſed & in vna vicina tegula diuinam illam expreſſam effigiem; inaudito modo, & vt nemo mente aſſequi queat, ex priore non manufacta linteo deformata Imagine teſtæ impreſſam. Quod cùm vidiſſent, pleni ſtupore & admiratione, tum eius rei nomine, tum quòd ignis ardens nuſquam occurriſſet, ſed ex formæ claritate viſa eſſet flamma emicare; tegulam quidem, quæ diuinam in ſe hauſerat formam, velut ſacrum aliquod pignus ac pretioſum theſaurum apud ſe retinuerunt, diuinam huius vim ex eo quod viſum erat, coniectantes: primum autem exemplar & eius miniſtrum veriti retinere, ad Augarum miſerunt. Hactenuſque incolumis eſt ac venerationem habet apud eius oppiduli incolas, quæ in tegula forma expreſſa eſt; eius quæ non picta eſt, ipſa non picta Imago, eius quæ non manufacta, ipſa non manufacta. Ananias autem, peracto quod propoſitum erat itinere, quæ interim geſta acciderant hero declarauit, ac quæ ferebat ſalutaria ſymbola, reddidit.

Altera non manufacta Imago ex priore prototypa.

χωρίον περικυκλοῦν, ὡς ἐντὸς τοῦ ἄστεος δοκεῖν πάντα τε περὶ τὰ τεί-χη [illegible] ἐγκαῦσθαι· καὶ περὶ ἕω ἤδη δείσαντας ὑπεξελθεῖν, καὶ ἐρευνᾶσθαι περὶ τοῦ ὁρωμένου πυρκαϊᾶς. ἐκεῖσε δὲ τὸν Ἀνανίαν εὑρόντα, συνεῖχον ὡς αἴτιον τοῦ τολμήματος· καὶ διηρεύνων τὸ περὶ τοῦ πράγματος· καὶ τίς τε εἴη αὐτὸς, καὶ ποῖ βαδίζει, καὶ ὅθεν διεπυνθάνοντο. ὡς δὲ τῷ ἀγχιστῷ τῆς αἰτιάσεως ὁ Ἀνανίας διηγεῖτο, πῶς γε ὅθεν εἴη, καὶ πόθεν ἔρχεται, καὶ τί ἐπιφέρεται διεσάφησε· καὶ ἀποθέσθαι ἐν τοῖς κεραμοῖς ἐδήλωσε τὸ ἐπιφερόμενον, ὅθεν ἔδοξεν ἀνάπτεσθαι καὶ ἡ φλόξ. εὐθὺς δὲ ἐκεῖνοι τῶν ἄρτι λεγομένων βληθέντες διαγνῶναι ἀλήθειαν, τὸν τόπον διερευνησάμενοι, εὗρον οὐ μόνον τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀνανίου ἐκεῖσε ἀποτεθὲν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πλησιάζοντι τῷ κεράμῳ ἕτερον, ὅπερ ἦν ἐκτύπωμα τοῦ θείου ἀπεικονίσματος, παραδόξως καὶ ἰδεῖν νοεῖν ἐπὶ τὸ ὄστρακον διὰ τοῦ ὑφάσματος τῆς ἀγράφου καὶ ἀχειροποιήτου μορφῆς. ὃ καὶ θαυμασάμενοι, καὶ θαμβηθέντες καὶ ἐκπλήξεως γεγονότες ἔμπλεοι, διά τε τοῦτο, καὶ διὰ τὸ μηδαμοῦ τὸ εὑρεθῆναι καὶ μόνον [illegible] ἀπὸ τῆς ἐν τῇ μορφῇ λαμπρότητος δόξαι τὴν φλόγα [illegible] φαίνεσθαι, τὸν μὲν κέραμον τὸν ἀπομαξάμενον ἐν ἑαυτῷ τὸ θεῖον ἐκτύπωμα, κατεῖχον παρ' ἑαυτοῖς ὥσπερ τι κειμήλιον ἱερὸν, καὶ πολύτιμον θησαυρὸν· διὰ τὸ [illegible]θέντος τῶν περὶ αὐτὸ στοχασάμενοι θείαν ἐνέργειαν. πρωτότυπον δὲ καὶ τὸν τούτου διάκονον δείσαντες κατασχεῖν ἀπέστειλαν πρὸς τὸν Αὔγαρον· καὶ νῦν ἔστι σωζομένη καὶ τιμωμένη παρὰ τοῖς τῆς τοιαύτης πολίχνης οἰκήτορσι, ἡ ἐν τῷ κεράμῳ μορφή· τῆς μὲν τοῦ ἀγράφου ἡ ἄγραφος· καὶ τῆς ἀχειροποιήτου ἡ ἀχειροποίητος. ὁ δὲ Ἀνανίας τὴν προκειμένην αὐτῷ πορείαν διανύσας, τὰ κατ' αὐτὸν τε [illegible] διηγησάμενος, ἀποδοὺς καὶ ἃ ἐπεφέρετο σωτήρια σύμβολα.

Καὶ οὗτος μὲν ὁ παρὰ τῶν πλειόνων λεγόμενος λόγος, περὶ τῆς ἐν τῷ ὑφάσματι ταύτης ἀχάρακτου μορφῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. λέγεται δέ τις καὶ ἕτερος περὶ τούτου λόγος, οὔτε τὸ πιθανὸν ἐκφεύγων, οὔτε μαρτύρων χρηστῶν ἀπορῶν· διὸ καὶ τοῦτον ἐκθήσομαι, ἵνα μή τις ὑποτοπάσῃ ἐν τῷ ἀγνοεῖν θάτερον κρατύνειν τὸν ἕτερον. καὶ πάντως οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ πλανᾶσθαι πολλάκις τὴν ἱστορίαν. περὶ μὲν τὸ καίριον τῆς ὑποθέσεως, ὁμοίως πάντες συμφέρονται, καὶ ὁμολογοῦσιν ἀπὸ τοῦ κυριακοῦ προσώπου τὴν ἐν τῷ ὑφάσματι ἐκτυπωθῆναι παραδόξως μορφήν· περὶ δὲ τῶν τοῦ πράγματος, ἤτοι τὸν καιρὸν διαφέρονται· ὃ οὐδὲν τῇ ἀληθείᾳ λυμαίνεται, εἴτε πρότερον, εἴτε ὕστερον γέγονεν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τῶν λόγων ἕτερος.

Ἐν τῷ μέλλειν φασὶ τὸν Χριστὸν ἐπὶ τὸ ἑκούσιον πάθος ἥξειν, ἡνίκα τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἐνδεικνύμενος ἀγωνιῶν ὤφθη, καὶ προσευχόμενος, ὅτε καὶ τοὺς ἱδρῶτας αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβους σταλάσσειν αἵματος ὁ τοῦ εὐαγγελίου λόγος ὑποσημαίνεται· τὴν ἰσχάτην φασὶν ἀπό τινος τῶν μαθητῶν λαβόντα τὸ νῦν βλεπόμενον τοῦτο τεμάχιον τοῦ ὑφάσματος, τὰς τῶν ἱδρώτων λιβάδας ἐν αὐτῷ ἀπομάξασθαι· καὶ εὐθέως ἐντυπωθῆναι τὴν ὁρωμένην ταύτην τῆς θεοειδοῦς ἐκείνου εἴδους ἐκτύπωσιν. ὃ τῷ Θωμᾷ παραθέμενος, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἄνοδον διὰ Θαδδαίου Αὐγάρῳ ἀποστεῖλαι προσέταξε, τὴν διὰ τῶν γραμμάτων ὑπόσχεσιν ἐκπληρῶν. μετὰ οὖν τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τοὺς οὐρανούς, δοὺς ὁ Θωμᾶς τῷ Θαδδαίῳ

Et hæc quidem peruulgata opinio, de eâ Saluatoris forma non manufacta, quæ impressa linteo est. Fertur verò & alia de illa narratio, nec ipsa ab specie veri remotior, aut quæ probis testibus careat. Quamobrem etiã exponam, ne me aliquis existimet alterius ignorantia, alterius fidem quærere. Nec prorsus mirum, tanto temporis spatio haud rarò falsi aliquid in historiam commeasse. In eo quidem quod rei caput est, omnes perinde consentiunt, exque vultu Dominico, inaudito modo, impressam linteo formam asserunt: de rei autem aliquo accidenti (de tempore scilicet) est dissensio. Nihil tamen istud quicquid est veritati nocet, siue prius, siue postea factum est. Sic verò altera quoque se narratio habet.

Cum Christus ad mortem sponte subeundam profecturus, humanam in se naturam timoris angustia mortis comite, exhiberet, atque in preces effusus esset; quando etiam Euangelicus sermo, sudorem eius velut guttas sanguinis notat defluxisse, tunc aiunt, lintei rescissam partem quam nunc videmus, cùm ex quodam discipulorum accepisset, stillantes imbres eo abstersisse; moxque, quam oculis vsurpamus diuinam hanc Imaginem illi impressam effulsisse. Pignus Thomæ depositum; ac in mandatis datum vt post Iesu in cœlos ascensum, per Thaddæum, quo sic scripta promissio impleretur, mitteret ad Augarum. Igitur Christo Domino in cœlos recepto, dans Thomas Thaddæo non manufactam Dominici vultus effigiem, Augaro deferendam iussit. Veniens itaq; Thaddæus Edessam, mansit

Altera narratio seu traditio nõ manufactæ Christi Imaginis Edessenæ.

primùm apud quendam eius loci Iudæum, Tobiam nomine. Needum cum Regulo conserto sermone, quippe cùm is animo constitutum haberet, vt ex operibus Augaro innotesceret, quos ciuium ægrotos offendit, actutum curauit solo Christi inuocato nomine. Quocirca percrebescente Christi fama (vti quidem in talibus solet accidere: res enim mirabiles & inauditæ plures sui nuntios habent) ad Augarum quoque per vnum quendam ex proceribus Amdu nomine, aduenisse Christi Apostolum rumor perlatus est. Mox itaque, ea spe quam animo alebat, in mentem venit, eum ipsum esse, quem ei se missurum per literas Iesus promisisset. Igitur de Thaddæo plenius sciscitatus, cùm didicisset, ad se virum adduci iubet. Tobias veniens, id quod iussus erat, Apostolo significauit. Tum ille cùm se ad illum in virtute missum dixisset, postridie ad eum profectus est. Iamque in procinctu vt se eius coram oculis sisterer, eam sibi effigiem velut signum in fronte ponens atque erigens, in hunc modum ad Augarum ingressus est. Videns ille eminus venientem, lucem sibi ex eius facie emicantem, quam nulla vis oculorum ferre posset eiaculante ipsa effigie, cernere visus est. Effulgurantis itaque lucis impottabili radio attonitus ac stupens, morbique casuum ac diuturnæ membrorum resolutionis velut oblitus, repente lecto excussus, resoluta membra in occursum cogit festinare. Eodem scilicet affectu, haud tamen eadem ratione, ac ij, qui in Monre Thabor, lucis fulgoribus micantem formam conspexere.

Sacræ Imaginis effulgurans species.

τὴν ἀρχιέγγραφον τοῦ κυριακοῦ προσώπου ἐκμόρφωσιν, πρὸς τὸν Αὔγαρον ἐξαπέστειλε. καταλαβὼν τοίνυν ὁ Θαδδαῖος τὴν Ἔδεσσαν, ἔμεινε πρῶτον παρά τινι τῶν αὐτόθι Ἰουδαίων. Τωβίας οὗτος ὠνόμαστο. καὶ δὴ πρὸ τῶν λόγων ἀπὸ τῶν ἔργων ἔτι ὢν ἑαυτὸν γνωρίσαι τῷ Αὐγάρῳ, ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς τοὺς ἀσθενοῦντας τῆς πόλεως ἐπικλήσει μόνῃ Χριστοῦ ἐθεράπευσεν. ὅθεν τοι τοῦ Χριστοῦ τῆς φήμης διαδοθείσης, ὅπερ ἐπὶ τῶν τοιούτων συμβαίνειν φιλεῖ· τὰ γὰρ παράδοξα τῶν πραγμάτων πολλοὺς ἔχει τοὺς περὶ αὐτῶν ἀπαγγέλλοντας, ἔφθασε καὶ πρὸς τὸν Αὔγαρον διά τινος τῶν αὐτοῦ δυναστῶν Ἀμδοῦ καλουμένου, ἡ περὶ τῆς ἐνδημίας τοῦ Ἀποστόλου Χριστοῦ ἀκοή. λογισάμενος οὖν εὐθέως ἐκ τῆς υποχορήσης ἐν αὐτῷ ἐλπίδος, τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι, ὃν ἀπέστειλαι πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς διὰ τῆς γραφῆς ἐπήγγελτο· ἀκριβέστερον παρ' αὐτοῦ τηλεοπτικῶς τὰ περὶ τοῦ Θαδδαίου μαθὼν, ἀγαγεῖν αὐτὸν διωρίσατο. ὁ οὖν Τωβίας ἐλθὼν, ἐγνώρισε τοῦτο τῷ Ἀποστόλῳ. κἀκεῖνος ἐν δυνάμει πρὸς αὐτὸν ἀπεστάλθαι εἰπὼν, τῇ ἐξῆς πρὸς τὸν Αὔγαρον παραγένετο. ἐν δὲ τῷ μέλλειν καὶ προσώπῳ αὐτῷ ἐμφανίζεσθαι, ἐπὶ τοῦ ἰδίου μετώπου δὴ ἀναστηλώσας τὴν τοιαύτην ἐκμόρφωσιν, οὕτως εἰσῄει πρὸς Αὔγαρον. ὁ δὲ πόρρωθεν αὐτὸν προσιόντα ἰδὼν, κρεῖττον ἐδόκει φῶς ἀκτινοβολοῦν ἀπὸ τῆς ὄψεως αὐτοῦ ἐξαπτόμενον ἰδέσθαι ἐρᾶν, ὃ τὸ ἐπικείμενον ἤφιει ὁμοίωμα. ὅθεν τῇ τῆς ἀστραπτούσης λαμπηδόνος καταπλαγεὶς, καὶ ὥσπερ ἐν λήθῃ τῶν περὶ αὐτὸν ἀρρωστημάτων γενόμενος καὶ τῆς πολυχρονίου παρέσεως τῶν μελῶν, τῆς κλίνης ἀθρόως ἀνέθορε, τρέχειν ἐβιάζετο· τὸ αὐτὸ πάθος καὶ πρὸς ὑπαντὴν τὰ παρειμένα μέλη παθὼν πρότερον, ὅσπερ τοῖς ἐν τῷ ὄρει Θαβὼρ τὴν ἀστράπτουσαν μορφὴν θεασαμένοις.

Λαβὼν τοίνυν ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου τὸ τοιοῦτον ἐκμίμημα, καὶ σεβασμίως αὐτὸ τῇ κεφαλῇ περιθεὶς καὶ τοῖς χείλεσι, καὶ οὐδὲ τἄλλα τῶν τοῦ σώματος μερῶν στερήσας τῆς τοιαύτης προσψαύσεως, ἔγνω παρευθὺ τὰ μέλη πάντα θαυμασίως ἀναρρωννύμενα, καὶ τὴν εἰς τὸ κρεῖττον μεταβολὴν εἰσδεχόμενα. καὶ τὴν λέπραν ἐκκαθαιρομένην καὶ ἀποῤῥέουσαν, εἰ καὶ ἔτι ἐν τῷ μετώπῳ λείψανόν τι ταύτης μικρὸν ὑπελείπετο. διδαχθεὶς οὖν τὸν τῆς ἀληθείας λόγον τότε παρὰ τοῦ Ἀποστόλου τρανέστερον, καὶ περὶ τῶν παραδόξων τοῦ Χριστοῦ θαυμάτων· τῶν τε θείων παθῶν, καὶ ταφῆς, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως· καὶ ὁμολογήσας ἀληθῆ Θεὸν τὸν Χριστὸν, περὶ τῆς ἐν τῇ ὀθόνῃ ἀποτυπώσεως τῆς μορφῆς ἐπυνθάνετο, ἐπειδὴ αὐτὴν ἀκριβέστερον ἐπιστὰς, ἐπεγίνωσκεν οὐ διὰ χρωμάτων ὑλικῶν τὴν σύστασιν ἔχουσαν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κατεπλήττετο δύναμιν, ὑφ᾽ ἧς παραδόξως ἐξανέστη τῆς κλίνης, καὶ συνηυθυμεῖτο τοῖς ὑγιαίνουσι. πρὸς ταῦτα ὁ Θαδδαῖος τήν τε χροιὰν τῆς ἀγωνίας ἐδήλου, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἱδρώτων ἀχρωμάτιστον μόρφωσιν· καὶ τὴν τῆς ἀφίξεως πρὸς αὐτὸν Κυρίου ἐπίταξιν· καὶ τἄλλα ὅσα τὸ φθάσαν τῆς ἱστορίας ἐδήλωσεν.

Accepta itaque ab Apostolo effigie, ac venerantis specie, capiti imposita, oculisque & manibus & labiis, ac corporis membris reliquis, nullo eius muneris experte, adhibita, statim membra omnia roborari cognouit, ac meliore statu mutari: mundari lepram ac cedere, tametsi eius quoddam vestigium ac residuum mansit in fronte. Doctus igitur ab Apostolo paulò clarius veritatis doctrinam; déque inauditis Christi miraculis, diuinisque passionibus, & sepultura, & resurrectione à mortuis, atque in cœlos receptione institutus; cùm Deum verum Christum confessus esset, de forma linteo expressa sciscitabatur; quòd nimirum eà diligentius inspecta, nullis terreni conflatam coloribus cognouerat, eiusque stupebat virtutem, quòd sic grandi miraculo ac insolito lectulo exsilierat, ac incolumi sanitate gaudebat. Ad hæc Thaddæus, mortis timorem ac angustias declarare, exque sudoribus nullo colorum pigmento expressam effigiem docere; Domini iussu ad eum accessisse, & alia quæcumque iam superior decurrit historia. Imaginis veneratio, morbique depulsio.

Ὡς οὖν ἀπό τε τοῦ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ Θαδδαίου τὰ λυποῦντα τὸ ὑπεξίστατο, καὶ τὰ παρειμένα μέλη συνεσφίγγετο, καὶ ἡ ἀμορφία διεσκεδάννυτο, καὶ πάντα πρὸς ὑγείαν ἔτρεχε, τῷ πανταχόθεν θάμβει ὁ Αὔγαρος συνεχόμενος, Ἐπ᾽ ἀληθείας ἔφη, γνήσιος εἶ μαθητὴς Ἰησοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δίχα φαρμάκων καὶ βοτανῶν θεραπεύοντος. καὶ ἐγὼ τοσοῦτον τῇ

Postquam igitur ex his pariter, manuumque Apostoli in nomine Iesu Christi impositione, dolorum vis sensusque aufugerat, membraque resoluta velut adstringebantur; atque oris deformitas euanescebat, cunctaque ad sanitatem currebant; rei tantæ compendio vndique Augarus admiratione defixus: Verè, inquit Iesu Filij Dei discipulus es, qui curabat absque medicamentis & herbis. Ac ego, tanta illi amoris vi ac fide deuinctus

sum, vt si per eminentem Romani Imperij potestatem, per quam subditis nefas bello inuicem lacessere, bellum mouere liceret, in Iudæos fortè, qui Domino crucem posuerunt, arma mouissem, mihique subegissem. Nunc autem quòd & mortem sponte subiisse doceor, ac certus sum, fore vt nisi voluisset, nunquam sibi improba turba, subiiceret, nihil vltra quæro ac disputo. Solum diuino baptismate lustrari rogo, ac cum tota familia Christi necessitudinis iura obire, meque illi addicere. Multis itaque antè patratis miraculis, cunctisque quibus laborabant ægritudinibus sanatis, in quibus qui proximè Augarũ claritate ac potentiâ attinebat, ipse quoque podagra qua laborabat, sanatus, muneris præco erat, cum curasset Christi Apostolus, diuinę Augarũ piscinę admouit; legitimisque in eo peractis, ipsum ac vxorẽ, liberosq; cũ tota familia tinxit; exiitq; è diuina hac expiationis vnda mundus totus ac sanus, lepra repente abolita, iisquè ipsis paucis reliquiis, quibus Viri frons inusta persliterat.

περὶ αὐτὸν στοργῇ καὶ πίστει συνδέδεμαι, ὥστε εἰ μὴ ἐδεδίειν τὸ ὑπερέχον τῆς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, ᾧ τοὺς ὑπὸ σφᾶς οὐκ ἀνέχονται κατ' ἀλλήλων ὁπλίζεσθαι, τάχα ἂν καὶ τῶν σταυρωσάντων τὸν Κύριον Ἰουδαίων ὅπλα ἐκίνησα, καὶ παρεστησάμην αὐτούς. νῦν δὲ ἐπεὶ καὶ τὸ πάθος αὐτοῦ ἐδιδάχθην ἑκούσιον, καὶ πέπεισμαι ὡς οὐκ ἂν μὴ βουληθέντος αὐτοῦ κατίσχυσαν οἱ ἀγωνιῶντες κατ' αὐτοῦ, οὐδὲν περαιτέρω ἐργάζομαι. δέομαι δὲ καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιωθῆναι, καὶ πανοικὶ προσοικειωθῆναι, καὶ ἀναθεῖναι τῷ δεσπότῃ Χριστῷ. Πολλὰ τοίνυν ἐπιτελέσας θαύματα περιτυχὼν ὁ τοῦ Κυρίου Ἀπόστολος, καὶ πάντας ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν ἰασάμενος, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ πρῶτος τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην τῷ Αὐγάρῳ ἀνενεγκών, ὃν ποδαγρικοῦ παθήματος ἠλευθέρωσε, προσέταξε τῇ θείᾳ κολυμβήθρᾳ τὸν Αὔγαρον· καὶ τὰ νενομισμένα ἐπ' αὐτῷ τελέσας, ἐβάπτισεν αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ θείου τούτου τοῦ καθαρσίου ὕδατος, καθαρὸς ὅλος καὶ ὑγιής; ἀφανισθέντος ἀθρόως καὶ τοῦ ὑπολειφθέντος μικροῦ λειψάνου τῆς λέπρας ἐν τῷ μετώπῳ αὐτοῦ.

Sanctæ Imaginis noua veneratio Edessæ.

Hinc factum vt Regulus, qui eius Dominicæ Effigiei ac formæ, modis omnibus venerator cultorque existeret, hoc quoque ad aliam eius religionem adiiceret. Nempe, antiquis Edessæ ciuibus dij cuiusdam Græcanicæ superstitionis statua, pro publica Vrbis porta erecta erat, cui necesse cultum adhibere, quisquis demum in vrbem ingredi vellet, certaque simulacro vota reddere, ac tum libero aditu vrbis vicos plateasque percurrere. Sustulit itaque Augarus ac aboleuit, inque eius basis loco, ad assecem glutino compactam hancce non

Ἐντεῦθεν παντοίως τιμῶν καὶ σεβόμενος τὸ [illegible]τον ὁμοίωμα τῆς τοῦ Κυρίου μορφῆς, καὶ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ὁ τοπάρχης προσέθηκεν· ἐκ τῶν παλαιῶν τῆς Ἐδέσσης τῶν ἐστῶν τε καὶ οἰκιστῶν τῶν ἐπισήμων. τινὸς [δὲ] ἑλληνικῶν θεῶν ἄγαλμα πρὸ τῆς δημοσίας πύλης τῆς πόλεως ἀνεστήλωτο, ᾧ πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ ἄστεος γίνεσθαι βουλόμενον ἀναγκαῖον ἦν προσκυνῆσαι, καὶ νενομισμένας τινὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι, καὶ οὕτως ἔχεσθαι τῶν ἐν τῇ πόλει ὁδῶν τε καὶ ἀγυιῶν. τοῦτο οὖν τότε ὁ Αὔγαρος καθελὼν, καὶ ἀφανισμῷ παραδοὺς, εἰς

τὸν τῆς ἐκείνου στάσεως τόπον, τὴν ἀχειροποίητον ταύτην εἰκόνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ σανίδος κολλήσας, καὶ διὰ τοῦ νῦν φαινομένου χρυσοῦ καλλωπίσας, ἀνέστησεν· ἐπιχαράξας ἐν τῷ χρυσῷ ταῦτα τὰ ῥήματα. Χριστὲ ὁ Θεὸς, ὁ εἰς σὲ ἐλπίζων οὐκ ἀποτυγχάνει ποτέ. ἐθέσπισέ τε πάντα τὸν διὰ τῆς πύλης ἐκείνης διέρχεσθαι μέλλοντα, ἀντὶ τῆς παλαιᾶς ἐκείνης στήλης τῆς ἀχρήστου καὶ ἀνωφελοῦς, τὸ προσῆκον σέβας, καὶ τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν καὶ τὴν τιμὴν ἀπονέμειν, τῇ πολυθαυμάστῳ θαυματουργῷ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνι· καὶ οὕτως εἰς τὴν πόλιν Ἐδέσσης εἰσέρχεσθαι. καὶ διετηρήθη τοιοῦτον τὸ τῆς αὐλείου εὐσεβείας ἐπὶ προχάραγμα καὶ ἀνάθημα, μέχρι τοῦ ἐν τῷ βίῳ περιεῖναι, αὐτόν τε τὸν Αὔγαρον, καὶ τὸν τούτου υἱὸν, ὃς τῆς βασιλείας καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς πατρικῆς κατέστη διάδοχος· ἐπεὶ δ' ὁ τούτων υἱός τε καὶ ἔγγονος, τῆς μὲν πατρῴας καὶ παππῴας ἀρχῆς διάδοχος γέγονεν· οὐ μὴν καὶ τῆς εὐσεβείας κληρονόμος ἐγένετο· ἀλλ' ἀποπλακτήσας ὡς εἰπεῖν τὴν εὐσέβειαν, καὶ πρὸς τοὺς δαίμονας καὶ τὰ εἴδωλα αὐτομολήσας. διὸ καὶ ὥσπερ τὸ ἀντάποδομα τοῖς δαίμοσιν ἀνταποδιδοὺς, ἐβουλήθη ἐπεὶ ὁ πάππος αὐτοῦ τὴν εἰδωλικὴν ἐκείνην στήλην ἀφανισμῷ παραδέδωκε, τὴν αὐτὴν καταδίκην καὶ τῇ τοῦ Κυρίου εἰκόνι προσαγαγεῖν. ἀλλ' οὐκ ἐπιτυχὴς τῆς θήρας ὁ δόλιος. ὁ γὰρ ἐπίσκοπος τοῦ τόπου τοῦτο προγνοὺς, τὴν ἐνδεχομένην ἔθετο πρόνοιαν. καὶ ἐπεὶ ὁ τόπος καθ' ὃν ἀνέκειτο ἡ εἰκὼν, κυλινδροειδοῦς ἡμισφαιρίου σχῆμα διέσωζεν, θρυαλλίδα πρὸ τῆς εἰκόνος ἅψας, καὶ κέραμον ἐπιθεὶς, εἶτα [illegible] πηλῷ καὶ πλίνθοις ἐπιφράξας τὸ

manufactam Domini nostri Iesu Christi Imaginem, quæ nunc auro conspicua est, egregiè ornatam, statuit; his illi auro inscriptis verbis: CHRISTE DEVS, QVI IN TE SPERAT, NVNQVAM VOTO FRVSTRATVS ABIT: sanxitque, vt quisquis per eam portam transiturus esset, pro veteri illo nullius frugis simulacro prorsusque inutili, conuenientem cultum atque debitam adorationem honoremque, multiplici titulo admirandæ miraculorum effectrici Christi Imagini redderet; sicque Edessam vrbem amicus hospes intraret. Durauitque pietatis Viri monumentum hoc ac sacra deuotio, quandiu tum ipse Augarus, tum filius, vita superstes fuit; quippe qui paterni regni pariterque pietatis successor extiterit. Horum nihilominus filius nepósque, fuit is quidem patris auique principatus successor; at nihil horum pietatis hæres; quin in pietatem, vt sic dicam, calcibus insultauit, atque ad dæmonas ac simulacra desciuit. Velut itaque dæmonibus vicem redditurus, hoc secum statuit, vt sicut auus superstitiosum simulacrum illud aboleuerat, sic ipse Dominicam Imaginem eidem noxæ subiiceret. Haud tamen vir dolo confertus, prædæ compos effectus est. Loci namque Episcopus, rei præscius, quantam licuit, ipse curam adhibuit. Quodque locus vbi Imago collocata erat, cylindri speciem referentis hæmisphærij figuram retinebat, accensa ante Imaginem lucerna, tegulaque imposita, ac tum deforis calce coctisque lateribus obstructo loci ambitu, quicquid eius erat in planam superficiem redegit: ereptaque oculis forma inuidiæ habita, a consilio ac molitio-

Detracta Imagini religio Abgari nepote tyranno; ipsa incolumis seruata.

ne impius homo abstitit. Ideo autem, vt arbitror, ante Imaginem testa Sacerdoti collocata est, ne ex situ ædificij, & calcis humore, cui impressa Imago linteum putredinis aliquid contraheret, ac per longiores temporis moras damnum acciperet.

ἐμβαδὸν, εἰς ὁμαλὸν ἀποφῆναι τὸ τεῖχος ἐπινόησεν· καὶ ἐν τῷ μὴ ὁρᾶσθαι τὴν ἐθνουμένην μορφὴν ἀπέστη τῆς ἐγχειρήσεως ἐκεῖνος ὁ δυσσεβής. ὁ δὲ κέραμος διὰ τοῦτο ἅμα περὶ τῆς εἰκόνος τεθεῖσθαι πρὸς τῆς ἱερέως διώριστο, ὡς ἂν μή τινα σῆψιν ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς εὐρῶτος, καὶ τῆς ἐκ τῆς πηλίνης νοτίδος ἐγγενέσθαι ἐν τῷ ὑποδοχεῖ τῆς εἰκόνος, καὶ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου βλάβην προσδέξηται.

Multum interim temporis, annorum longa serie fluxerat, exque memoria hominum & quod erecta sacra hæc Imago, & quod occultata, effluxerat. Vbi itaque suis, Chosroës Persarum Rex temporibus, Asiæ ciuitates diripiens, Edessam quoque petierat, valloque posito nullam non mouebat machinam, ac quicquid exqugnandæ ciuitati videbatur diligenter instruxerat (constructis nimirum omnis generis tormentis, quibus tela iaceret, muros quateret, portas effringeret) Edesseni in tantum adducti periculum, ipsi quoque qua se via tuerentur aciemque opponerent, serió cogitare. Missi legati & ad Romanorum Duces, à quibus sociali munere auxilia impetrarent. Romani tunc exercitus Prætor Helio erat, ipseque à se, Persarum vi acie laborans, auxiliares copias sufficere Edessæ ciuibus non valebat, animos tamen scriptis literis addebat, Dominique Epistolam ac veram in eâ sententiam, quâ incolumis futura, nullaque hostium vi expugnanda ciuitas & ferretur & crederetur, in memoriam reuocabat. Porro Persæ, tum palam adoriebantur, tum ex insidiis structisque cuniculis ciuitatem tentabant. Procul igitur occepta scrobe, per subterraneos meatus sibi in vrbem aditum struebant. Cumque iam

Edessena Chosrois obsidio, diuinæ Imaginis miraculo soluta: qua de re Euagr. & aliique.

Ἔρρει τοίνυν ὁ χρόνος διὰ μέσου πολύς, καὶ τῆς ἐξ ἀνθρώπων μνήμης ἀπερρύη καὶ ἡ ἀνάστηλωσις τῆς ἱερᾶς ταύτης εἰκόνος, καὶ ἡ ἀπόκρυψις. ὡς οὖν ἐν τοῖς οἰκείοις καιροῖς, Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς, τὰς τῆς Ἀσίας πόλεις πορθῶν καὶ πρὸς τὴν Ἔδεσσαν ἔφθασε, καὶ περὶ ταύτης τὸ ξάμμος χαράκα πᾶσαν μηχανὴν ἐκίνει, καὶ πᾶν τὸ πρὸς ἅλωσιν πόλεως ἐπιτήδειον ὄργανον ἐξηρτύετο· ἐπεκτήνετο δὲ πάντα τὰ πρὸς ἀφέσεις βελῶν, καταπτώσεις τειχῶν, διαρρήξεις πυλῶν· ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ οἱ Ἐδεσσηνοὶ γεγονότες, ἐπενόουν μὲν τὰ δυνατὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ἀντιπαράταξιν· διεπρεσβεύοντο δὲ περὶ βοηθείας, καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίων στρατηγούς. Ἡλίων δὲ ὁ τότε τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων ἡγούμενος, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν Περσῶν πονούμενος, τοῖς ἐν Ἐδέσσῃ συμμαχίαν πέμψαι οὐχ οἷός τε ἦν. διὰ γραμμάτων δὲ διεθάρρυνε, τῆς τοῦ Κυρίου ἀναμιμνήσκων ἐπιστολῆς, καὶ τῆς ἀψευδοῦς ἐν αὐτῇ ἀποφάσεως, δι' ἧς ἀπόρθητον τηρεῖσθαι τὴν πόλιν καὶ λέγεται, καὶ πιστεύεται. οἱ δὲ Πέρσαι μετὰ τῆς ἐμφανοῦς ἐπιθέσεως, καὶ τὰ ἀφανῆ ἐπενόουν ἐπιβουλεύματα· καὶ πόρρωθεν ὀρύττειν ἀρξάμενοι, δι' ὑπονόμων ἔνδον γενέσθαι τῆς πόλεως ἐπηγάζοντο. ὡς δὲ ἦσαν δὴ ἴσουδρος

κολυμβητὰ

κοιμῶνται τοῦ τείχους ἐντὸς ὑπὸ γῆν, ἐκ τοιαύτης αἰτίας καταφανὲς τοῖς ἔνδον τοῦ τείχους . . . . . χαλκέα οἰκεῖν, οὗ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν αἰωρούμενα σκεύη χαλκᾶ ἦχον ἀπετέλει, τῶν Περσῶν ὑπὸ γῆν κοπτόντων, καὶ ἐκφορούντων τὸν χοῦν. ἐν ἀμηχανίᾳ οὖν καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀπογνώσει τῆς πόλεως καταστάντες, πρὸς τὸν Θεὸν καταφεύγουσι, καὶ μετ' ὀδυνώσης καρδίας, καὶ δακρύων ἐκζήτουν αὐτόν. φαίνεται τοίνυν διὰ νυκτὸς τῷ Ἐπισκόπῳ· Εὐλάλιος δὲ οὗτος ἦν, γυνή τις εὐσταλὴς καὶ σεβασμία κρείττων ἢ κατὰ ἄνθρωπον, ὑποτιθεμένη αὐτῷ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα λαβεῖν τοῦ Χριστοῦ, καὶ λιτανείαν μετ' αὐτῆς ποιήσασθαι· καὶ πάντως δεῖξαι τὸν κύριον τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἐπίσκοπος παντελῶς ἀγνοεῖν ἔλεγεν εἰ ἔστιν ὅλως, εἴτε παρ' αὐτοῖς, εἴτε παρ' ἄλλοις ποῦ ἡ τοιαύτη εἰκών. τότε λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ ἐν γυναικείῳ φαινομένη τῷ σχήματι, ὅτι ἐπάνω τῆς πύλης τῆς πόλεως ἐν τῷ τόπῳ διὰ τόνδε τὸν τρόπον ἡ τοιαύτη εἰκὼν κέκρυπται.

Ἕωθεν οὖν ὁ Ἐπίσκοπος τῇ ἐναργεῖ τῆς ὄψεως πεποιθὼς, μετὰ λιτῆς πρὸς τὸν τόπον ἧκεν, καὶ διερευνησάμενος εὗρε τὴν θείαν ταύτην εἰκόνα ἀδιαλώβητον· καὶ τὴν θρυαλλίδα ἐν τοῖς τοσούτοις μὴ ἀποσβεσθεῖσαν ἔτεσι· καὶ ἐν τῷ πρὸς φυλακὴν ἐπιτεθέντι πρὸ τῆς λυχνίας κεράμῳ ἐπικτυπωθὲν ἕτερον ὁμοίωμα τοῦ ὁμοιώματος· ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν Ἐδέσσῃ τυγχάνει σωζόμενον. λαβὼν οὖν μετὰ χεῖρας τὸ θεῖον τοῦτο τοῦ Θεανθρώπου Χριστοῦ ἀπεικόνισμα, καὶ ἐπὶ κρείττονος ἐλπίδος γενόμενος, ἔρχεται κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον καθ' ὃν οἱ Περ-

iam perinde ac quidam vrinatores intra muros ex cunibulis successissent, contigit insidias detegi per talem occasionem. Nimirum illa in vrbis parte faber quidam ærarius intra muros ædes habebat, cuius vasa ænea in domo sublimia, Persis sub terra tundentibus ac puluerem egerentibus, sonitum emiserunt. Itaque consilij inopes, & ad extremam ciues desperationem redacti, ad Deum confugiunt; ipsumque cordis dolore ac lacrymis exquirunt. Porrò noctu mulier quædam ornato habitu, grauique ac modesta specie, præstantior denique quàm vt homo videretur, Episcopo (Eulalio huic nomen erat) apparet; monetque accepta non manufacta Christi Imagine, cum ipsa supplicationem habeat; foréque omnino vt Dominus portenta sua ac miracula ostendat. Aiebat Episcopus, nescire se prorsus, an omnino talis Imago apud ciues aliosve vllos extaret. Tunc ad illum, quæ muliebri habitu se illi conspicuam fecerat. Supra portam Vrbis tali loco per talem modum imaginem absconsam, subjecit,

Manè igitur Episcopus, aperta visione fretus cum supplicatione ad locum conueniens, scrutansque, integram ac incolumem diuinam offendit Imaginem; lucernam quoque tot retro annis inextinctam: inque testa ante lucernam eius conseruandæ causa imposita, alteram Imaginis expressam effigiem: quæ ipsa hactenus Edessæ incolumis est. Sumpta igitur in manus diuina Christi Dei hominis effigie, præfidentior Episcopus ad locum pergit, vbi Persæ ex vasorum ære sonantium tinnitu cuniculum struentes deprehensi erant: cumque ciues & ipsi intus aggressi, in alios

Imaginis diuina visione inuētio, ac per eam hostiū strages.

alij incurrissent, in ignem ipsis in hostes paratum ex lucerna stillantes, inque Persas in cuniculo repertos mittent es, omnes perdiderunt. Iisque demum liberati insidiis, eodem molimine etiam machinas extra muros positas adorsi, has quoque repente combusserunt: pluresque in eis militares viros sustulerunt. Iamque adeo aucti fiducia, crebros etiam è muris mittentes lapides, eorum jactu ac rotatione, impuri exercitus Duci, aliisque non paucis, necem consciuerunt. Neque id modò, sed & extrinsecus à Persis aduersus ciues accẽsam pyram, quam olearum, multarumque aliarum, quas immiserant, arborum infinita aggesta materia alebat, in ipsos qui accenderant, diuinæ virtus Imaginis benignè opitulantis, conuertit. Cùm enim eam è muro desuper suis ipse manibus Eulalius explicans, ciuitatem obiret, vt ad eum locum successit, obortus repente ventus validus, in eos qui rogum accendebant, flammam conuertit; hæcque illos persecuta, haud secus ac olim Chaldæos, incendit.

σαι διορύττοντες ἀπὸ τοῦ τῶν χωμάτων ἤχου κατάφωροι καθεστήκασαν. καὶ ἀρξάμενοι ἔνδοθεν ὀρύττειν τῆς πόλεως, ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο, ἀπὸ τῆς λυχνίας ἐκείνης ἔλαιον ἐπιστάξαντες εἰς τὸ κατὰ τῶν πολεμίων αὐτοῖς εὐτρεπισμένον πῦρ, καὶ κατὰ τῶν ἐν τῷ ὑπονόμῳ Περσῶν ἀφέντες, πάντας ἀπώλεσαν· καὶ τῆς ἐντεῦθεν ῥυσθέντες ἐπιβουλῆς, πρὸς τὰς ἐκτὸς τοῦ τείχους μηχανὰς τὴν ὁμοίαν πεῖραν προσήνεγκαν, καὶ ταύτας ἀθρόως κατέφλεξαν· καὶ πολλοὺς τῶν ἐν αὐταῖς πολεμίων ἀνάλωσαν. ἤδη δὲ ἀνατεθαρρηκότες, καὶ λίθων ἀφέσεις συχνῶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐποιοῦντο, ἐφ᾽ ὧν καὶ τὸν στρατοπεδάρχην τοῦ μιαροῦ στρατεύματος συνέβη πεσεῖν, καὶ ἄλλους πολλοὺς σὺν αὐτῷ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἔξωθεν ὑπὸ τῶν Περσῶν ἀναφθεῖσαν κατὰ τῶν ἔνδον πυρὰν, ἣν ἀπείρως ὕλη ἐλαιῶν τε καὶ ἄλλων συχνῶν καταπεσόντων δένδρων ὑπέτρεφε, κατ᾽ αὐτῶν γενέσθαι ἡ τοῦ συμμάχου θείας εἰκόνος . . . ὡς γὰρ ἄνωθεν Εὐλάλιος τὰς εἰκόνας τοῦ τείχους ἐφαπλώσας ταύτην παλάμαις τὴν πόλιν διώδευεν, ἐξαίφνης ὡς κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐγένετο, βίαιος ἄνεμος ἐξεγερθεὶς, κατὰ τῶν ἀναφλεγόντων τὴν τοιαύτην πυρκαϊὰν τὴν φλόγα ἐπέστρεψε· καὶ ἐδίωκε τούτους, καὶ ἐνεπύριζεν, ὡς τοὺς Χαλδαίους τὸ πρίν.

Syrerum traditionis testes.

Non hæc aures mulcendi causa, aut veritati fucum faciendi nullis testibus à nobis conficta narratio: quinimmò tres simul Patriarchæ, Iob Alexandrinus, Christophorus Antiochenus & Basilius Hierosolymitanus ipsi scripserunt, atque hæc sic se habere datis Theophilo Imperatori literis, qui sacrarum violator Imaginum esset, palàm fecerunt: tum nimirum, cùm longa dissertatione diuinas Imagines sanctas astruentes ac vene-

Ταῦτα οὐκ ἀμάρτυρος ἐστὶ λόγος εἰς ἡδονὴν ἀκοῆς, ἢ ἀπάτην παρ᾽ ἡμῶν συμπλασθεὶς, ἀλλὰ 3 3.
τρεῖς ὁμοῦ πατριάρχαι, Ἰὼβ Ἀλεξανδρείας, Χριστοφόρος Ἀντιοχείας, καὶ Βασίλειος Ἱεροσολύμων αὐτοὶ γράψαι, καὶ οὕτως ἔχειν ταῦτα ἐγράφεισαν, Θεοφίλῳ γράψαντες τῷ βασιλεῖ τὰς ἱερὰς εἰκόνας ἐξυβρικότι· ὅτι διὰ πολλῶν ἀποδεικνύοντες τὸ τῶν θείων εἰκόνων ἱερὸν καὶ σεβάσμιον, καὶ περὶ τούτου

διήρπαζον· καὶ ἔξεστι βουλομένῳ τὴν πολύστιχον ἐκείνην ἐπιστολὴν ἀναλέξασθαι, καὶ περὶ τούτου μαθεῖν. ἀλλὰ καὶ τῇ Εὐαγρίου ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ εἴ τις φιλοπόνως ἐντύχοι, εὕροι πάντως οἷα περὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης εἰκόνος κατὰ τὸν τέταρτον λόγον φησίν. ἀναγέγραφε γὰρ, ὡς μετὰ τῶν ἄλλων ὁ Χοσρόης καὶ τοῦτο πεποίηκε, θέλων ἐμφανῶς ἐλέγξαι ψευδῆ τὸν παρὰ Χριστιανοῖς θρυλλούμενον περὶ τῆς τοιαύτης πόλεως λόγον, ὡς εἴη ἀπόρθητος. ξύλων γάρ τι μέγα χρῆμα, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἐν βραχεῖ τῇ τοῦ στρατεύματος πολυχειρίᾳ συναθροίσας ἐξ ἐπιτάγματος, καὶ ταῦτα κατὰ δύο τοίχους πηξάμενος κύκλῳ τῆς πόλεως· εἶτα χοῦν κατὰ τὸ μέσον ἐμβαλὼν, καὶ ἀντιμέτωπον ἀπὸ τείχους οἰκοδομῶν, ὑψηλότερος ἐγένετο τῶν τῆς Ἐδέσσης τειχῶν, καὶ ὡς ἐξ ὑπερδεξίων τὰ βέλη κατὰ τῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως προκινδυνευόντων ὅσον οὔπω ἀφίεσθαι ἔμελλεν· ὅπερ οἱ Ἐδεσσηνοὶ ὡς ὄρος ἀντικρὺ τῶν τειχῶν ὁρῶντες ἐξεγειρόμενον, δι' οὗ ὡς ἐκ τοῦ ἰσοπέδου τοὺς πολεμίους ἐπιβῆναι τοῦ ἄστεος ἤλπιζον· ἐν ἀμηχανίᾳ καίπερ ὄντες, ἀντιμηχανώμενοι δ' ὅμως τὰ δυνατὰ καὶ αὐτοὶ, διόρυγμα ἐπεχείρησαν περὶ τοῦ νεοστάτου ἐκείνου τείχους ὀρύξασθαι,
4. ὡς ἂν εἰ δυνηθεῖεν 4 τὰ περὶ τοῦ χώματος ὑφάψαι σταυρώματα, περὶ τὴν διώρυχα τὸν χοῦν ὑποσπάσαντες, καὶ οὕτως τὸ μέγα τεῖχος ἐκεῖνο δίκην ὀνείρου ἀναπλασθὲν, δῆλον κατενεχθῇ καὶ διαρρυῇ. ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ὄρυγμα διήνυσαν, πῦρ δὲ τοῖς ξύλοις ἀνιέντες τοῦ σκοποῦ διημάρτανον, μὴ δυναμένου τοῦ πυρὸς διὰ τὸ συμπεπιλημένον ἔνδον εἶναι τὸν χοῦν, καὶ τὰ ξύλα ἔτι χλωρὰ καινοῦ τινος δίχα τῆς

ratione habendas, istud quoque tractarunt: ac licet nosse, si quis in multos versus fusam eam Epistolam vt legat, in animum induxerit. Sed & Euagrij Ecclesiasticam Historiam si quis attentius legerit, planè nouit quanta ille de hac sacra Imagine libro quarto scribit. Refert enim, quòd cùm aliis de causis, tum ob eam potissimum rationem Chosroës exercitum duxerit, vt apertè ostenderet esse falsum, quod de Edessa ciuitate Christiani iactabant, eam nulla vi expugnari posse ac diripi. Cum enim ingentem lignorum struem & penè infinitam confertâ militum manu succedanea ope opus maturantium, breui coëgisset, atque his fixo vallo, duplici quasi muro ciuitatem cinxisset, tumque mediam aream ingesta humo oppleuisset, inde surgens oppositus murus alius, ciuitatis mœnibus altior effectus est, moxque futurum erat, vt è superioribus in præsidiarios iaculorum imber deplueret. Vident itaque ciues ex aduerso murorum velut montem assurgere, per quem hostes, quasi ex plano haud incerto euentu in vrbem ingressuri essent. Quanquam igitur vix non consilij inopes, ipsi quoque quanta facultas aduerso molimine; obiectam nouo illi muro fossam ducere; in cuius voraginem, si modò liceret communientes vallos succendere, detracto aggere, ea ratione velut insomnio repente enatum ingentem illum murum pessundarent ac solo æquarent. At vbi absoluta quidem fossa est, ignisque lignis immissus, nec ex voto res succedebat, quòd humo constipata, ac cùm ligna adhuc viridia essent, non poterat ignis absque nouo pabulo vallum corripere; in fossam re-

Euagrio paulò aliter narrata historia.

center ductam sacra hæc adducta Imago, exque illa sanctificata aqua asperso rogo effectum est, vt flamma viuax atque efficax exiret; fuitque igni olei loco, aqua; diuina virtute his, qui rem moliti erant, propitia: indeque succensa flamma absumptum, quicquid obuium erat. Tunc ergo Persarum Rex vrbis expugnandæ spe amissa, ac cum non lateret vnde ciuibus corrogata auxilia, ad conuentiones adjecit animum, percussoque pacis fœdere in suam regionem reuersus est.

ὕλης ἐμπεριδράξασθαι, τὴν ἱερὰν ταύτην εἰκόνα εἰς τὴν νεότευκτον ἐκείνην τάφρον εἰσαγαγόντες, καὶ ὕδωρ ἐκ ταύτης καθαγιάσαντες, καὶ τοῦτο τῇ πυρᾷ, καὶ τοῖς ξύλοις προσεπιρράναντες, ἐνεργὸν φυῆναι τὸ πῦρ κατεπεύξαντο· καὶ τῇ πίστει τῶν δεδρακότων τῆς θείας συνεπιλαβομένης δυνάμεως, ὡς ἔλαιον τὸ ὕδωρ ἐγένετο τῷ πυρὶ, καὶ ἐξῆψε τὴν φλόγα, καὶ κατηνάλωσεν ἅπαν τὸ προσυχόν. τότε οὖν ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ἀπογνοὺς, καὶ τὴν βοήθειαν ὅθεν ἔσχε μαθὼν, πρὸς συμβιβάσεις ἐχώρησε, καὶ σπονδὰς εἰρηνικὰς ποιησάμενος, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀνθυπενόστησεν.

Chosrois filia à dæmone liberata.

Erat autem hic quoque, haud ita pòst ab hac sacra Imagine beneficium accepturus, hostes demerente, eiusque necessariorum hostibus exitium parante. Regis enim filia, quam malus dæmon inuaserat, mentisque statu, qui ex natura est, dejecerat, obsidentis afflatu dæmonis continuè clamabat: Qui in puella domicilium habet spiritus, non egressurum, nisi Imaginis non manufactæ Edessâ aduentu ac præsentia. Audiuit Rex, ac secum animo reputans, quæ in obsidione gesta acciderant (nec enim inaudita repente Edessenorum fortitudo audaciaque eum latuerat) missis statim ad ciuitatis Præsidem, Eulaliumque Metropolitam, ac ciuitatis ipsum commune, literis, diuinam ad se citiùs, summaque vi pollentem mitti petit Imaginem; omnino rogans ne preces cassæ eant. Illi autem, tum gentis infidos mores suspectos habentes, tum veriti ne Persarum Rex hoc moliretur, vt ipsorum eis robur ac præsidium auferret; serioque cogitantes ne temerè proderent, qua res illis in tuto positæ essent, ac

Ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς μακρᾶς εὐεργεσίας τυχεῖν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ταύτης εἰκόνος, ὡς τῶν πολεμίων αὐτοῦ εὐεργέτιδος, καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀναιρέτιδος. 5. τὸ γὰρ τούτου θυγάτριον ὑπὸ δαιμονίου πνεύματος συσχεθὲν, καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐκστὰν καταστάσεως, ἐβόα συνεχῶς δι' αὐτοῦ ἐνεργούμενον· εἰ μὴ ἐξ Ἐδέσσης ἡ ἀχειροποίητος ἔλθῃ εἰκὼν, ἐντεῦθεν τὸ ἔνοικον τούτου μὴ ἐξελεύσεσθαι. ὅπερ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς πολιορκίας λογισάμενος· οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὸν ἡ παράδοξος ἐξαίφνης ἰσχὺς, καὶ τὸ θάρσος διέλαθε τῶν Ἐδεσσηνῶν, γράφει παραχρῆμα πρός τε τὸν τῆς πόλεως προεξάρχοντα, καὶ πρὸς τὸν μητροπολίτην Εὐλάλιον, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς πόλεως, ἀποστεῖλαι θᾶττον αὐτῷ τὸ θεῖον καὶ πανσθενὲς ἀπεικόνισμα, προσθεὶς καὶ τὴν αἰτίαν τὴν τῆς θυγατρὸς συμφοράν· καὶ παντοίως ἀξιῶν τε καὶ βιαζόμενος, μὴ ἀποτυχεῖν τῆς αἰτήσεως. οἱ δὲ τό, τε τοῦ Περσικοῦ ἤθους ἄπιστον ὑπονοοῦντες καὶ ὑποπτεύοντες δόλῳ βούλεσθαι τὸν Πέρσην τὴν ἑαυτῶν ὑφελέσθαι

ἔχειν, καὶ μὴ περιϊδεῖν τὴν προστάτιν καὶ εὐεργέτιδα προσγινομένοι, ἀλλὰ μηδὲ τὴν εἰρήνην λῦσαι τῆς τοιαύτης περιφανείας ἕνεκα, βουλὴν βουλεύονται συνετὴν καὶ λυσιτελοῦσαν αὐτοῖς. μεταχαράξαντες γὰρ ἴσην κατὰ πάντα, καὶ ὁμοίαν ὡς ἐνῆν εἰκόνα τῆς ἀγράπτου χαρακτῆρα, καὶ πρὸς τὸ ἀκριβὲς κατά τι δυνατὸν ἀπεικάσαντες, πρὸς τὸν αἰτησάμενον ἀποστέλλουσιν. ὡς δὲ ἐντὸς τῶν τῆς Περσίδος ὁρίων ἐγένοντο οἱ τὴν εἰκόνα διακομίζοντες, εὐθέως διὰ τῆς τοῦ βασιλέως θυγατρὸς ὁ δαίμων ἀνέκραξε, δεῖν τοῦτον ἐξέρχεσθαι, καὶ διαμείβειν τὴν οἴκησιν τῆς τοῦ ἐρχομένου δυνάμεως ἕνεκα, μόνον εἰ τὸ μετακληθὲν ἀποστραφείη ὁμοίωμα, καὶ μὴ τοῖς βασιλείοις, μηδὲ τῇ πόλει Περσῶν προσπελάσοι· καὶ πρὸς τοῦτο πολλὰ τοῦ βασιλέως ἐδεῖτο καὶ καθικέτευεν. ὑποσχομένου δὲ βασιλέως, ἐξελθόντος ἀπὸ τῆς κόρης τοῦ δαίμονος, καὶ ἐν ὑγιεῖ καταστάσει γεγονυίας τῆς βασιλικῆς παιδὸς, ὁ Χοσρόης, εἴτε τὴν τοῦ αἰτησαμένου δαίμονος ἀξίωσιν ἐκπληρῶν, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶν, εἴτε τὴν τοῦ ἐρχομένου δύναμιν δεδιὼς διὰ τὸ σαθρὸν αὐτοῦ τῶν ἔργων καὶ μιαρὸν, ἀποστείλας ὑποστρέψαι πρὸς τὴν ἀφ' ἧς ἐξήχθη πόλιν τὴν τοιαύτην εἰκόνα ἐκέλευσε· καὶ δῶρα προσθεὶς παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς ταύτην ἐκπέμψαντας.

vnde beneficia affluerent; cumque nihilominus eâ occasione pacem dissoluere nollent, solers atque oppidò vtile consilium ineunt. Ex primo scilicet exemplari, aliam omnino æqualem, ac quam licuit similem ducentes Imaginem; ex non picta, artis operâ pictam, summa quadam possibili illius imitatione, ad Regem qui poposcerat, ablegant. Vixque adeò sacræ sarcinæ bajuli Persarum fines intrauerant, cum statim dæmon puellæ ore clamat: Mox se exiturum ac hospitio migraturum, modò solum accersita Imago reuerteretur, ac neque ad regiam, neque ad Persarum ciuitatem accederet. Id dæmon à Rege magnopere contendebat, supplexque efflagitabat. Pollicetur Rex; egressoque dæmone ac filia sanitati reddita, fidem Chosroës liberaturus, quam obstrinxerat dæmoni, atque promissum seruaturus, siue etiam propter mala opera & impura, venientis potentiam veritus, vt in vrbem vnde exierat Imago referatur, iubet, ac præterea eos qui miserant muneribus donat.

Ἦν οὖν παρὰ τοῖς Ἐδεσσηνοῖς ὁ πολύτιμος ὄλβος οὗτος, ὁ ἀκένωτος θησαυρὸς, ἡ εἰκὼν ἡ πρωτότυπός τε καὶ ἄγραφος, τιμωμένη ἀεὶ πρὸς αὐτῶν, καὶ αὐτὴ περιφρουροῦσα αὐτούς. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ταύτην τῶν πόλεων τὰ πανταχόθεν συνερρύηκεν ἀγαθώτατά τε καὶ κάλλιστα· ἦν δὲ ἄρα θεῖόν τι βούλημα καὶ τὴν ἱερὰν ταύτην εἰκόνα ἐνταῦθα μετὰ τῶν ἄλλων ἀποθησαυρισθῆναι καλῶν· ὁ τῆς Ῥωμαίων κρατύνων ἀρχῆς Ῥωμανὸς σπούδασμά ποιε-

Erant ergo apud Edessenos pretiosæ hæ Reliquiæ, inexhaustus thesaurus; Imago illa primaria, nullaque picturæ arte effecta, ingem illic venerationem habens, suosque vicissim clientes seruans ac tuens. Postquã autem ad Augustam hanc vrbem optima quæque ac pulcherrima confluxerant; diuinæque voluntatis erat, vt & hoc sacrum pignus cum reliquis eius præclaris ornamentis in ea reconderetur; qui Imperij Romani clauum Romanus teneret ac rerum summâ potire-

Romani Imperatoris sacrorũ pignorum religio.

tur, in eam rem incumbit ac nauat operam, suis vt curis Vrbs Augusta felicitatis cumulo id quoque nanciscatur. Sæpius enim, aliis aliisque temporibus missis nuntiis, Edessa mittendam vnà cum Epistola, quam sua Dominus manu conscripserat, sacram Imaginem rogauerat, ac vicissim ducentos Saracenos, argentique signati duodecim millia commutationis iure daturam se, pollicitus erat. Haud tamen Edesseni, ex suis rationibus esse dicebant, quod suæ ciuitatis custodem ac conseruatricem, pecunia ac mortalibus capitibus commutarent.

Ita Romanis bello infestis ac regionem populantibus.

Repetitæ sæpius preces, sæpius repulsam passæ; donec tandem a mundi conditu anno sexies millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, missis Ameras Edessenus nuntiis vt scripta cautione aureo signaculo firmata Imperator fideiuberet; fore scilicet, vt deinceps hostiles Romanorum copiæ hasce quatuor ciuitates non inuaderent; Rocham (quam vox Barbara Edessam vocat) Charam, Sarote & Samosata; neque earum agros diriperent, aut ex incolis captiuas abigerent. Ducentos quoque Sacenos ex contribulibus liberos abire fineret, ac quam antè promiserat pecuniæ vim dependeret. Hæc si præstarentur, redditurum se quam flagitabat Imaginem, ac Christi Epistolam.

At Imperator, eius boni desiderio, ad omnia hæc proposita facilis, atque ea quæ petebantur munificè tribuens, religiosissimum Samosati Episcopum Abramium, tunc temporis Byzantij agentem, ad diuinam Imaginem, Christique Dei nostri Episto-

ηὔχετο δι' ἑαυτοῦ ταύτης κατευμοιρῆσαι καὶ καταπλουτῆσαι τὴν βασιλεύουσαν. καὶ δὴ κατὰ διαφόρους καιροὺς ἀποστείλας πρὸς Ἐδεσσαίους, ᾔτει ταύτην αὐτῷ μετὰ τῆς αὐτογράφου τοῦ Κυρίου ἐκπεμφθῆναι ἐπιστολῆς, καὶ ἀντιδίδοσθαι καθυπισχνεῖτο αὐτοῖς εἰς ἀντάλλαγμα, Σαρακηνούς τε μέχρι διπλῆς ἑκατοντάδος τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἀργύρου ἐπισήμου χιλιάδας δύο πρὸς μυριάδι μιᾷ. οἱ δὲ τῆς Ἐδέσσης, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς ἔλεγον τὴν φύλακα, καὶ φρουρὸν τῆς οἰκείας πόλεως ἀργυρίου, καὶ θνητῶν ἀνθρώπων ἀνταλλάξασθαι.

Ὡς δὲ ὁ μὲν ἐπέκειτο καὶ αὖθις αἰτῶν, οἱ δὲ, πολλάκις τὴν δέησιν παρεκρούοντο, τέλος κατὰ τὸ ἑξακισχιλιοστὸν τετρακοσιοστὸν πεντηκοστὸν δευτέρου τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἔτους, ὁ τῆς Ἐδέσσης ἀποστείλας Ἀμηρᾶς, ἀξιοῖ ἐγγράφῳ ἀσφαλείᾳ διὰ σφραγῖδος χρυσῆς ἐχούσης τὸ βέβαιον, τὸν βασιλέα κατεγγυήσασθαι, τὸ μὴ πολεμίοις ἐπέρχεσθαι τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματα κατὰ τῶν τεσσάρων τούτων πόλεων· φημὶ δὴ τῆς Ῥεχᾶ, ὅπερ τὴν Ἔδεσσαν ἡ βάρβαρος ὀνομάζει φωνή· τῆς Χαρρὰν, τῆς Σαρότου, καὶ τῶν Σαμοσάτων· μηδὲ ληΐζεσθαι τοὺς τούτων ἀγροὺς, ἢ τοὺς ἐν αὐτοῖς κατοικοῦντας ἀνδραποδίζεσθαι. ἀπολυθῆναι δὲ αὐτῷ καὶ τοὺς διακοσίους ἀπὸ τῶν ὁμοφύλων Σαρακηνοὺς μετὰ τῆς προϋπεσχημένης τῆς ἀργυρίου ποσότητος· καὶ ἀνταποδοῦναι αὐτὸν τὴν ἐπιζητουμένην εἰκόνα, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῇ ἐφέσει τοῦ τοιούτου καλοῦ πρὸς πάντα ὑπείξας τὰ προειλημμένα, καὶ δοὺς τὰ αἰτούμενα, Ἀβράμιον τὸν θεοφιλῆ τοῦ Σαμοσάτου ἐπίσκοπον, ἐνταῦθα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπιχωριάζοντα ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τῆς θείας εἰκό-

νος, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τῆς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξαπέστειλε. σκοπῶν δὲ καὶ ὁ ἀποστείλας, καὶ ὁ διακονούμενος μὴ κατασοφισθῇ περὶ τὴν ἀπόδοσιν, καὶ ἀντὶ τῆς ἀγράφου καὶ ἀληθοῦς, μεταγραφεῖσα τότε διὰ τὴν Περσικὴν περίστασιν ταύτῃ ἐπιδοθῇ, ἀμφοτέρας ταύτας μετὰ καὶ ἑτέρας τῆς ἐν τῇ τῶν Νεστοριανῶν ἐκκλησίᾳ τιμωμένης, πάλαι καὶ αὐτῆς ὡς ἐοίκει ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου μεταληφθείσης ἐπιζητήσας, πρὸς πίστωσιν ἔλαβεν· αἳ καὶ αὖθις ἀντεπεδόθησαν, μόνης ἐγκρατηθείσης τῆς κυρίας καὶ ἀληθοῦς.

Τοῦτο μὲν ὕστερον. καὶ τότε δὲ στάσις παρὰ τῶν ἐν Ἐδέσσῃ πιστῶν διηγείρετο, καὶ θόρυβος τὴν πόλιν κατεῖχε συχνός, μὴ μεθιέντων ἀφαιρεθῆναι τὰ τιμιώτατα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐντεταγμένης αὐτῶν φυλακτήρια, ἕως ὁ τῶν Σαρακηνῶν ἀφηγούμενος, τοὺς μὲν πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος, τοὺς δὲ καὶ ἀπειλαῖς σφαγῆς δεδιξάμενος, ἐπιδοθῆναι αὐτὴν κατεπράξατο. βροντῶν δὲ καὶ ἀστραπῶν μεθ᾽ ὑετοῦ λαβροτάτου κατά τινα τέχνην ἢ πρόνοιαν αἰφνιδίως καταρραγεισῶν ἐν τῷ μέλλειν ἐξέρχεσθαι τῆς Ἐδέσσης τὴν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ, πάλιν οἱ καὶ πρότερον ἀντεχόμενοι τούτων ἀνεκινοῦντο, καὶ τὸ θεῖον ἐπισημαίνεσθαι τὴν τοῖς τεραστίοις διεβεβαίουν, μὴ κατὰ θείαν βούλησιν γίνεσθαι τὴν ἐντεῦθεν τῶν ἁγιωτάτων τούτων μετάστασιν. ἀλλὰ τοῦ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγοῦ, ὑφ᾽ ᾧ τὸ πᾶν τῆς ἐξουσίας ἀνέκειτο, ἐμμένειν τοῖς ὡμολογημένοις κρίναντος δεῖν, καὶ ἐκπληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν, ἐξῄει τῆς πόλεως τὸ τιμαλφέστατον ἀπεικόνισμα, καὶ τὸ Χριστόχαρον ἐπιστόλιον. καὶ πρὸς τὰ ἐνταῦθα διεκομίζετο.

Καὶ δὴ τὴν ὁδὸν διανύοντες οἱ

lam recipiendam misit. Cauens autem tum qui miserat, tum qui ministerio defungebatur, ne quid fraudis sacro pignore consignando obreperet, ac pro Imagine non manufacta veraque ea traderetur, quæ ob ingruentem Persicam necessitatem, ex illa tunc ducta fuerat; ambas has, necnon & tertiam aliam, quæ in Ecclesia Nestorianorum colebatur, quæ ipsa quoque, vt est verisimile, ex primo illo ducta exemplari fuerat, cùm quæsiisset accepit, ad fidem rei adstruendam: quæ & rursus redditæ sunt, ea solũ retẽta, quę propria veraq; erat.

Exportata Edessa sacra pignora.

Sed hæc quidem postea. Tunc autem fidelium Edessæ excitata seditio, frequensque erat ciuitatis commotio, cum sibi pretiosissima pignora, & quibus patriæ salus constabat ac incolumitas, auferri nõ ferrent: donec Saracenorum Dux, alios suasionibus adducens, alios vi cogens, atque alios necis metu subigens, vt sibi illa traderentur, effecit. Cùm autem tonitrua & fulgura cum imbrium immensa vi, quadam siue arte siue prouidentia repente erupissent, quo ipso momento exportanda Edessâ esset sacra Imago & Christi Epistola, rursus eorum orta commotio, qui prius obsistebant; eiusque rei portento aiebant significare Numen, haud diuinæ voluntatis esse quòd sanctissima hæc pignora inde commigrabant. Verùm Saracenorum Duce, penes quem omne arbitrium erat, standum esse conuentis statuente, ac explenda promissa, egreditur è ciuitate Effigies pretiosissima ac Christi manu scripta breuis Epistola, hucque transferuntur.

Denique iter conficientes, ad Eu-

phratis oram sacræ sarcinæ vectores aduenerant; rursusque, nullo priorum minor, excitatus tumultus, conclamantibus Edessenis, nisi cœlitus signum aliquod exhibeatur, quicquid accidat, non dimissuros quibus eorum tuta salus esset & incolumitas.
1.Cor.14.v.22. Datur itaque eis signum, qui infideles essent, & tentarent. Nauis enim cum quâ constitutum vt Euphratem
Miraculum nauis, Euphrate spōte superato. transirent, dum adhuc ad partes Syriæ in littore staret, vbi solum ingressi in eam Episcopi diuinam deferentes Imaginem ac Epistolam, cùm adhuc seditiosos tempestate detineret, repente, nullo remige aut gubernatore seu etiā trahente, ad alteram ripam diuina dumtaxat voluntate gubernante, profecta est, appulitque; quę res, quotquot aderant & viderāt stupore impleuit ac admiratione, fecitque vt sponte mittenda sacra pignora permitterent.

Hinc Samosata perueniunt qui piæ sarcinæ ministri erant. Erant autem Samosatorum atque Edessæ Episcopus, eiusque Presbyterorum Primus, aliique quidam religiosi Christiani; iisque Comes vnà aderat Ameræ minister cognomento à Roma. Ibi dies aliquot cum egissent, multis ad sacra
Crebra alia miracula. pignora miraculis editis, iter prosequuntur. Rursus in procinctu itineris per sacram Imaginem ac Christi Epistolam innumera patrata miracula: cæci ex improuiso visus facultate donati, claudi sani atque membris integris redditi; saliebant quos olim morbus lecto affixerat, ac quorum erant manus aridæ, vegeto robore exibant. Et (vt semel dicam) morbus omnis & languor fugabatur, ac qui sani euaserant, Deum glorificabant, atque eius mirabilia laudabant.

πάντα ἐπιφερόμενοι, τὴν Εὐφράτην κατέλαβον, καὶ πάλιν θόρυβος μηδενὸς τῶν προτέρων ἐλάττων ἐγείρεται, τῶν τῆς Ἐδέσσης λεγόντων, ὡς εἰ μή τι σημεῖον θεόθεν δειχθῇ, οὐδ' ἂν ὅτι γένηται προήσοντο τὰ συνεκτικὰ τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν. Δίδοται τοίνυν σημεῖον αὐτοῖς ἀπίστοις οὖσι, καὶ ἐκπειράζουσιν. ἡ γὰρ ναῦς μεθ' ἧς τὴν Εὐφράτην διαπεραιωθῆναι αὐτοῖς προὔκειτο, ἔτι πρὸς τὰ τῆς Συρίας ὁρμιζομένη μέρη, ὡς μόνον εἰσῆλθον ἐν αὐτῇ οἱ ἐπίσκοποι τὴν θείαν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐπικομιζόμενοι, ἔτι τοῦ σάλου τοὺς στασιῶντας κατέχοντος, ἐξαίφνης χωρὶς ἐρετῶν, χωρὶς τοῦ κυβερνῶντος ἢ ἕλκοντος, πρὸς τὴν ἀντιπέραν κατῆρε γῆν· μόνῳ τῷ θείῳ κυβερνωμένη βουλήματι· ὃ δὴ τοὺς προσεντυχόντας καὶ ἰδόντας ἅπαντας, θάμβους ἐπλήρωσε καὶ ἐκπλήξεως· καὶ ἑκόντας παραχωρῆσαι τὴν ἐκπομπὴν ἔπεισεν.

Ἐντεῦθεν καταλαμβάνουσι τὰ Σαμόσατα οἱ τῶν φερομένων διάκονοι· ἦσαν δὲ, ὁ τῶν Σαμοσατέων καὶ τῆς Ἐδέσσης ἀρχιερεὺς, καὶ ὁ τούτου πρωτοπρεσβύτερος, καὶ ἕτεροι τινὲς τῶν εὐλαβεστέρων Χριστιανῶν, οἷς καὶ ὁ τοῦ Ἀμηρᾶ ὑπηρέτης συνῆν· ὃς ἀπὸ Ῥώμης κατωνομάζετο· 6.
ἐνταῦθα ἐπί τινας ἡμέρας χρονοτριβήσαντες, πολλῶν ἐκεῖσε θαυμάτων γεγονότων, εἴχοντο τῆς ὁδοῦ· καὶ πάλιν ἄπειρα θαύματα ἐπετελεῖτο ἐν τῇ ὁδῷ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς εἰκόνος καὶ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Χριστοῦ. τυφλοὶ γὰρ ἀπροόπτως ἀνέβλεπον. καὶ χωλοὶ ἐδεικνύοντο ἄρτιοι· καὶ πηροὶ τε πολυχρόνιοι ἥλλοντο, καὶ οἱ ξηρὰς ἔχοντες τὰς χεῖρας ὑγιοῦντο. καὶ συνελόντι φάναι, πᾶσα νόσος καὶ μαλακία ἐδραπετεύετο, καὶ ἐδόξαζον ὑγιαζόμενοι τὸν Θεὸν, καὶ ἀνύμνουν αὐτοῦ τὰ θαυμάσια.

Iam Ἤδη

Ἤδη οὖν τὸ πολὺ τῆς ὁδοῦ διανύ-
σαντες, ἐφθάνουσιν εἰς τὴν τῆς ἁγίας
Θεοτόκου μονὴν ἣ τὰ Εὐσεβίου κα-
7. τονομάζεται, ἣ ἐν τῷ τῶν Ὀπτιμά-
των λεγομένῳ τυγχάνουσα θέματι.
ἐν τῷ ναῷ δὲ τούτου φροντιστηρίου
ἁγιοπρεπῶς ἡ τὴν τεραστουργὸν
εἰκόνα κρύπτουσα θήκη ἐναπετέθη-
ται καὶ πολλοὶ προσελθόντες ἐξ
εἰλικρινοῦς διαθέσεως, ἀπὸ τῶν
οἰκείων νόσων ἰάθησαν. ἔνθα καί τις
προσῆλθεν ὑπὸ δαίμονος ἐνοχλού-
μενος, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ τὸ πονη-
ρὸν ἀποχρώμενον πνεῦμα, καὶ πο-
λὰ τῶν εἰς ἔπαινον ἡκόντων τῆς εἰ-
κόνος καὶ τῆς ἐπιστολῆς δι' αὐτοῦ ἐξε-
φώνει. ἐπεὶ καὶ πάλαι, Οἴδαμέν σε
τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ, πρὸς τὸν
Κύριον ἔλεγον, οἱ τῆς ὁμοίας μερί-
δος αὐτῷ. τέλος, τάδε μονονουχὶ ἀπε-
φοίβαζεν· Ἀπόλαβε λέγων ἡ Κων-
σταντίνου πόλις δόξαν καὶ χαράν· καὶ σὺ
Κωνσταντῖνε Πορφυρογέννητε τὴν
βασιλείαν σου· καὶ τούτων ῥηθέντων,
ἰάθη ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀπελύθη παρα-
χρῆμα τῆς τοῦ δαίμονος ἐπιθέσεως.
τούτων δὲ πολλοὶ γεγόνασι μάρ-
τυρες τῶν ῥημάτων. τοῦ γὰρ βασιλέως
εἰς τιμὴν καὶ ὑπάντησιν τοῦ ποθου-
μένου τοὺς πρώτους σχεδὸν τῶν ἐν τέλει
βουλῆς ἀποστείλαντος, καὶ τούτοις τῶν
ἐκ τῆς δορυφόρου τάξεως συνεξελθόν-
των πολλῶν, συνέβη μαγίστρους καὶ
πατρικίους μετὰ τῶν ὑποβεβηκυιῶν
τάξεων εἶναι τοὺς ἀκούσαντας καὶ
μάρτυρας· καὶ ἐπεὶ τὰ ῥηθέντα τὴν
ἔκβασιν θᾶττον ἐδέξαντο, ἀπορῆσαι
ἄξιον πόθεν ἡ πρόγνωσις τῷ δαίμο-
νι προσεγένετο. οὐ γὰρ ἔχειν πιστευόν-
των τὴν οἴκοθεν, τῆς θείας δόξης
ἀποπεσόντες, καὶ σκότος ἀντὶ
φωτὸς χρηματίσαντες. ἢ δῆλον ὅτι
καθάπερ τῷ Βαλαὰμ ἡ θεία δυνά-
μις ἐχρῆτο διακόνῳ τοῦ τότε προ-
αγορεύματος, καὶ ἄλλοτε ἄλλοις ἐκ

Iam penè confecta via, ad sanctæ Deiparæ Monasterium veniunt, quod Eusebij ædes vocant; ac in Themate situm est, quod Optimatum appellant. In eius Monasterij templo, piè religiosèque deposita capsa est, quæ prodigiorum effectricem Imaginem contegebat; multique sincerè ex animo accedentes morbis curati. Quò etiam venit quidam obsessus à dæmone, quo vt organo vsus spiritus nequam, in laudem Imaginis ac Epistolæ plura proloquebatur; quippe cum eiusdem generis olim Spiritus Domino dicerent: *Scimus te quis sit Sanctus Israël.* Hic postremò illud vaticinio edidit: *Recipe Constantini Vrbs claritatem & lætitiam, atque tu Constantine Porphyoogennete tuum Imperium.* Quo dicto, homo curatus est, ac statim dæmonis vexatione solutus. Horum autem verborum multi testes existunt. Nam cum Imperator primos quosq; ferè Senatus ac Magistratus in desiderati pignoris occursū obsequio misisset, vnàque cū illis stipartiū turba ingens exiuisset, contigit vt Magistri & Patricij, ac qui inferioris ordinis erant, audirent, ac testes essent. Cùmque vaticinio dicta breui pòst euentum sortita sint, iure merito dubitari possit, vndenam præscientia dæmoni accessisset. Non enim à se creduntur illâ præditi, qui à diuina claritate prolapsi sint, ac pro luce tenebræ effecti. Num palam sicut diuina virtus Balaamum rei tum prædicendæ ministrum adhibuit, aliásque alios ea re sæpe indignos prorsus sapienti quodam solertique consilio; ita nunc quoque, in diuina vis existens Effigie, dæmone vsa est? Et ideo per eum, quæ breui pòst erant euentura antè manifestauit. Sed cum hoc inte-

Luc.4.v.34

Dæmoniaci vaticiniū Imperij Constantino recuperandi.

Num.22.23.24.

rim euenisset, eius meminisse haud fortè importunum. Ad ea verò pergamus, quæ narranda sequuntur.

ἀξίοις πολλάκις τοῦ πράγματος· κατ' εἰκότα ἴσως πάντες τινὰ σοφὴν καὶ εὐμήχανον· οὕτω καὶ νῦν ἡ ἐν τῷ θείῳ ἀπεικονίσματι δύναμις, τῷ δαίμονι ἀπεχθήσαντι· καὶ διὰ τοῦτο τὰ μετ' ὀλίγον ἐκβησόμενα προεδήλωσεν. ἀλλὰ τότε μὲν οὕτως συμβάντος μεταξὺ, μνησθῆναι ἴσως οὐκ ἄχαρον· ἐπὶ δὲ τὰ ἑχόμενα τῆς διηγήσεως βαδιούμεθα.

Sacrorum pignorum in Vrbem receptio.

Quintadecima die Augusti mensis, cùm ex more festum Migrationis semper Virginis ac Dei Matris Mariæ in eius venerabili templo, quod est in Blachernis, Imperatoribus solenne ageretur, alto crepusculo sacrorum pignorum ministri illuc aduenerunt, atque in eiusdem templi superiore Oratorio, Arcam, in qua reposita Imago ac Epistola, collocarunt. Accedentesque Imperatores, eam reuerenter à foris fixo osculo adorauere. Deinde honorificè frequentique obsequio, ac luminum gestatione ad prætoriam detulerunt, eaque in regiam venerunt; atque in diuino templo, quod illic est, ac Pharus appellatur (propterea fortè quòd sicut vestis splendida, id fit egregiè ornatum) ipsam exposuerunt. Alteroque statim die, mensis scilicet sextodecimo, piè iterum ac reuerenter oscula libantes adoratione perfuncti, atque inde tollentes, Sacerdotes pariter atque Iuniores Imperatores (Senior enim, quòd eum vires deficerent, domi relictus fuerat) cum psalmis & canticis, ac copioso lumine, per descensum ad mare, ea rursus in prætoria imposita, ad ipsam ciuitatis oram citimam nauigantes, quò scilicet maris ipso itinere Vrbi incolumitatem præstaret, extra eius murum, qui est ad Occidentem, appulerunt. Quo loco naue egressi, pedibus tum ipsi Imperatores, tum Senatus omnis atque sacrorum Antistes omnisque Ecclesiæ cœtus, eo, quo

Pharus Templum in palatio.

Τῇ πέμπτῃ ἐπὶ δεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς συνήθως τῶν βασιλέων τὴν ἑορτὴν ἀγόντων τῆς μεταστάσεως τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεομήτορος ἐν τῷ σεπτῷ ταύτης κατὰ Βλαχέρνας ναῷ, περὶ δείλης ὀψίας κατέλαβον ἐκεῖσε οἱ τῶν τιμίων τούτων διάκονοι, καὶ ἀπετέθη ἐν τῷ ὑπερῴῳ εὐκτηρίῳ τοῦ τοιούτου θείου ναοῦ, ἡ ἔνδον ἔχουσα τὴν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπιστολὴν κιβωτός. καὶ προσελθόντες οἱ βασιλεῖς, ἔξωθεν ταύτην σεβασμίως ἠσπάσαντο προσκυνήσαντες· εἶτα μετὰ τιμῆς καὶ δορυφορίας καὶ λαμπάδων συχνῶν πρὸς τὸ βασίλειον τριήρη ταύτην διακομίσαντες, σὺν αὐτῇ κατέλαβον τὰ βασίλεια. καὶ ἐν τῷ θείῳ ἐκεῖσε ναῷ, ὃς Φάρος ὠνόμασται· ἴσως διὰ τὸ ὡς ἱμάτιον λαμπρὸν κεκαλλωπίσθαι αὐτὸ περιφανῶς, ταύτην ἀπέθεντο. τῇ ἐχομένῃ δὲ ἡμέρᾳ, ἥτις ἑξκαιδεκάτη τοῦ μηνὸς ἦν, μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας πάλιν τὸν ἀσπασμὸν καὶ τὴν προσκύνησιν ποιησάμενοι· καὶ λαβόντες αὐτὴν ἐκεῖθεν οἵ τε ἱερεῖς καὶ οἱ νεάζοντες βασιλεῖς· ὁ γὰρ γέρων οἰκουρὸς δι' ἀσθένειαν κατελείπετο· μετὰ ψαλμῶν καὶ ὕμνων, καὶ δαψιλοῦς τοῦ φωτὸς, διὰ τῆς πρὸς θάλασσαν καθόδου εἰς τὴν βασίλειον τριήρη αὖθις ἐνθέμενοι, τῆς πόλεως ἐν χρῷ παρὰ τὴν εἰρεσίαν ποιούμενοι, ἵνα τρόπον τινὰ διασώσῃ τὸ ἄστυ διὰ τῆς ἐν θαλάσσῃ πορείας αὐτῆς, ἐκτὸς τοῦ πρὸς δύσιν τείχους τῆς πόλεως προσωρμίσθησαν· ἔνθα τῆς νεὼς ἐκβάντες, πεζοπορήσαντες οἵ τε βασιλεῖς, καὶ πάντες οἱ τῆς γερουσίας.

φυλακῆς, καὶ ὁ τῶν ἱερέων κατάρχων μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος, τῇ πρεπούσῃ δορυφορίᾳ ὡς ἄλλην κιβωτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ταύτην, τὸ τῶν ἁγιωτάτων καὶ τιμίων ὀχυρὸν σκεῦος παρέπεμπον: καὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ τείχους μέχρι τῆς Χρυσῆς διελθόντες πύλης, εἶτα ἐκεῖθεν ἐντὸς γεγονότες τοῦ ἄστεος, μετὰ μεγίστων ψαλμῳδιῶν καὶ ὕμνων καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν, καὶ ἀπείρων λαμπάδων φωτὸς τὴν πανήγυριν συγκροτοῦντες προπομπὴν, διὰ μέσης τῆς πόλεως τὴν πορείαν διήνυον· ἁγιασμοῦ μεταλαβεῖν καὶ κρείττονος σθένους τὴν πόλιν διὰ τοῦτο πιστεύοντες, καὶ ἀβλαβῆ καὶ ἀπόρθητον εἰς τὸν αἰῶνα συντηρηθήσεσθαι. τοῦ δὲ χαλάζοντος ὄχλου πρὸς τὴν θέαν συντρέχοντος, καὶ ὥσπερ κύματα μακρὰ τοῦ δήμου πολλαχόθεν κινουμένου τε καὶ συρρέοντος, ἄνθρωπός τις τὰς βάσεις παρειμένος, καὶ ἀσθενὴς ἀπὸ χρόνου μακροῦ, τοῖς οἰκείοις διακόνοις ἐπερειδόμενος, διανίστη πρὸς τὸ τὴν θείαν εἰκόνα διερχομένην ἰδεῖν· καὶ ἅμα τῇ θέᾳ παραδόξως ὑγιασθεὶς, καὶ γνοὺς ἐχυροποιηθέντα τῶν βάσεων αὐτοῦ τὰ σφυρὰ, περιέδραμεν αὐτόποδι βαδίζων, καὶ κατησπάζετο τὴν τῆς εἰκόνος σορὸν, καὶ ἐμεγάλυνε τὸν Θεὸν, τὸ θαῦμα τὸ ἐπ' αὐτῷ διηγούμενος· ὃν οἱ συμπαρόντες ἅπαντες θεασάμενοι, καὶ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ ἐπακούσαντες, δόξαν ἀνέπεμψαν τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τῷ ποιοῦντι ἀεὶ θαυμάσια καὶ ἐξαίσια.

Τοσαύτη δὲ χύσις δακρύων ὑφ' ἡδονῆς, καὶ προσευχαὶ καὶ δεήσεις πρὸς Θεὸν καὶ εὐχαριστία παρὰ πάσης τῆς πόλεως γέγονεν, τῆς θείας εἰκόνος, καὶ τῆς σεβασμίας ἐπιστολῆς διὰ μέσου διερχομένων τοῦ ἄστεος, ὅσην οὐκ ἔνι λόγῳ ἐνδείξασθαι, ὡς ἡττωμένου τοῦ

par erat comitatu prosecuti, tanquam Arcam aliam, seu potius rem Arca superiorem, vas illud quo sanctissima ac venerabilia recondita pignora, deducebant. Emensoque extra muros ad Auream vsque portam itinere, tumque inde in Vrbem subeuntes, alto psalmorum & canticorum laudumque spiritalium sono, atque tripudio, infinitoque lampadum lumine plebis vniuersæ concursu deductionem celebrantes, per mediam ciuitatem iter tenuerunt, cùm eo videlicet cultu impertiendam ciuitatem sanctitate ac præstantiore robore, incolumemque ac in æuum inexpugnabilem seruandam arbitrarentur. Plebe autem vrbana per lucis ferias ad spectaculum concurrente, populoque vndique ingentium fluctuum more glomerante ac confluente, homo quidam iam olim paralyticus atque infirmus, suorum lacertis nixus atque seruorum, videndæ causa diuinæ Imaginis assurrexit; moxque eius aspectu, nouo inauditoque miraculo sanus effectus, ac pedum suorum bases consolidatas intelligens, ipse pedibus ambulans, accurrit, atque Imaginis cistellam exosculatus, magnificè Deum prædicauit, narrans quod in se factum fuerat miraculum: eumque, qui aderant, omnes conspicati, eiusque auditis sermonibus, Deo, qui est super omnia, semperque mirabilia facit ac stupẽda, laudẽ submiserunt.

Susceptionis Reliquiarum pompa & tripudium.

Tanta porro præ gaudij magnitudine fusa lacrymarum vis, tam multæ ad Deum preces & gratiarum actiones, vota tanta ab omni ciuitate cùm ipsâ mediâ diuina Imago vt venerabilis Epistola transirent, vt nulla verborum vi repræsentari

Visus auditu potior sentent. possit; quòd nimirum ipso longè aspectu auditus inferior sit. Res enim eximias, videre, quàm audire præstat, quod oratio minoris quàm pro rerum dignitate esse soleat. Cùm ergo ad forum, quod ante Augustæum est, venissent, qui huius duces pompæ erant, atque à rectà paululum ad sinistram declinassent, ad celeberrimum Dei Sapientiæ sacrum delubrum veniunt, atque intra adytorum propitiatorium venerabilem Imaginem ac Epistolam deponunt.

Hîc vbi adorasset Ecclesiæ omnis cœtus, ac, quem par erat, honorem cultumque adhibuissent: inde rursus egressi, qui sacræ sarcinæ gestatione processum habebant; atque ad regiam venientes, in Aureo quod vocant Triclinio, in throno regio, in quo de rebus maximis respondere consueuerunt, diuinam hactenus Imaginem collocant: hoc nempe non immeritò existimantes, Imperatoris ipsum solium omnino ex eâ sanctitate imbuendum, ac fore, vt in eo sessuris, iustitiam simul & lenitatem abundè præstaret. Intensa verò prolixaque ex more oratione habita, atque ea completa, hinc rursus sublata diuina Imago, atque in eo quod diximus Phari Templo in dextera parte quæ vergit ad Orientem, consecrata fuit ac reposita ad Fidelium gloriam, ad custodiam Imperatorum, totiusque ciuitatis ac Christianæ Reip. securitatem ac tutamen.

Sed ô diuina, immutabilis Patris similitudinis, similitudo, ac effigies! O figura eius, qui figura est Paternæ substantiæ! O venerabile, omnique honore prosequendum principis decoris Christi Dei nostri, signaculum! (velut enim cum te animata

λόγου τῆς ὄψεως. τὰ γὰρ ὑπερβάλλουσαν ἔχοντα τῶν πραγμάτων, ὁρᾶν δεῖ μᾶλλον ἢ ἀκούειν· ἐπεὶ κατόπιν ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἴωθεν ἔρχεσθαι. τὴν περὶ τὸ Αὐγουστεῖον τοίνυν φθάσαντες ἀγορὰν οἱ τῆς πανηγύρεως ἔξαρχοι, καὶ τῆς εὐθείας ὀλίγον μικρὸν πρὸς τὰ λαιὰ παρεκκλίναντες, τὸ τῆς Σοφίας Θεοῦ ἐπώνυμον ἱερὸν καταλαμβάνουσι τέμενος, καὶ τῶν ἀδύτων τοῦ ἱλαστηρίου ἔνδον τὴν τιμίαν εἰκόνα, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀποτίθενται.

Ἐνταῦθα δὲ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος προσκυνήσαντος, καὶ τὰ εἰκότα τιμήσαντος, ἐξῆλθον πάλιν ἐκεῖθεν μετὰ τοῦ φορτοῦ τοῦ ἱεροῦ οἱ ποιοῦντες τὴν πρόοδον· καὶ τὰ τῶν βασιλείων καταλαβόντες ἀνάκτορα, ὃ ἐν τῷ κατ' ἐπωνυμίαν 84
Τρικλίνῳ χρυσῷ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου, ἐν ᾧ περὶ τῶν μεγίστων χρηματίζειν εἰώθασι, τὴν θείαν εἰκόνα θείως ἱδρύουσιν· ἁγιασθῆναι πάντως καὶ τὴν αὐτοκρατορικὴν καθέδραν, καὶ δικαιοσύνης ὁμοῦ καὶ χρηστότητος ἐπιεικῶς μεταδοῦναι τοῖς ἐπὶ ταύτης ἐφεζομένοις, οὐκ ἀπεικότως πιστεύσαντες. ἐκτενοῦς δὲ συνήθως γεγονυίας δεήσεως, ἤρθη μετὰ τὴν ταύτης πλήρωσιν ἐντεῦθεν πάλιν ἡ θεία εἰκών, καὶ ἐν τῷ προρρηθέντι τοῦ Φάρου ναῷ, ἐν τῷ δεξιῷ πρὸς ἀνατολὰς ἀφιερώθη, καὶ ἀνετέθη μέρει, εἰς δόξαν πιστῶν, εἰς φυλακὴν βασιλέων, καὶ εἰς ἀσφάλειαν ὅλης τῆς πόλεως, καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν καταστάσεως.

Ἀλλ' ὦ θεῖον ὁμοίωμα τοῦ ἀπαραλλάκτου Πατρὸς ὁμοιώματος! ὦ χαρακτὴρ τοῦ χαρακτῆρος τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως! ὦ σεπτὴ καὶ πάντιμε σφραγὶς τοῦ ἀρχετύπου κάλλους Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ὡς γὰρ ἐμψύχῳ σοι πιστῶς διηγούμενος

σῶζε, καὶ φρούρει ἀεὶ τὸν εὐσεβῶς
καὶ πράως ἡμῶν βασιλεύοντα, καὶ
τὴν τῆς σῆς ἐπιδημίας ἀνάμνησιν
9. λαμπρῶς ἑορτάζοντα, ὃν τῇ πα-
ρουσίᾳ σου ἐπὶ τὸν παππῷον καὶ πα-
τρῷον θρόνον ἀνύψωσας. φύλαττε τὸ
τούτου βλαστὸν εἰς διαδοχὴν τοῦ γέ-
νους καὶ τῶν σκήπτρων ἀνώλεθρον.
βράβευε τῇ πολιτείᾳ εἰρηναίαν
κατάστασιν. τὴν βασιλίδα ταύτην
τῶν πόλεων, ἀπολιόρκητον διατή-
ρησον· καὶ δὸς ἡμᾶς εὐαρεστοῦντας
τῷ ἀρχετύπῳ σου Χριστῷ τῷ Θεῷ
ἡμῶν, ἐν τῇ ἐπουρανίῳ εἰσδεχθῆ-
ναι βασιλείᾳ αὐτοῦ, δοξολογοῦντας
καὶ ἀνυμνοῦντας αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ
πρέπει δόξα, καὶ ἡ προσκύνησις
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

fideli tecum mente loquor) serua, & in æuum custodi, eum, qui piè ac mansuetè nobis imperat, tuique aduentus memoriam splendidè celebrat; quem tui præsentiâ in auitum ac paternum solium extulisti. Eius prolem custodi incolumem ad generis successionem ac sceptrorum perpetuitatem. Pacem Reipubl. præbe & tranquillitatem. Vrbem Augustam serua inexpugnabilem, ac præsta, vt nos exemplari tuo Christo Deo nostro placentes, in eius cœleste regnum admittamur; ipsi gloriam concinentes atque laudantes. Quoniam eum decet gloria & adoratio, in sæcula sæculorum, Amen.





AD
CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ
ORATIONEM DE IMAGINE CHRISTI
Edeſſena Conſtantinopolim Romano Lacapene Imperatore, tranſlata.



HAVD procul à ſuperioris Opuſculi, eiuſque Auctoris ſcopo abire videar, in hoc, aliiſque poſtmodum ſubnectendis, breui hoc faſciculo, quòd velut quaſdam Regiæ illius Vrbis, quàm Imperio, tam Religione quondam florentiſſimæ, Origines omnia habeant, atque illius præclara decora, etſi duntaxat ſacra, nihilque prophana vel Oratorio ac florenti ſtylo, vel hiſtorico paulóque ſubmiſſiori, exhibeant. Digerendis per ſeriem non tanti habita temporum ratio, quòd præſertim, eius cui locum priorem dedi, incertique alterius de Ædificio Templi Sanctæ Sophiæ epocha obſcura ſit. Quin huius quoque Orationes neſcio quò trahant, Viri alioquin eruditi ac pij, dum ſeriò Conſtantino Leonis filio abiudicant: qui certè à vero longè abire mihi videntur, atque in ipſa meridiana luce palpare. Præiuerit Aloyſius Lipomanus; ſecuti Illuſtriſſimus Annalium Pater & Surius. Docet itaque Lipomanus, hunc Conſtantinum, qui Porphyrogenneta dicatur, non ſeniorem & Leonis filium eſſe (Virum ſcilicet eruditiſſimum ac ſcriptis clarum, vereque iis ὑπομνηματικὸν, qualem exhibet hæc tota narratio) ſed Romani filium, Romano Imperatore vnà cum fratre Stephano Auguſtali coronâ donatum; tumque eâ, reſtituto Conſtantino verè Porphyrogenneta, cum fratre priuatum. At prorſus falſum, dictum vnquam eſſe Conſtantinum illum Romani filium Porphyrogennetam, aut ex fratribus aliquem, qui plures eſſent, cunctique vno excepto Theophylacto Patriarcha, iiſdem Imperialibus inſignibus præfulſiſſent. Præfulſère verò, non velut Porphyrogennetæ; in purpura, ſcilicet excepti, aut in Porphyra nati,

legitimique naturali prosapia Imperij hæredes, sed libera quadam (ni magis coacta) adoptione eiusdem Constantini Porphyrogennetæ adscititij; meritóque proinde parricidij labe ac ingrati animi vitio, in ordinem redacti; idque breui à recepta in Vrbem sacra Imagine & Epistola, cuius ipsa solenni receptione illustre illud editum vaticinium est, quo vni vero Porphyrogennetæ reparandum significabatur imperium. Celebrant pariter Menæa, ipseque hîc Constantinus; potuitque hinc religiosus alioquî Princeps, olimque ipse seruis mancipatus, id adeptus, vt libero Imperio potiretur, sic grati animi affectu accendi, vt illustri hoc monumento, rei gestæ fidei in æuum adstipularetur. Romani filios hosce præsertim Imperatores, quod claruerint aliqua dicendi vi aut scribendi, vel si Porphyrogennetas sibi quis confinxerit, in Historia Græca nullus lego, sed magis eorum flagitiosos mores, quorum causa, ac quòd in eos non satis seuera disciplina Romanus pater animaduerterit, sanctorum ipse Virorum increpationibus castigatus est, ac vltionis in eum diuinæ minis exagitatus. Hoc fortè absurdum de Constantino Romani filio Porphyrogenneta vt vitaret Baronius, ac sibi verum ipse Constantinum Porphyrogennetam haberet, nec tamen sic vulgo appellatum ac Leonis filium; quem nunquam idem Constantinus filium Constantinum sustulit, facili nobis ac arbitrario partu edidit. Nec enim Constantinus eius filius ac Imperij heres, sed Romanus Iunior, qui verè ipse æquè ac pater Porphyrogenneta audiat. Sic itaque ille anno Christi 944. num 14. *Cæterum hæc Oratio, quæ nomine Constantini Porphyrogeniti Imp. habetur inscripta, non patris, sed filij eiusdem nominis Imperatoris fuisse apparet. Filius enim quoque Porphyrogenitus Constantinus dictus est, &c.* Hæc tanti viri tanta diligentia, ceu grauis scopuli admonentes, in quantum, re historica incautum Lectorem, parumque in ea versatum, impellant scopulum? At præstat silentium, ne non arrideat παῤῥησία, iterumque reum statuat; cuius hic vnus momus, operi alioquin erudito ac bono, labisque aliûs puro, si vel iudices ipsi audiantur, nigrum theta incusserit; ac nec auerruncando, tot annorum Christianæ eruditionis puluere, seu labores seu merita aliquid momenti habuerint. Vtrorum scilicet maiore iniùria?

Priusquam alia carptim annotem, libet Continuatoris Vaticani de eius Imaginis Translatione (quandiu Auctor ille apud me premitur ipse prælo fere maturus) locum adscribere. Sic enim ille sub Romano Lacapeno. Τῆς δὲ πόλεως Ἐδέσης, ἐν ᾗ τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ ἐκμαγεῖον ἀπέκειτο, παρὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πολιορκουμένης στρατεύματος, καὶ εἰς ἀνάγκην μεγίστην περιισταμένης, ἀπέστειλαν οἱ αὐτῆς οἰκήτορες πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμανὸν, διαπρεσβευόμενοι τὴν πολιορκίαν λυθῆναι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ἅγιον ἐκμαγεῖον παρέχειν ἐπαγγελλόμενοι, ὑπὲρ δὲ τῆς τοιαύτης χάριτος, δεσμίους ᾐτήσαντο τῆς εὐφανοῦς ἀπολαβεῖν, χρυσοβούλλιόν τε λαβεῖν, ὥστε μηκέτι τὴν τούτων χώραν παρὰ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ

λυΐζεσθαι. ὃ δὴ καὶ γέγονεν. τοῦ ἁγίου δὲ ἐκμαγείου, ἤτοι μανδηλίου ἀποσταλέντος, καὶ ἤδη τῇ Κωνσταντινουπόλει πλησιάζοντος, Θεοφάνης Πατρίκιος καὶ Παρακοιμώμενος ἐν τῷ ποταμῷ Σαγάρῳ ἐξελθὼν, ὑπεδέξατο αὐτὸ μετὰ λαμπρᾶς φωταγωγίας, καὶ τῆς δεούσης τιμῆς τε καὶ ὑμνῳδίας· καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει εἰσῆλθεν, τοῦ βασιλέως ἐν Βλαχέρναις ὄντος, κἀκεῖ αὐτὸ προσκυνήσαντος. καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξῆλθον ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ, οἵ τε Βασιλέως δύο υἱοὶ Στέφανός τε καὶ Κωνσταντῖνος, καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος σὺν τῷ Πατριάρχῃ Θεοφυλάκτῳ· καὶ μετὰ τῆς δεούσης τοῦτο ἀσπαζόντες τιμῆς, τῆς Συγκλήτου πάσης προπορευομένης καὶ φωταγωγίας μεγίστης προαγούσης, μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας πεζῇ διεκόμισαν· καὶ προσκυνήσαντες ἐκεῖσε, ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον.

Quæ ego sic reddebam. *Edessa Vrbe, in qua pretiosa Christi Effigies linteo expressa erat reposita, ab exercitu Romanorum obsessa, inque summas angustias redacta, missis ciues ad Romanum Imperatorem Legatis, obsidionem solui, eáque se liberari flagitabant, polliciti sanctam se Christi Effigiem daturos. Cuius muneris gratia, illustres aliquot viros obsides dari petebant, & vt Auream bullam acciperent, ea fide, ne amplius Romanus exercitus ea in regione prædas faceret, ac populando diriperet. Quod & factum est. Missa autem sacra Effigie seu Sudario, egressus Theophanes Patricius sacrique Cubiculi Præfectus cum magnifico luminum apparatu, decentique cultu ac modulantiâ, ad fluuium Sagarim, ei obuiam processit: Augustique mensis die quintadecima (id est,* XVIII. *Kalend. Septembr.) Imperatoris ad Blachernas agentis veneratione accepta, in Vrbem intrauit. Postridiéque egressi ad Portam Auream Imperatoris ambo filij, Stephanus ac Constantinus, eiusque gener Constantinus, cum Patriarcha Theophylacto, debito sacrum pignus honore susceperunt; vniuersoque constipante Senatu, atque festiuorum luminum ingenti praeunte copia, ad Sanctæ Sophiæ pedes detulerunt: illicque cultu religiosè adhibito, ad Palatium retulerunt.*

Eadem Symeon Logotheta ac Leo Grammaticus, iisdemque penè verbis, etsi paulò contractius; vt nihil operæpretium videatur exscribere. Vnus Logotheta diem ιθ. adscriptum habet, quod alij ιε. habetque Ecclesiæ Græcæ traditio; vndecunque error Codici obrepserit. Menæa plura habent, ad 16. Augusti; sed ex Constantini, quam repræsento, Oratione accepta; partimque ex Auctoribus iam relatis. In eis vocem ἐκμαγεῖον, quam P. Goar *Sudarium* reddit; visum potius cum Xylandro & Gabini maioris expressionis causâ, ita reddere, quod præsertim Ioan. Scylitz. & Cedr. ἐκτύπωμα vocent, atque alteram altera voce reddant.

1. Πρὸς Αὔγαρον. Lipomani Interpres vnde sibi Abagarum habuerit, ex cuius alij sic passim lacunis biberint, haud noui. Græci qui nobis extant, non fauent. Apud Eusebium & Euagrium Scholast. legitur Ἄγβαρος, quanquam Christoph. legit Αὔγαρος. Codex item Mazarini teste Valesio Ἄβγαρος habet: quid si alij oculi, ac paulò meliores (quod viro tanto optem sicque erudito) Αὔγαρος legerint? procliue

procliue id, vbi ſic characteres vicini antiquo exemplari literis rotundis olim exarato. At nolim pronunciare, quod mihi in promptu Codex non eſt. Cæterum, Αὔγαρον quoque habet VII. Synod. Act 5. habent Menæa, Damaſc. & alij, nec mihi videtur ſatis rectè reddi *Abgarus* in dicta Synodo, apud Euagr. & alibi. Commune nomen exiſtimat Valeſius Edeſſæ regulis; additque Ἄκβαρος lingua Arabica idem eſſe quod *potentiſſimus*, quod ex viro eius linguæ callentiſſimo acceperit; velut ſcilicet Græcis eſt κράτιστος. At num & iſtud ſcripturæ, quam typi nouam inuexerint?

2. Καὶ τοῖς σοῖς σοὶ παρέχει. Sic quoq; Euſeb. Valeſius tamen ſignum vniuerſale addit, quà ita reddit, *& vitam tibi tuiſque omnibus præſtet.* Id fortè de Euſebij ipſius liberalitate, qui in ſuperioribus, ſuis ipſe verbis rem perſtringens ita locutus ſit, ὁμοῦ τε αὐτῷ σωτηρίαν καὶ τῶν προσηκόντων ἁπάντων ὑπισχνούμενος: *neque ipſi ſolum, ſed omnibus propinquis & familiaribus ſalutem præſtiturum pollicitus.* Magnũ id quidem, nec liquet an præſtitum; in quo tamen Domini non laborat fides; idque ſiue corporis ſalutem, ſiue animi intelligamus, quæ eſt illa *vita* in Chriſti breui Epiſtola, præſertim αἰώνιος, quam vocem omiſit Euſeb. ipſam maximè ex vſu Euangelico, ac ſermone Domino conſueto. Reliqua etiam, quibus Vrbis cautio ſecuritatis habetur, omiſſa Euſebio; vt & omnia ſpectantia ad Chriſti Imaginem, quo in genere idem parum probatus teſtis Euſebius, vti declaratum in VII. Synodo: & certè illa videatur quæſito diſpunxiſſe; dum ſequentia narrat extantia ſermone Syriaco in Eccleſiæ Edeſſenæ tabulario; cùm præſertim fulgorem ex Thaddæi vultu radiantem, ac Augarum in ſtuporem vertentem refert, quem ab Imagine non manufacta velut pro ſigno in Thaddæi fronte erecta, emicaſſe, ex eodem tabulario aliiſque certioribus monumentis videatur Conſtantinus habuiſſe. Cuncta enim magna fide exſcripta Edeſſà allata ſunt, immò ipſa prototypa, ne tanta res videretur fide nutare. Euagrius, totam Domini Epiſtolam retuliſſe Euſebium ratus. lib. 4. c. 22 ſecuritatis illam promiſſionem ab Imagine non agnoſcit, ſed ita perſuaſum pia fidelium credulitate, cui rerum euentus fidem aſtruxerit. Verum is, ex vna Euſebij auctoritate decernit, qui ipſa monumenta non habuerit, aut ve legerit.

3. Τρεῖς ἐμοῦ Πατριάρχαι, τῆς Ἀλεξανδρείας Quam hîc Conſtantinus Synodalem laudat ac dogmaticam Epiſtolam, ipſa eſt, quam ex Emin. Cardinalis Mazarini τῷ μακαρίτῃ cimeliis mihi repoſitam, ſtatim ſubnecto. Alia eſt, quam Adrianus ad Carolinas objectiones approbat, aitque relectam in VII. Synodo, etſi in eius Actis, quæ nobis ſuppetunt, non extat; vna duntaxat illis edita Theodori Patriarchæ Hieroſolymitani Synodica, ipſa non multum fuſa, alteraque trium perinde Orientis Sedium, Alexandrinæ, Antiochenæ & Hieroſolymitanæ: in alterutra, nihil de Imagine Edeſſena. Nec fuit neceſſe, qui ſæpius eo ipſo argumento ſcripſerint, vti ſe ſcripſiſſe teſtantur Syno-

dica illa ad Theophilum, vt hoc ipsum argumenti caput vbique attingerent. De ipsa paucis, quam vulgaui, quartam de Imaginibus nomine Damasceni, in meo de Monothelitarum Hæresi syntagmate. Inuectiua potius est in Constantinum Cabalinum. in quem liberius dicere poterat Ioannes, quod extra eius Imperij fines in Palæstina (ni & Damasci apud Saracenos) scribebat. Eius verba sunt, vbi scitè ac grauiter Idololatriæ calumniam depulit, cuius nobis auctor ipse Christus, si hanc labem εἰκονογραφίᾳ inducamus, Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Χριστὸς εἰκόνα ἐποίησε, τὴν λεγομένην Ἀχειροποίητον· καὶ ἕως σήμερον ἵσταται καὶ προσκυνεῖται· καὶ οὐδεὶς αὐτὴν εἴδωλον εἶπε τῶν εὖ φρονούντων. *Nam & ipse Christus Imaginem fecit quam nulla manuum fabrica factam vocitant: hactenusque stat, ac venerationem habet; nec quisquam idolum vocauit, qui quidem sani capitis existat.*

Præfert hæc quoque altera perinde Damasceni nomen in illo Card. Maz. Cod. sed non patitur temporum ratio: nec enim tandiu Damascenus vitæ superstes fuit: nec si fuisset, huius auctor Epistolæ esse posset, quæ palam Episcopali ac Synodica auctoritate, non priuata vnius viri & priuati, conscripta est. Scripserunt ij Antistites, non per Theodorum & Theophanem, quasi illi primùm sub Theophilo in Vrbem venerint, quod quidam opinati sunt, sed ex eius Vita & Theodori Epistola de suo & fratris certamine eodem Theophilo Imperatore refelluntur; sed longè postea, ac cùm illi annos plures sub tribus quatuorve Imperatoribus in Græcia vixissent, aliaque iam certamina desudassent. Scripsisse per eos qui velit, quòd ad eos directa Epistola sit, per eos Theophilo porrigenda, diuinat potius quàm certi aliquid dicat. Ipso statim Imperium ineünte Theophilo videtur scripsisse, cum adhuc spes aliqua videretur humanioris experiundi, ac qualem pater prætulisset; ipse quoque Iconomachus ac tyrannus, sed Leone, cui successerat, paulò mitior. Illa de Imagine Edessena, grauissima sunt, ac dolendum excidisse quæ superiores illi earundem Sedium Antistites pari spiritu ad Cabalinum fortè Imperatorem, aut Leonem Isaurum (ad quem & Gregorius Dialogus, id est, II. vti quidem inscriptio habet, ac Græcis vocare solenne est) laudata illa Stephano & Adriano Romanis Antistitibus, Epistola scripserant. Sufficiet, quam ementito licet titulo seruauit laudatus Card. Maz. Codex, quã suis auctoribus luce clarius vindicat Constantinus Porphyrog. cuius fretus auctoritate non dubitaui summis pagellis adscribere, *Orientalium Synodica*, &c. quod verè est, eiusq; ipsius Orationi de Illius Imaginis CP. solenni pompa receptione subnectere: quod & illa inter eius Vrbis monumenta censenda est; idcirco missa & scripta, vt in ea iam iterum collabentem fidem (quod spectat ad Imaginum venerationem) tum aliorum argumentorum vi, tum ipsa hac Imaginis non manufactæ traditione, fulciret. Nec hîc necesse referre, quæ de illa habet, quandoquidem sequentibus ipsa

tota Epistola, quantumvis πολύστιχος, *longa & fusa*, vt Constantinus vocat, vt est reipsa, mihi producenda est.

4. Τὰ περὶ τὸ χώματος ὑφάψαι σταυρώματα. Non bene Lipomani Interpr. *Si possent attingere vallos qui erant ante aggerem.* Alia enim hîc eius vocis vis: nempe, *succendere.* Sic Euagr. ex quo Constantinus, obsessorum ea in fossa consilium exponit, ἐνθέντι τε πῦρ ἐνεῖναι, ὡς ἂν τῇ φλογὶ τὰ ξύλα φθειρόμενα τὸ χῶμα καταγάγοι. *In eam ignem inijcere, vt eius flamma aggeris ligna consumpta, ipsum aggerem solo æquarent.* Quod ipsum nisi diuinæ Imaginis miraculo præstare nequiuere, non valente compresso aëre flamma erumpere, siue etiam viridem materiam accendere, non attingere, ac donec aqua ex illa sanctificata vice olei fuit, flammamque viuacem ac efficacem reddidit. Erat is fere cuniculorum vsus antiquis, vt moles quascunque deiicerent, succensis ligneis sustentaculis: nobis eam in rem expeditior puluis tormentarius existit.

5. Τῆς τῶν πολεμίων αὐτοῦ εὐεργετίδος, καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀναιρετίδος. Non placet Lipomani Interpres, nec quicquam Constantini acumen assecutus est: *Quæ hostes eius beneficio affecerat, & suos de medio sustulerat.* Hostes hostibus opponit: hostes Chosrois, hostes eorum qui Chosrois erant; nempe eius filiæ. Hostes Chosrois, seu quos ille hostium loco haberet, Edesseni, quorum Imago εὐεργέτις· id est, larga in eos beneficiis: καὶ τῶν ἑαυτοῦ· nempe, τῶν πολεμίων τῶν ἑαυτοῦ· illius ipsius necessariorum (id est filiæ) hostium, ἀναιρέτις· dæmonis scilicet, ejectione illius ab obscessa, profligatrix.

6. Ἀπὸ Ῥώμης κατονομαζομένου. Lipomani Interpr. *Ameræ minister, qui Romam reuertebatur.* Is, quid legerit, vt ita redderet, me latet. Ex iis quæ noster Codex habet ita reddidisse, procul est à bono Interprete. Nam & paulò inferius eandem vocem ritè exponit, vbi est, ἡ τὰ Εὐσεβίου κατονομάζεται, *Monasterium quod Eusebij vocatur.* Ergo hîc quoque, *Ameræ minister, qui A Roma vocabatur*; siue quia origine ac prosapia Romanus, siue quia strenuum quid in Romanos egerat siue aliunde cognomen hoc traxerat: vel etiam à robore, quod vox illa Græcis sonat. Nihil certè Lipomani Interpretem, vt sic voci vim faret, cogebat.

7. Ἐν τῷ τῶν Ὀπτιμάτων λεγομένῳ τυγχάνοντι θέματι. Satis ieiunè Lipomani Interpr. *quod quidem est in loco, qui dicitur Optimatum:* nempe monasterium illud ad Eusebij ædes. Inter Themata, ipse Constantinus libello hac de re edito, ac Bonauenturæ Vulcanio Viro erudito vulgato, quinto loco ponit, τῶν Ὀπτιμάτων, cui vrbes quinque assignat, 1. Nicomediam Metropolim. 2. Helenopolim. 3. Prænetum. 4. Astacum. 5. Parthenopolim. In qua, vel cuius agro, situm illud Monasterium, ex istis non liquet. Thema vocabant, tum milites ipsos, tum locum in quo distributi erant, certis muneribus addicti in aula Imperatoris, seu etiam vt militiæ seruirent, Optimatum appel-

latio vnde fluxerit, se nescire testatur Constantinus. Et certè ignota videtur eo sensu eius vocis acceptio, vt potius scribendum sit *Optionum*, quorum sunt omnia munia, quæ ille dicit esse Optimatum; latéque prosequitur Pancyrol. cap. 11. prorsusque opponuntur Optiones & Optimates, cum vox altera, velut ministrum & adiutorem sonet, sic dictum quasi ad optando, seu deligendo; altera primatum aliquem ac excellentiam, qualis est τῶν ἐν τέλει, Magistratum, Procerum, Senatorij seu etiam Patricij Ordinis virorum: Quid hæc ad eos, quorum ordo εἰς ὑπηρεσίαν ἐπέπτω· quorum ἐπωνυμία τῶν ἀτίμων ἴσην ὕβριν φέρουσα, τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἐγχωρίων Καρτελίνων· *Seruitij causa assumptus appellatio ipsa tantum fere in se contumeliæ habens, atque vilium hominum, qui apud Romano Cortelini, vocantur*; qui nec Thematis rationem haberent, seu agminis militaris, nec Ducem, στρατηγὸν, sed Domesticum Duci parentem, & cætera, quæ Constantinus prosequitur. Cumque is ipso exordio profiteatur alia horum Thematum nomina ἀρχαΐζειν, alia νέαν κτίσιν δηλοῦν τὴν τῆς ὀνομασίας· alia scilicet *Græcanicæ: aliæ verò nouitiæ & recentioris esse appellationis*; idem quoque de turmis dicendum & ordinibus, inter quos erant Hicanati, quos cum Scholis iungit Constantinus, aitque, *singulis eorum vnum Optimatum*, Optionum, *cuius ministerio vterentur*, *fuisse designatum*· ὅτι εἷς ἑκάστος αὐτῶν, εἰς ὑπηρεσίαν, Ὀπτιμάτου ἐκέκτητο, in quibus Hicanatis sibi aquam hærere ait dictus Vulcanius: existimem ego turmarum nouum nomen, ipsum tamen ἀρχαΐζειν, ἀπὸ τοῦ, ἱκανὸν, velut quibus integri agminis vires suppeterent, veleas ipsi exercitui sufficerent: vti & Scholæ erant, quæ exercebant, vel militaria munia, vel alia, prout variis antiquo etiã vsu, nomen illud adhibebant: τῶν Ἱκανάτων, eorumque Ducis, non semel mentio in Vitis τῶν νέων βασιλέων. Liberales Græci nominibus, tum maximè, cùm eos, collabente Imperio, res magis deficere viderentur.

8. Ἐν τῷ κατ' ἐπωνυμίαν Τρικλίνῳ Χρυσῷ. Illepidè admodum Lipomani Interpr. *In auro quod cognominatur Triclion*. Quid eiusmodi in Palatij ædificiis? Erat verò Triclinium Aureum sic dictum, ipsum aula regia, in quo Imperatorium solium, aliaque decora pro Imperij majestate; sic dictum ab auro quo vndique parietes, eiusque omni, rutilabant. Alia viri, quisquis sit, nolim sugillare, cum alioquin in multis non malè auctorem assecutus, eius mentem vel paulò submissius expresserit. De his Ædificiis, plura cum primis in Theophilo & Basilio Macedone producenda, quorum in eis magis eluxit magnificentia, τοῦ Χρυσοῦ τῶν τε κλινῶν meminit Constantinus in Basilio, *Aurei Triclinii*: non quod redditurus videbatur notatus Interpr. *auri Tricliorum*. Sed hæc satis.

Ὀν τῇ παρουσίᾳ σου ἐπὶ τὸ παρὸν. Interpr. Lipomani, *cum tua benignitate*. Nihil id è re: *tuo aduentu*; ac quod reddidi, *tui præsentia*. Sic enim ipse testatus Constantinus, mox ferè à susceptis sacris pignori-

bus Imperij ſummam ſe adeptum eſſe, cuius & vaticinium in ipſa ſuſceptione præceſſerit. Regnum verò auitum dicit & paternum, quod ad ipſum Baſilius Macedo. eiuſque filius Leo tranſmiſerint; vti & ipſe ad Romanum, qui ipſe illud ἐρνασὸν eſt, germen ſcilicet ac ſoboles, quo producta ſucceſſio ex Baſilij ſemine, ad Baſilium tandem iuniorem præſtantiſſimum ſanè Principem, vbi & ipſe vni ac alteri aſcititio per matris, non ſatis fortè pudicos mores, Imperatoribus (ceu verius Tyrannis) ſubmiſſus, pleno iure Imperium adminiſtrauit. Eius mihi res integerrima fide, ac auctore luculentiſſimo, ſcriptæ. An iſta Imperatoris Conſtantini mentio, Baronium adegerit, vt nouum Conſtantinum Conſtantini filium huius auctorem Orationis commentus ſit, quaſi illi Baſilij memoria mente exciderit. Num modò ſacra hæc pignora (Chriſti ſcilicet illa Imago auguſtiſſima ac verè ἀχειροποίητος & ἄγραφος) Romæ extet, vti tradidit Cardinales Baronius, & refert Surius ad calcem Orationis, velut ſciſſa & erroribus laborante ciuitate eò tranſlata ſit, vti de aliis quibuſdam factum, quo tempore in ſacras Imagines ſæuitum Conſtantinopoli eſt, ac liquet ex Græcorum certis monumentis ac traditione, an potius Genuæ, quod noſter Abrahamus Bzouius ex certioribus monumentis habuerit, inque Annales retulerit, alius operoſiori lucubratione diſcutiet, cui facem lubens trado. Is nimirum ingenuus eruditusqne adoleſcens, Carolus Ioannes-Baptiſta Pothier Angegauenſis; in cuius patriis cimeliis eſt, eius Imaginis, quanta licuit vi artis graphicè pridem caloribus ac penicilo expreſſa ſimilitudo, ipſa illi æneis formis repræſentanda, in ſuo illo ſyntagmate. Nempe eius quæ Genuæ venerationem habet ab annis circiter trecentis, ac quam ipſam Conſtantino laudatam omni argumentorum apparatu probaturus eſt, exſufflata Baronij opinione, ac Romana de illa traditione. In illis non infimum erit, quòd à tranſlata Conſtantinopolim ſacra Imagine Edeſſâ, Romano Lacapeno Imperatore, nulla vis ea in Vrbe fuit Imaginibus illata, quæ ſecunda iam ἀνασιλώσει reſtitutæ. Michaële & Theodora Imperatoribus ac Methodio Patriarcha, communi ciuium conſenſu venerationem haberent, vt potuerit ea Imago per diſſidiorum errorumque occaſionem Romam transferri. Vt Genuam transferretur, cauſa alia ac ratio fuit, ipſa illi aperienda ex indubitatis certiſque monumentis, religioſæ in ſanctum pignus mentis patria pietate monumento.

Imò Synodicum Orientalium Sedium. Deest exordium.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ,

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΘΕΟΦΙΛΟΝ,

περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων.

Ex Emin. Card Maz. Codice.

SANCTI PATRIS NOSTRI

IOANNIS DAMASCENI,

EPISTOLA AD THEOPHILVM IMPERATOREM, DE SANCTIS AC VENERANDIS IMAGINIBVS.

F. FRANCISCO COMBEFIS Interprete.

Matth. 18. v. 19. Hæc tanta ad Sacerdotalem constabiliendam auctoritatẽ Joan. 20. v. 22.

QVANDOQVIDEM igitur, iuxta diuinam illam vocem, quæ ait, *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ.* Et iterum, *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Rursusque, *Sedebitis super*

ΕΠΕΙ τοιγαροῦν κατὰ τὴν θεόλεκτον φωνὴν τὴν φάσκουσαν, Ὅτι ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς, περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. οὗ γάρ εἰσι δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. καὶ πάλιν, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται

αὐτοῖς· ἄν τινων δὲ κρατῆτε, κεκράτηνται. καὶ πάλιν, Καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. καὶ αὖθις, Ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ ἀλλαχοῦ, Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ, φησὶν ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ· ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί. Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, καὶ ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἠγάπησας αὐτοὺς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας: καὶ ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ᾽ ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν δέδωκάς μοι. Καὶ ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος Πέτρος φησὶ, Δοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αὐτοῖς, ὡς καὶ ἡμῖν. καὶ τὴν ἴσην δωρεὰν δέδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσι καθὼς καὶ ἐλάλουν γλώσσαις, καὶ προεφήτευον. καὶ πάλιν ὁ μέγας Παῦλος, καὶ κῆρυξ τῆς οἰκουμένης καὶ διδάσκαλος, φησὶν, Ὅτι ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον Ἀποστόλους, δεύτερον Προφήτας, τρίτον Διδασκάλους.

Τοίνυν τῷ ὅρῳ, καὶ κανόνι ἑπόμενοι τῶν θεσπεσίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, ἐν τῇ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἔνθα ὁμοφρόνως καὶ ὁμογνωμόνως ὁ ὅρος, καὶ ὁ ἦχος τῶν ἑορταζόντων ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως γίνεται· τὰ αὐτὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σύμβολα, τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων δογμάτων τὰς κλεῖς κατέχοντες, τοιαῦτα ὑπεχαράττομεν.

Πιστεύοντες εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα, ὁμολογοῦμεν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους ὡσαύτως, καὶ τὰς τιμίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα ἐπίσης τῷ τύπῳ

sedes duodecim, indicantes duodecim tribus Israël. Ac iterum: *Quaecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quacunque solueritis super terram, erunt soluta in cœlo.* Alio autem loco, *Non pro eis autem rogo tantum*, dicit Dominus, *sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint consummati in vnum; & vt cognoscat mundus quia dilexisti eos, sicut & me dilexisti: & vbi sum ego, & illi sint mecum; vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Diuinus quoque Petrus Apostolus ait, *Dans Spiritum sanctum illis, sicut & nobis*; atque par donum Deus Gentibus tribuit, quamadmodum etiam loquebantur linguis & prophetabant. Ac rursus Magnus Paulus, orbisque prædicator ac Magister, *Posuit Deus*, inquit, *in Ecclesi*, *primum Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores.*

Matth. 19. v. 28. & 18. v. 18.

Ioan. 17. v. 20.

Act. 15. v. 8.

Eph. 4. v. 11.

Diuinorum igitur Apostolorum, sanctorumque & beatorum Patrum definitionem atque regulam secuti; in Magna Dei Ecclesia, vbi concorditer parique sensu ac sententia fixa regula est, sonusque epulantium in voce exultationis & confessionis agitur; eadem tenentes rectæ fidei symbola, eius scilicet doctrinæ claues quæ pietate nitet ac recti sensus est, istiusmodi subscribebamus. Ps. 41. v. 4.

Qui in sanctam & consubstantialem ac viuificam Trinitatem credamus, Dei Verbi in carne dispensationem confitemur, sanctasque perinde Vniuersales Synodos; ac venerandas Imagines pari cum viuificæ

Fidei formula Iconolastis aduersa.

Crucis figura atque diuinis Euangeliis, religione cultuque amplectimur. Qui non ita sentiunt, sint anathema. Qui non ita credunt, procul ab Ecclesiis arceantur. Hæc fides orbem terrarum illuminauit. Qui igitur aliter sentire præsumpserint, autve ex Ecclesiasticis moribus aut traditionibus aliquid euertere tentarint, hos anathematizamus ac reiicimus. Nihil enim in Ecclesia Catholica obliquum aut distortum.

Prou. 8. v. 9. *Omnia* quippe *facilia intelligentibus, ac recta inuenientibus scientiam. Tota* namque *pulchra est*, vt diuina habent eloquia, *& macula in ea non est.* Cant. 4. v. 7.

Atque is quidem, qui Christianissimi Imperij primus fixit crepidinem, inter Imperatores Christi Apostolus, magnus ac Iustus ille

Constantini Magni elogia.

Constantinus; cuius sunt, demerendo Dei Ecclesiam, innumera laude dignissima præclara facinora ac merita; quique labyrinthi instar anfractibus perplexam ac difficilis exitus, Arianicæ impietatis turrim solo æquauit; igneisque fulgoribus prælucentem columnam, supersubstantialis ac viuificæ consubstantialis Trinitatis notitiam, orbis finibus accendit; pietatis in Christum verum Deum nostrum prima eximiaque ac singularis victima, Imperatorium Romanæque rei publicum numisma, nota hac insigniuit.

In nũmis eius expressa religio.

Nempe, quòd in cœlo coruscum apparuit Crucis Saluatori signum, Christique Dei hominis venerandã Imaginem, sua ipsius vnà adjuncta, cælato illi opere impressit; quò scilicet cœlestis Regis præ terreno maiorem potentiam declararet, pacisque fœdera ac concordiæ alta commercia, cùm iam vnus grex, vnàque Angelorum

τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν θεολέκτων εὐαγγελίων. οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν. οἱ μὴ οὕτω πιστεύοντες, πόῤῥω τῆς ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐφώτισε. τοὺς οὖν τολμῶντας ἑτέρως φρονεῖν, ἢ ἀνατρέπειν, τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἢ παραδόσεων· τούτους ἀναθεματίζομεν καὶ ἀποβαλλόμεθα. οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ σκολιὸν, ἢ στραγγαλῶδες. πάντα γὰρ εὐθέα τοῖς νοοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. ὅλη γὰρ καλὴ, ὡς εἴρηται, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ.

Καὶ πρῶτος μὲν ὁ τὴν κρηπῖδα
τῆς χριστιανικωτάτης βασιλείας πη-
ξάμενος, 1 ὁ ἐν βασιλεῦσι τοῦ Χρι- 1.
στοῦ ἀπόστολος Κωνσταντῖνος ὁ μέγας
καὶ δίκαιος, καὶ τὰ μυρία ἀξιέπαινα
κατορθώματα τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ
βραβεύσας, τόν τε λαβυρίνθιον
ἐκεῖνον καὶ δυσδιεξόδευτον τῆς θεο-
μαχίας Ἀρειανικὸν πύργον εἰς γῆν
καταῤῥάξας, ὃς στῦλον πυρσοφανῆ
τὴν γνῶσιν τῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρ-
χικῆς ὁμοουσίου Τριάδος, τοῖς πέ-
ρασιν ἐξέλαμψε· πρώτιστον καὶ
ἐξαίρετον καλλιέργημα τῆς εἰς Χρι-
στὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν εὐσε-
βείας· γνώρισμα ἐγχαράττει τῷ
βασιλικῷ τῆς πολιτείας νομίσματι·
2 τό, τε οὐρανοφανὲς σημεῖον τοῦ 2.
σωτηρίου σταυροῦ, καὶ τὸν σεβάσμιον
καὶ θεανδρικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα
ἐν αὐτῷ, μετὰ τοῦ ἰδίου αὐτοπροσώπου·
ἐνδεικνύμενος τὴν τοῦ ἐπουρα-
νίου βασιλέως αὐθεντίαν πρὸς τὴν
ἐπίγειον γεγονυῖαν· εἰρηνικάς τε
σπονδὰς, καὶ βαθείας εἰρήνης συ-
ναλλάγματα, μιᾶς ποίμνης γινο-
μένης καὶ μιᾶς ἐξουσίας, ἀγγέ-
λων

λων καὶ ἀνθρώπων. ὡσαύτως δὲ ἐνιδρῦσθαι, καὶ ἀναστηλοῦσθαι τὸν σεβάσμιον καὶ σεπτὸν χαρακτῆρα τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ· δι' οὗ τε ἀχράντου μορφῆς αὐτοῦ τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα, καθὸ ὡράθη ἐπὶ γῆς τέλειος ἄνθρωπος, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, ἐκ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· ἐμφαίνοντος τὰ γνωρίσματα, καθὼς παραδεδώκασι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ οἱ μακάριοι καὶ θεσπέσιοι ἀπόστολοι· καταχοσμοῦντες αὐτὴν ζωγραφικαῖς ἱστορίαις, καὶ μουσουργικοῖς ψηφίσιν, ἔκ τε τῆς τῶν θεοπαραδότων εὐαγγελίων συγγραφῆς, τὸν θεανδρικὸν χαρακτῆρα τοῦ Χριστοῦ ἐγκαθιδρύοντος. καὶ γὰρ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον μετὰ ὀκτὼ χρόνους τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως συνεγράφη· τὸ κατὰ Μάρκον, μετὰ δέκα. τὸ κατὰ Λουκᾶν, μετὰ ιέ. τὸ κατὰ Ἰωάννην, μετὰ λβ΄ ἐπὶ Δομετιανοῦ. διὸ καὶ προέτρεψεν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνιστορεῖσθαι ἐνομοθέτησε, καὶ ταῦτα ἐν ζωγραφικοῖς χρώμασι διαχαράττειν, τὴν ἐν Βηθλεὲμ γέννησιν, τὴν τῶν ποιμένων αὐτοψίαν, τὴν τῶν μάγων δωροφορίαν, τὸν τοῦ ἀστέρος δρόμον, τὴν τοῦ δικαίου Συμεὼν εἰσδοχὴν, τὴν ὑπὸ Ἰωάννου βάπτισιν, τὴν τῶν παραδόξων καὶ θεϊκῶν θαυμάτων ἀνάδειξιν· τὰ ἑκούσια παθήματα, τὴν ὑπερφυῆ καὶ ζωηφόρον ἀνάστασιν, τὴν εἰς οὐρανὸν θεϊκὴν ἀνάληψιν, καὶ τὰ ἀκόλουθα τῶν ἀποστόλων τερατουργήματα. τοῦτο γὰρ ὅρος καὶ λόγος τῇ ἐκκλησίᾳ παραδέδοται, ὅπερ ὁ μονογενὴς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἄναρχος, ὁ ἀΐδιος, ὁ ἄϋλος, ὁ ἄποσος, ὁ ἄποιος, ὁ ἀπεριμεγέθης, ὁ ἀνέπαφος, ὁ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ὁ τὰς ἀγγελικὰς καὶ

gelotum atque hominum facta esset potestas. Simili quoque ratione quà venerandam ac colendam eius in carne versantis expressam erexit Imaginem, orisque intemerati lineamenta omnia ac figuram, quatenus visus est in terra homo perfectus ex intemerata Dei Genitrice Maria, & cum hominibus conuersatus: eâ corporis forma ac delineatione repræsentans, quā beati ac diuini Apostoli Ecclesiæ Catholicæ tradiderunt; illam exornans pictis historiis, tessellato ac musiuo opere. exque diuini Spiritus afflatu conscriptis Euangeliis, Christi Dei hominis figuram dedicans. Nam Matthæi Euangelium post annos octo à Christo in cœlum recepto scriptum est: Marci verò, post annos decē: Lucæ post annos quindecim: Ioannis post annos triginta supra duos, Domitiano Imperatore. Quocirca, prius etiam in Ecclesiis, in tabellis depingi sanxit, ac viuis coloribus in eis exarari, in Bethlehem oppido Natiuitatem, inuisentes Pastores, Magos munera offerentes, Stellæ cursum, Symeonem Iustum suscipientem, Ioannem baptizantem, inaudita diuinaque miracula, voluntarias perpessiones, eximiam ac viuificam Resurrectionem, & quæ deinceps Apostolis patrata prodigia sunt. Hæc enim Ecclesiæ, regula & traditio est, Vnigenitum Deique Verbum ac Deum nostrum, principij expertem & sempiternum ac materia vacantem, nulla distentum mole, aut qualitate imbutum, infinitæ magnitudinis, quem nullus attingat tactus, qui ex nihilo cuncta produxerit, qui Angelicas ac cœlestes incorporeas Virtutes so-

Christi Imago erecta Constantinopoli.

Euangeliorum conscripta tempora.

Ecclesiastica ex picturæ ac sacræ Imagines.

Isa. 40. v. 12.

lo sermone condiderit; qui cœlum palmo metiatur, ac terram pugillo contineat, atque manu aquam concludat; qui impollutis manibus hominem formauerat ex S. Virgine ac Dei Genitrice Maria immutabiliter, inuariabiliter formatus, qua ratione homo factus est; cõmunicauit carni & sanguini; animal rationale mortale, intelligentiæ capax ac scientiæ, trium fortè cubitorum magnitudinis, carnis crassitie circumscriptum, quà nobis simili forma conspicitur, maternæ similitudinis proprietates ad vnguem referre, ac Adami similem formam exhibere. Quocirca depingi, quali forma veteres Historici descripsere; præstanti statura, superciliis iunctis ac confusis, venustis oculis, iusto naso, crispa cæsarie, subcuruum, eleganti colore, nigra barba, vultu coloris triticei pro materna similitudine, longis digitis, voce sonora, dulci eloquio, lenissimum, quietum, longanimem, patientem; hisque affines virtutis dotes circumferentẽ; quibus in proprietatibus eius, Deiuirili specie, ratio figuratur; ne qua mutationis obumbratio, aut diuersitatis variatio, quà diuinum Verbum homo factum est, iuxta Manichæorum deliria, deprehendatur.

τρίπηχως πηχ.

Christi figuræ descriptio.

Etenim diuinus Apostolus ac Euãgelista Lucas, diuinam ac venerabilem castissimæ Dei Matris Mariæ, adhuc in carne Hierosolymis viuentis, atque in sancta Sione morantis, Imaginem, temperatis coloribus manu, penicillo in tabella effinxit; ac velut in speculo posteris contuendam reliquit. Cumque hanc illi ostendisset, ait illa, *Mea gratia ac fauor cum ea erit.* Estque aliud quod

S. Mariæ effigies Luca pictore.

οὐρανίους ἀσωμάτους δυνάμεις τῷ λόγῳ συστησάμενος· ὁ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ μετρήσας, τὴν δὲ γῆν κατέχων δρακὶ, καὶ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ μετρήσας· ὁ χερσὶν ἀχράντοις τὸν ἄνθρωπον πλάσας, ἄνθρωπος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀτρέπτως, καὶ ἀναλλοιώτως χρηματίσας, κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καθὸ ἄνθρωπος γέγονε ζῷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, τρίπηχυ ἴσως περιγραφῆς καὶ σαρκὸς παχύτητι περιγραφόμενος, τῇ καθ' ἡμᾶς ὁρωμένῃ, τῆς μητρῴας ἐμφερείας τὰ ἰδιώματα χαρακτηρίζων, καὶ τὴν τοῦ Ἀδαμιαίου μόρφωσιν ἐμφαίνων· τοῦ χάριν, χαρακτηριζόμενος καθὼς οἱ ἀρχαῖοι ἱστορικοὶ διαγράφουσιν αὐτοῦ τὴν ἐκτύπωσιν, εὐήλικα, συνόφρυν, εὐόφθαλμον, ἐπίρρινον, οὐλόθριξιν, ἐπίκυφον, εὔχρουν, γένεια μέλανα ἔχοντα, σιτόχρουν τῷ εἴδει κατὰ τὴν μητρῴαν ἐμφέρειαν· μακροδάκτυλον, εὔφωνον, ἡδύλογον, πρᾳότατον, ἥσυχον, μακρόθυμον, ἀνεξίκακον· καὶ τὰ παραπλήσια τῆς ἀρετῆς ἀπαυγάσματα περιφέροντα, ἐν οἷσπερ ἰδιώμασιν ὁ θεανδρικὸς αὐτοῦ χαρακτηρίζεται λόγος. ἵνα μὴ τροπῆς ἀποσκίασμα, ἢ παραλλαγῆς ἀλλοίωσις ἐν τῇ θείᾳ τοῦ Λόγου ἐνανθρωπήσει φωραθείη, κατὰ τὰς τῶν Μανιχαίων λήρεις.

Καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος Ἀπόστολος καὶ Εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς, τὸν θεῖον καὶ σεβάσμιον χαρακτῆρα τῆς παναγίου θεομήτορος Μαρίας, ἔτι ἐν σαρκὶ αὐτῆς ζώσης ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς διατριβὰς ποιουμένης ἐν τῇ ἁγίᾳ Σιὼν ζωγραφικαῖς τε μίξεσι τὴν τῆς πανάγνου εἰκόνα ἐν πίνακι διεχάραξε· [καὶ] ὡς ἐν κατόπτρῳ τοῖς μετέπειτα γενεαῖς ἐγκαταλέλοιπε· καὶ ταύτην αὐτῇ ὑποδείξαντος, Ἡ χάρις μου

μετ᾽ αὐτῆς ἔσται. καὶ ἕτερον δὲ παραδοξότερον· οἱ θεόπται κορυφαῖοι ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ἐν Λύδδῃ τῇ καλουμένῃ Διοσπόλει, περὶ μίλιον δεκαοκτὼ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, εὐκτήριον οἶκον ἐπ᾽ ὀνόματι τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου καὶ θεομήτορος οἰκοδομήσαντες, καὶ ταύτην παραγενέσθαι εἰς τὴν τοῦ ναοῦ ἐνθρονίασιν ἐλλιπαροῦντες, ἔφησε πρὸς αὐτοὺς, Καὶ αὐτόθι μεθ᾽ ὑμῶν εἰμί. καὶ δὴ θείᾳ τινὶ καὶ ἀοράτῳ ἐνεργείᾳ, ὁ χαρακτὴρ αὐτῆς, κίονι ἑνὶ καθίδρυσο· ἐν ᾧ καὶ αὐτὴ ἡ θεομήτωρ παραγενομένη καὶ θεασαμένη τὸ ἴδιον ἐκτύπωμα· χαρᾶς τε καὶ θάμβους εἶναι πλησθῆναι· θαυμάσαι δὲ καὶ ἐκπλαγῆναι ἐπὶ τῇ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἐνανθρωπήσαντος μητρικῇ εὐκλείᾳ, καὶ εὐκλεείᾳ τὸ σέβας ἀπονείμαντος· ὅνπερ χαρακτῆρα μέχρι Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἀποσωζόμενον
4. 4 Ἑβραίους τινὰς ζωγράφους ἀποστείλας· καὶ διὰ τὸ, τὸ ἐκτύπωμα ἐφ᾽ ἑνὶ τῶν κιόνων τοῦ ναοῦ καθιδρυμένον ὁρῶντες, ὅλην ἐκτετυπωμένην τὴν ἱκέαν· ἥ τε πορφύρα, καὶ ὁ στολισμὸς, ὡς ἤδη ὁρῶσαν καὶ φθεγγομένην βλέποντες, μαρμαρικοῖς τεχνάσμασι ταύτην κατορύξαι πειρώμενοι, ἔτι μᾶλλον λαμπροτέραν, καὶ ἀπαράλλακτον ἐν τῷ βάθει τοῦ κίονος ἐξευρίσκον.

Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ σημεῖα καὶ θαυμαστὰ τέρατα ἐν τῇ τῆς παναγίας θεομήτορος εἰκόνι, τῇ αὐτῇ θείᾳ ἐνεργείᾳ διαδείκνυνται· δι᾽ ἧς καὶ δαίμονες ἐλαύνονται, νόσοι θεραπεύονται, λεπροὶ καθαρίζονται, δυνάμεις ἐνεργοῦνται· πᾶσα μαλακία καὶ ἀσθένεια ῥώννυται.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ

magis inauditum, maiusq; ad stuporē videatur. Nam qui ipsi Deum viderūt Apostolorum Principes Petrus & Ioannes, Lyddæ, quam Diospolim vocant, distatque ab Hierosolymis octodecim miliaribus, cum moras traherent, Oratoria domo sub inuocatione nominis Matris Domini ac Dei parentis ædificata, cùm ad templi dedicationem vt veniret rogassent, ad illos infit, *Ego quoque illic vobiscum ero.* Ac sane diuina quadam ac inuisibili virtute, illius figura viuáque effigies in vna colūnarum locata effulsit: venientque ipsa Dei Mater, ac suam conruita Figuram, gaudioque ac stupore plena etiam atque etiam admirata est, eius, qui ex ipsa homo factus esset, Maternam claritatem ac felicitatem, qui eo cultu auxisset. Mansit illa figura ad Iulianum vsque, qui à Christiana desciuit religione, incolumis; qui ipse vt sanctum simulacrum aboleret, Hebræos quosdam statuarios submisit. Hi, quòd in vna è templi cōlumnis Effigies erecta esset; ipsamque staturam omnem, purpuramque atq; amictū contuentiū oculis obiiceret, ac velut iam nū videntē atque loquentē eam conspicerent, marmoraria arte conati effodere, splendidiores adhuc radios micantem, nihilque euariantem pro columnę basi ostendebant.

Sed & alia plura signa ac admiranda prodigia in sanctissimæ Dei Parentis Imagine facta sunt, eadem diuina virtute; qua & dæmones fugantur, morbi curantur, leprosi mundantur, virtutes præstantur; languor omnis & infirmitas vigore restituto sanantur.

Quin ipse quoque omnium salutis

S. Mariæ Imago Diospoli non manufacta, eiusque miracula.

Fort. pictores quosdam cum Hebræis.

Edesse a

Imaginis Christi Historia perstricta.

Leo itaque Imperij sceptris potitus, impiorum illo superiorum Imperatorum, Leonis ac Constantini ex Isauris genus ducentium abundantius æmulator ac imitator efficitur; qui scilicet annos longè plures rerum domini fuerant, rebusque bello strenuè gestis, hostium Barbarorum audaciam fregerant; atque bonorum affluentia faustos, beatosque dies duxerant. Cœpit ergo scrutari scrutationes, nempe vaticinia quædam & Astrologos Mathematicos, qui velut ex tripode eius generis illi oracula ederent. Accersitoque Basilio quodam Chartulario eius, quam Exartesem vocant (velut dicas suspensionem seu alligationem) homini rem credit. Is porro rei familiaris angustiis velut seruus dedititius, imperata se facturum pollicetur. Inuento itaque viro quodam Salabriensi, homine vago ac nusquam consistente, in cauponis rerumque venalium foro, in diuinationibus & auguriis versan-

καὶ στρατηγοῦ τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχίας, ἔνθεν αὐτοῦ ὄντος ἐν τῇ εὐδαίμονι, Νικηφόρος τις 13 ὁ παρωνύμως Κιννάρειος λεγόμενος, μυεῖται τῷ Λέοντι τὰ τῆς ἐγγαστριμύθου μαντεύματα. καὶ ἕτερος δέ τις τῶν κυκλαρίων ψευδερημιτῶν, ψευδολογίαις καὶ μαντεύμασι τὸν ἀπειρόκακον λαὸν διαχλευάζων, διὰ τοῦ αὐτοῦ Νικηφόρου εἰσάγεται τῷ Λέοντι πατρικίῳ· καὶ οὗτος μυεῖται αὐτῷ τὰ παραπλήσια καὶ ἐφάμιλλα τῆς ἐγγαστριμύθου τερατεύματα. ὁ δὲ φιλόκοσμος καὶ φιλόδοξος ἀνὴρ διαπύρῳ διαθέσεως καρδίᾳ, ταῦτα μεθ' ὅρκου ποιεῖν ἀμεταθέτου ἐβεβαιώσατο· ἔχων ἐγκάρδιον ἐγκεκρυμμένον τῆς ἀπιστίας τὸν σπινθῆρα.

Καὶ δὴ τοῦ Λέοντος τὰ βασίλεια σκῆπτρα κεκρατηκότος, προθυμότερος ζηλωτὴς καὶ μιμητὴς γίνεται τῶν προβεβηκότων δυσσεβῶν ἀνάκτων, Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου, τῶν τῆς Ἰσαύρων ἀγχιστείας γεγονότων, καὶ πολυχρονίοις ἔτεσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ διαρκεσάντων· τοῖς ἐμπολέμοις δὲ ἀνδραγαθήμασι, καὶ τὸ ἐχθρῶν βαρβάρων θράσος καταβαλόντων· εὐθηνίαις τε καὶ εὐημερίαις βεβιωκότων. καὶ δὴ ἤρξατο ἐξερευνᾷν ἐξερευνήσεις, μαντείας τινὰς καὶ μαθηματικοὺς ἀστρολόγους, τοιαῦτα αὐτῷ χρησμῳδεῖσθαι. καὶ προσκαλεσάμενος Βασίλειόν τινα 14 χαρτου- 14.
λάριον τῆς λεγομένης Ἐξαρτήσεως, θαρρεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ πράγματος. ὁ δὲ, ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονώς, ὡς δοῦλος ὑπήκοος ποιεῖν τὸ κελευσθὲν ἐπαγγέλλεται. καὶ δὴ εὑρών τινα ἄνδρα τῶν ἐπιχωρίων Σαλαμβρίας ὧδε κἀκεῖσε συρόμενον, ἐν καπηλείοις καὶ κυκεύμασι, μαντείαις τε καὶ οἰωνίσμασι· καὶ μᾶλλον τῶν βασιλέων πρόγνωσιν μυεῖσθαι,

Σαββάτιον οὕτω λεγόμενον, ὑποτίθεται αὐτῷ πάντα τὰ καταθύμια τῷ βασιλεῖ χαρίσασθαι. καὶ δὴ περιβαλὼν ἑαυτοῦ ὁ Σαββάτιος ἅλυσιν μεγίστην τῷ τραχήλῳ, καὶ σιδηρεαῖς πέδαις ἑαυτὸν περισφίγξας, περικλείει ἑαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ Δαγισθέως μεγάλου λουτροῦ τῶν καμίνων κούφοις. καὶ δὲ ὁ Βασίλειος τὰ βασίλεια καταθύμια τάχιον ἐκπληρῶν, προσάγει αὐτὸν τῷ μάντει τοῦ Πύθωνος. νὺξ δὲ βαθεῖα ἦν, καὶ σκότος ψηλαφητόν. καὶ ἰδοὺ ὁ ὑπὸ στρατοπέδων δορυφόρων φρουρούμενος βασιλεύς, μεμονωμένος γυμνὸς καὶ ἄοπλος σὺν τῷ Βασιλείῳ παραγίνεται ἐν ὑπογαίοις καὶ καταχθονίοις ἀμειδέσι τόποις, ὡς ποτὲ Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης, ὑπὸ τοῦ μαθηματικοῦ Ἑβραίου τῷ διαβόλῳ σπενδιζόμενος. ὢ πῶς ἀπώλετο ἡ σοφία τῶν σοφῶν. ὢ πῶς ἠθέτηται ἡ σύνεσις τῶν συνετῶν. ὢ πῶς οἱ θέλοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. τί οὖν ὁ μέγας καὶ ἔνδοξος καὶ φοβερὸς βασιλεύς. προσκυλινδεῖται τοῖς ποσὶ τοῦ Πύθωνος· χρησμῳδίας αἰτεῖται, ὥσπερ ὁ Ἀλέξανδρος ποτὲ μετὰ Κανδαύλου συμψύχου αὐτοῦ εἰσι θεὶν εἰς τὸν Σέραπιν, ὥστε μαθεῖν τὰ ἀποβησόμενα. καὶ ὁρᾷ τινὰς ἀστράπτοντας ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀνακειμένους· ἕνα δὲ λέγοντα αὐτῷ, Χαίροις Ἀλέξανδρε, οἶδάς με τίς εἰμί; ὁ δὲ, Πῶς

15. κύριε. ὁ δὲ μάγος 15, Ἐγώ εἰμι Σεσούχ ὁ σεισμοκράτωρ βασιλεύς· οὐ τοσοῦτον δὲ εὐτύχησα, ὅσον σύ· καὶ γὰρ ἔσχες ὄνομα ἀθάνατον. ὁ δὲ, Πῶς κύριε. ὁ δὲ λέγει, Εἴσελθε ἔνδον ἵνα θεάσῃ τὸν προστάτην. εἰσέρχεται Ἀλέξανδρος ἔνδον, ὁρᾷ ὁμίχλην πυραυγῆ, καὶ κα-

te (Sabbatus huic nomen erat) ab eo auditurus quæ futura Imperatores manerent, suadet, vt cũcta ad gratiam Imperatori loquatur, & quæ illi ex animo sint. Sabbatius igitur graui pondere catena collo alligata, ferreisque vinculis constrictus pedes, in Dagistei maioris balnei caminorum cupis sese includit. Basilius autem, vt quod Imperator maximè cupiebat celerius expleret, ad Pythonissæ vatem eum adducit. Profunda nox erat, tantæque tenebræ quas & palpare liceret. Enque tibi militum satellitio stipari solitus Imperator, ipse solus, nudus, inermis, vno Basilio comite, loca subterranea, inferna, obscura, velut olim Iulianus ille prævaricator, Hebræo Mathematico spõsore cum diabolo fœdus icturus irrumpit. O quomodo sapientum euacuata sapientia! O quomodo stulti facti sunt, qui videbantur esse sapientes! Quid ergo magnus ille gloria inclytus ac formidabilis Imperator? Aduoluitur arioli pedibus; rogat oracula, velut olim Alexander cum Candaulo viro vnius secũ animi, Serapidis penetralia ingressus, ad exquirendum quæ essent euentura. Videtq; accumbentes quosdam micantibus oculis, ex quorum caterua vnus quis in hæc verba alloquitur, Salue sis, Alexander: méne nosti quis sim? Ad quem ille, Quomodo, Domine? Cui Magus, Ego sum Sesuch Rex terræmotus arbiter: me autem fortunatior ipse extitisti, qui nomen immortale nactus es. Ad quem Alexander, Quomodo, Domine? Cui ille, Intus ingredere vt videas qui tibi patronus ac defensor sit. Intus ergo ingressus, ignis fulgore micantẽ nubem videt, inque throno sedentem,

quem olim Serapidem in Rhacuntide, diuinis honorib. à mortalib. frequentari conspexerat. Aitque Alexander Domine, quot annos victurus sum ? Cui Serapis, Præstat qui mortalis existat, nescire quonam die moriturus sit. qui enim diei illius expectatione suspensus est, quo ex die didicit, mortuus est. At, quòd nescienti accidat, obliuionem præbet, vt ne animo succurrat; etsi prorsus etiam morti concedendum sit.

Tum curiosus Imperator diuino & vati, Quid, inquit, faciam ac quid agam, vt vitam omnem felix faustisque omnibus, ac tropæis clarus traducam ? Ad quem Sabbatius; Tu quidem Imperator, fortunatus celebrique fama inter Reges terræ clarebis. quod si vis vitã, & diligis dies videre bonos, ac inter Gentes & Barbaros proferre imperium, omnem Imaginum abole memoriam; ac ecce futurum est, vt annos duos supra triginta bene plenos cum filio Domino Constantino imperes ac rerum potiaris, Bulgarosque subijcias, atque ensem tuum in media Bulgaria, ad eorum aulæ Æream aream figas. Verùm quod facis fac citius; nec vllam susdeque Imaginem relinquas.

Summè igitur exhilaratus Imperator, imperata indubiè exque animo præstare satagebat; ne fortè annorum triginta factæ induciæ, haud secus ac auis auolans, è manibus illi effluerent. Accersito itaque, quem modò dicebam, Ioanne Lectore, ad eum, quæ mandata acceperat refert. Is verò, Imperatoris iussionem reueritus, propensissimè se facturum pollicetur. Imperiali itaque manu atque opera, quicquid in Monaste-

Accersita ab idolis ad sacras Imagines calumnia.

θεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ὃν ποτὲ εἶδεν ἐν Ρακούντιδι προσκυνούμενον βροτοῖς Σέραπιν. εἶπε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, Κύριε, πόσα ἔτη ζήσομαι. εἶπε δὲ ὁ Σέραπις, Καλὸν μὲν θνητὸν ὄντα, μὴ εἰδέναι πότε μέλλει τελευτᾶν. προσδεχόμενος ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἀφ' ἡμέρας ἔμαθεν, ἐτελεύτησεν. τὸ δὲ ἐν ἀγνοίᾳ παθεῖν, τοῦτο λήθην παρέχει, τὸ μὴ ἔχειν κατὰ γνώμην, εἰ καὶ ὅλως τελευτᾶν.

Εἶτα φησὶ ὁ πολυπράγμων βασιλεὺς τῷ προγνώστῃ καὶ μάντει, Τί ποιήσω καὶ τί πράξω, ὅπως ἐν εὐζωΐᾳ καὶ εὐημερίᾳ καὶ τροπαιοφόρῳ νίκῃ διαβιῶναι με τὸν ἅπαντά μου χρόνον. καὶ φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Σαββάτιος, Σὺ μὲν, ὦ βασιλεῦ, ηὐτύχησας, καὶ ὀνομαστὸς ἔσῃ ἐν βασιλεῦσι τῆς γῆς. εἰ δὲ θέλεις ζωὴν, καὶ ἀγαπᾷς ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς, καὶ κυριεῦσαι ἐθνῶν καὶ βαρβάρων, πᾶσαν τὴν τῶν εἰκόνων ἀφάνισον μνήμην τέλεον· καὶ ἰδοὺ μέλλεις ἐν ὅλοις τριακονταδύο χρόνοις μετὰ τοῦ υἱοῦ σου κυροῦ Κωνσταντίνου ἄρχειν καὶ βασιλεύειν· καὶ τοὺς Βουλγάρους καθυποτάξεις, καὶ πήξεις τὴν ῥομφαίαν σου μέσον τῆς Βουλγαρίας, εἰς τὴν χαλκῆν ἅλωνα τῆς αὐλῆς αὐτῶν. ἀλλ' ὅπερ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. μήτε ἄνω ἀφῇς εἰκόνα, μήτε κάτω.

Περιχαρὴς οὖν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τὰ προσταχθέντα ἀνενδοιάστως ἐκπληρῶσαι ἐσπούδαζε, μήπως ἡ τῶν λ'. χρόνων ὁροθεσία ὥσπερ ὄρνεον ἐκπετασθὲν, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ διαδράσῃ. προσκαλεῖται οὖν τὸν προρρηθέντα ἀναγνώστην Ἰωάννην, καὶ ἀνατίθεται αὐτῷ τὰ τῆς σκέψεως. ὁ δὲ, ἑτοιμότατα φοβηθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν, ποιεῖν τὸ κατ' αὐτὸν ἐπαγγέλλεται. καὶ δὴ βασιλικῇ χειρὶ

ταῖς βίβλοις πάσας τῶν μοναστηρίων περιαθροίσας, καὶ ἀνερευνήσας τὰς τῶν εἰδώλων ἀπογραφεύσεις, ταύτας προσέρρηψαν τῇ σεβασμίᾳ εἰκόνι τοῦ Χριστοῦ. ὡς γὰρ τὸν Βὴλ καὶ Δαγὼν τὸν Χριστὸν λογιζόμενοι, τούτου τὰς σεπτὰς εἰκόνας κατέκαυσαν.

Καὶ δὴ ἐν ἀναπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστὴς βασιλεύς, ἀλλὰ προσκαλεσάμενος τὸν ἁγιώτατον Νικηφόρον τὸν πατριάρχην, δείκνυσιν αὐτῷ τὰ συλλεγέντα παρὰ τοῦ Ἰωάννου πιττάκια, καὶ μυθικὰ λογίδρια ὡς μειρακίσκων ἀθύρματα. 16 ὁ δὲ
16. ἁγιώτατος καὶ σοφὸς τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος, ὥσπερ ἱστὸν ἀράχνης ταῦτα διέλυσε· καὶ τέως μὲν ὁ βασιλεὺς εὐλαβηθεὶς, ἀνακωχὴν ποιεῖται τοῦ σκέμματος. ὁ δὲ Ἰωάννης, δεδιὼς τὸν ἀπὸ τοῦ πατριάρχου ἀφορισμὸν, συμβεβηκυίᾳ δὲ νόσῳ περιτρυχωθεὶς, ἣν μεμέληκε μετάνοιαν ἐξαιτεῖται παρὰ τοῦ πατριάρχου· συγγνώμην αἰτῶν τῆς προπετείας, καὶ τῇ μοναδικῇ προσδραμεῖσθαι μετανοίᾳ· ὅπερ καὶ γέγονεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀσχολίᾳ τῶν ἀγωνισμάτων γενόμενος, διενοεῖτο τίνα ἄρα εὑρήσει συνεργόν. μηνύεται δὲ αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ μητροπολίτου Ἀντωνίου ὄντι ἐν τῷ Σιλαίῳ. ὁ δὲ τάχιστα αὐτὸν κελεύει τὰ βασίλεια προσφθάνειν.

Καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, Συναγώνησαι ἡμῖν ὦ μητροπολῖτα εἰς ὃ βουλόμεθα, καὶ προεδρεύειν σε καταστήσω τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου. ὁ δὲ ἑτοιμότατα τὰ προσταχθέντα ποιεῖν ἐπαγγέλλεται. γνοὺς δὲ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Νικηφόρος, προσκαλεσάμενος αὐτὸν, εἶπεν, Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει; ὁ δὲ φησὶ,

riis librorum erat coacetuantes, ac quibus in eis interdictum idolis est, locos scrutantes, venerandæ Christi Imagini, eos affinxere. Velut enim Belis atque Dagonis loco Christum habentes, venerandas eius imagines flammis addixere.

Denique nihil sibi quietis indulgens gnauus Imperator; quinimmò sanctissimum Patriarcham Nicephorum accersens, collectos à Ioanne libellos, fabellisque refertos indiculos, velut puerorum terricula-menta ac laruas ei ostendit. At vir sanctissimus sapiensque Ecclesiæ Magister, tanquam araneorum telam cuncta facili negotio euertit. Quamobrem hactenus quidem Imperator reueritus, eius quod ita moliebatur, inducias facit. Ioannes verò mouendum se communione, Patriarchę sententia timens, morbique casu attritus, quam neglexerat, à Patriarcha pœnitentiam petit; veniam temeritatis rogans, & vt eius criminis reatu Monasticæ exercitationis castra petere liberum sit: quod & factum est. At Imperator rei euentu animi anxius, irritoque conatu perculsus, animo cogitabat, quem demum operis adiutorem inueniret. Nuntiatumque illi est de Antonio Metropolita, qui erat in Sylæo: quem mox in aula præsto esse iubet.

Nicephori Patriarchæ illis tuẽdis præclara opera.

Ioannis Lectoris ficta pœnitentia.

Ad quem Imperator: Vnà operam præsta, ô Metropolita, in id quod molimur, téque Patriarchalis Sedis Antistitẽ collocabo. Pollicetur ille propensissimè se iussa facturum. Quo cognito, sanctissimus Patriarcha virum accersens, Num hæc ita se habeant, quærit. Cui ille, Absit, Domine, illud à nobis, & vt aliquid

Antonij Metropolitæ simulatio, ac peruersitas.

fecerim. Quin adeò maiorem facturus fidem, manu propria exaratas Cruces, sententiæ tenax, Fidei libello apponam. Quod & ocyus sub sanctissimorum Metropolitarum qui simul inuenti sunt, præsentiam fecit; vti etiam quando ordinatus est hæc subscripserat. *In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Antonius Dei misericordia Silai Metropolita, manu mea subscripsi. Qui in sanctam & consubstantialem ac viuificam Trinitatem credamus, venerandas Imagines amplexamur ac suscipimus. Qui non ita sentiunt, sint anathema. Qui non ita credunt, procul ab Ecclesia arceantur. Hoc est fides sanctorũ Patrum. Hac fides, orbem terrarum illustrauit. Qui igitur posthac ausi fuerint euertere aliquid eorum, quæ Ecclesiæ legitimè tradita sunt, siue pictas Imagines, siue Crucis figuram, siquidem Sacerdotes sint, prorsus deponantur: sin autem Monachi aut Laici, anathematizentur.* Hæc Antonius cùm sigillo obsignasset, Patriarchalibus ædibus excedit. Hæc autem Imperatore ex illo percontante, ait, *Illusimus eis, Imperator, vt curis liberior sis, in iis quæ moliris.* O nouum Manichæum eademque ac Persa sentientem! ô dementiam! ô stoliditatem! Inter Christianos, Christianum agit: inter Iudæos, Iudæum. Adeóque præsidentes ambo, Ioannes ac Antonius, hæreticorum vino medicatum craterem miscuerunt. Ac sanè diuinas Scripturas atque vtiles secundum desideria sua peruertentes, commentitias inque animorum exitium comparatas doctrinas proferunt, venerandas Imagines idola obgannientes.

Μὴ γένοιτο ἡμῖν ὦ δέσποτα τοῦτο, μηδέ τι πρᾶξαι. ἀλλὰ καὶ πρὸς πλείστα πληροφορίαν, τοὺς ἰδιοχείρους μου σταυροὺς ὑπογράφω τῷ τῆς ὀρθοδοξίας λιβέλλῳ ἑτοίμως· ὅπερ καὶ τάχιον κατὰ παρουσίαν τῶν συναθροισθέντων ἁγιωτάτων μητροπολιτῶν πεποίηκεν, καθὼς καὶ ἐν χειροτονίᾳ αὐτοῦ ταῦτα ὑπέγραψεν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ἀντώνιος ἐλέει Θεοῦ μητροπολίτης Σιλαίου, χειρὶ ἐμῇ ὑπέγραψα, Πιστεύοντες εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν Τριάδα, τὰς τιμίας ἀσπαζόμεθα εἰκόνας. οἱ μὴ οὕτω φρονοῦντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν. οἱ μὴ οὕτω πιστεύοντες, πόρρω τῆς ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. αὕτη ἡ πίστις τῶν ἁγίων πατέρων. αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν. οἱ οὖν τολμῶντες μετὰ ταῦτα ἀνατρέπειν τι τῶν ἐνθέσμων τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένων, ἢ εἰκονικὴν ἀναζωγράφησιν, ἢ σταυροῦ ἐκτύπωμα· εἰ μὲν ἱερεῖς εἰσί, παντάπασι καθαιρεθήσονται· εἰ δὲ μονάζοντες ἢ λαϊκοί, ἀναθεματισθήσονται. ὁ δὲ ταῦτα ἐπισφραγισάμενος, ἐξῄει τοῦ ἐναγοῦς πατριαρχείου. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα πυθόμενος, ἔφησεν ὁ Ἀντώνιος, Ἐχλευάσαμεν αὐτοὺς ὦ δέσποτα, ὅπως ἀμεριμνότερος ἔσῃ ἐπὶ τὰ δοκοῦντα. ὢ τοῦ νέου Μανιχαίου καὶ Περσόφρονος. ὢ τῆς ἀνοίας. ὢ τῆς φρενοβλαβείας. ἐν Χριστιανοῖς χριστιανίζει· ἐν Ἰουδαίοις ἰουδαΐζει. καὶ δὴ προκαθεσθέντες οἱ δύο Ἰωάννης καὶ Ἀντώνιος, ἐκέρασαν εἰς κρατῆρα τῶν αἱρετικῶν πεφαρμακευμένον οἶνον, καὶ δὴ γραφὰς θεοπνεύστους καὶ ὠφελίμους στρεβλοῦσι κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, προβαλλόμενοι ἐπιπλάστους καὶ ψυχοφθόρους διδασκαλίας· εἴδωλά τε τὰς σεβασμίας εἰκόνας βατταρίζοντες.

Ο οὖν μέγας ἀρχιερεὺς Νικηφόρος ὁ ἱεροφάντωρ σύνοδον ἁγίων πατέρων συναθροίσας τὸν ἀριθμὸν σν', καὶ πάντων τὰς ἱερατικὰς στολὰς ἀμπεχομένων ἐν τῇ μεγάλῃ Σοφίᾳ· τοῦ τε πλήθους τῶν ἱερέων καὶ τῶν μοναχῶν τῆς βασιλίδος πόλεως ὁμοῦ συναθροισθέντων· ἀνελθὼν ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἐν τῷ ἄμβωνι, ἀνεθεμάτισε τὸν αἱρεσιάρχην, τάδε ἀναβοῶν, Ἀντωνίῳ τῷ νέου Ἀρείου παραπλησίῳ Παυλικιανῶν, ἀνάθεμα. ὁ λαὸς, Ἀνάθεμα. ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης φησὶν, Ἀντώνιος ὁ νέος Ἄρειος δεδεμένος ἐστὶν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἐκ τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου· ἐκ τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ἐκ τῶν ἁγίων τριακοσίων δεκαοκτὼ πατέρων, ἐκ τῶν ἁγίων μεγάλων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἐκ τῶν ἁγίων μεγάλων πατριαρχικῶν καὶ ἀποστολικῶν θρόνων, καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες· ὡς Χριστομάχος, ὡς παραβάτης τῶν ἰδιοχείρων σταυρῶν, ὡς ἀποστάτης τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ὡς εἰκονοκλάστης, ὡς εἰδωλολάτρης, ὡς χριστιανοκατήγορος, ὡς χριστιανοδιώκτης, ὡς ἱερεοκτόνος· τῶν ἱερέων τὸ μῦσος, τῶν πατριαρχῶν ὁ ἐνάγιστος, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἡ πρώτη ἀποστασία, ὁ πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου, ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας ὁ ἀποκαλυφθεὶς ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ. ταῦτα τὰ ἐγκώμια τοῦ ἐλεεινοῦ Ἀντωνίου.

Τί οὖν ὁ συνεργὸς καὶ συμμέτοχος αὐτῷ ὁ φερώνυμος στερ[illegible]-

Magnus itaque Præsul diuinorum Interpres Nicephorus, sanctorum ducentorum septuaginta Patrum collecta Synodo, cunctisque sacerdotalibus stolis indutis in Magna Sophiæ æde, vnà quoque congregata Sacerdotum ac Monachorum Vrbis Augustæ multitudine, ipse sanctissimus Patriarcha ambonem conscendens, Hæresiarcham anathemate ferit, ac deuouet in hæc verba clamans. *Antonij noui Arij, errore Paulicianis affini, Anathema.* Populus, *Anathema.* Sanctissimus Patriarcha ait, *Antonius nouus Arius ligatus est in hoc sæculo & futuro in cœlo & super terram ex sancta consubstantiali & viuifica Trinitate; Patre & Filio & Spiritu sancto, exque sancto ac Apostolorum Principe Petro; ex duodecim Apostolorum collegio; ex sanctis trecentis decem & octo Patribus, ex sanctis magnis & Vniuersalibus Synodis, ex sanctis magnis Patriarchalibus & Apostolicis Sedibus, & à me, qui ipsum ordinaui, cunctique illi communione iuncti; tanquam Christi hostis, vt qui manu propria fixas cruces præuaricator violauerit, vt qui à recta fide desertor sit, vt Imaginum effractor, vt Idolorum cultor, vt Christianorum calumniosus accusator, vt Christianorũ persecutor, vt Sacerdotum occisor. Sacerdotũ ille & Patriarcharum execratio, ille scelestissimus; abominatio desolationis, prima discessio ac defectio Antichristi præcursor, homo iniquitatis, filius perditionis, qui nunc temporis reuelatus est* Hæ laudes, tantaque præconia infelicis Antonij.

Nicephori Synodus, exque illa dictum in Antonium Anathema.

Matth. 24. v. 15.
2. Thess. 2. v. 3.

Quid igitur eius adjutor & particeps, ille verè pro nominis ipsa re-

tione Antichristi præcursor; cuius ex ore egreditur igneus blasphemiæ clibanus; falsus ille vates Balaam, Pythonissæ discipulus? aduersæ nimirum partis ambo tribuni; & noui Pharaonis venefici ac incantatores Iannes & Iambres Mathematici? Quid leonis ille præditus specie, in leonis morem aduersus Ecclesiam rugiens? Nempe huius auctorem hæreseos imitatur; ac, sicut ille diuinum Germanum, hic quoque inclytum sanctissimumque Nicephorum Patriarchali Sede expellit, cunctosque illius partium sanctissimos Episcopos atque Monachos tormentis exiliisque damnauit. Quid igitur? Extruso Iacob prædilecto, eius loco exosus & ante ortum Esau, intruditur. Ascendunt aliunde fures & latrones in Ecclesiæ caulam. Sacrum altare contaminatum est. Gaudent rursus Iudæi; rursus iubilant ac plaudunt manibus; rursus superbiunt & insolescunt aduersus Christum Dei Nazarenum, quem cruci affixerunt, dum hæc fieri conspiciunt. Rursus Montanistæ locum acceperunt.

Quid igitur Leo altum rugiens velut in sylua, fremensque aduersus Ecclesiã & aduersus Christum eius? Beatam Vrbem turbis implet ac scãdalis. Vndique suspiria, lamenta, lacrymæ, gemitus discurrebant. Duplex namque erat, animorum corporumque interitus. Ac sanè, sui custodem præsidemque Imperij repulit, dicens, Recede à me, Iesu Imperator atque Rex; nolumus vias tuas scire; eiusque venerandam Imaginem in Ærea porta existentem, lapidibus, stercoribus, molli luto petentes, inque eius faciem spuentes, disruptam solo deiecerunt. Ac quidem

Exod. 7. v. 11.

2. Tim. 3. v. 8.

Altera alterius Leonis persecutio.

Rom. 9, v. 13

Ioan. 10. v. 1.

Iob. 21. v. 14

De hac Imagine Greg. 2. ad Leonem Isauri.

μος τοῦ Ἀντιχρίστου· οὗ ἐκ τοῦ στόματος ἐκπορεύεται τῆς βλασφημίας κλίβανος πυρός· ὁ ψευδομάντις Βαλαάμ, ὁ τῆς ἐγγαστριμύθου μύστης· οἱ δύο τῆς ἐναντίας μοίρας ἑκατόνταρχοι· οἱ νέοι Φαραωνιτικοὶ φαρμακοὶ καὶ ἐπαοιδοὶ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς οἱ μαθηματικοί. τί οὖν ὁ λεόντειον εἶδος ἔχων, λεοντιαίως βρυχώμενος κατὰ τῆς ἐκκλησίας; μιμεῖται τὸν ἀρχηγέτην Λέοντα τῆς αἱρέσεως ταύτης· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος τὸν θεσπέσιον Γερμανόν, καὶ οὗτος τὸν ἀοίδιμον καὶ ἁγιώτατον Νικηφόρον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου ἐξωστράκισε, καὶ πάντας τοὺς κατ' αὐτὸν ἁγιωτάτους ἀρχιερεῖς καὶ μονάζοντας, βασάνοις καὶ ἐξορίαις κατεδίκασε. τί οὖν; ἐξάγεται Ἰακὼβ ὁ ἠγαπημένος· ἀντεισάγεται Ἠσαῦ ὁ μεμισημένος καὶ πρὸ γενέσεως. ἀναβαίνουσιν ἀλλαχόθεν οἱ κλέπται καὶ λῃσταὶ εἰς τὴν αὐλὴν τῆς ἐκκλησίας. βεβήλωται τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι χαίρουσι· πάλιν ἀλαλάζουσι μεγαλοκροτοῦντες τὰς χεῖρας· πάλιν βρενθύονται καὶ γαυριῶνται κατὰ τοῦ Ναζωραίου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσταύρωσαν, ταῦτα δρώμενα βλέποντες. πάλιν Μοντανισταὶ χώραν ἔλαβον.

Τί οὖν Λέων, μέγα ὡς ἐν δρυμῷ ὠρυόμενος, καὶ μυκώμενος κατὰ τῆς ἐκκλησίας καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτῆς. ταραχῶν, καὶ σκανδάλων τὴν εὐδαιμονοῦσαν πόλιν ἐμπέπλησιν· οἰμωγαί τε καὶ θρῆνοι, καὶ δάκρυα καὶ στεναγμοὶ πανταχόθεν διέτρεχον. διπλοῦς γὰρ ἦν ὁ θάνατος, ψυχῶν τε καὶ σωμάτων. καὶ δὴ τὸν φύλακα καὶ φρουράρχην τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπώσατο, εἰπών, Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, Ἰησοῦ, βασιλεῦ· ὁδούς σου οὐ βουλόμεθα εἰδέναι· καὶ τούτου τὸν σεβάσμιον χαρακτῆρα τὸν ὄντα ἐν τῇ Χαλκῇ, λίθοις καὶ κόπροις, καὶ πηλώδεσι μάζαις, ἐμπτύοντες

πτύσαντες εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, προσέρριπτον, διαρρήξαντες αὐτὸν εἰς τοὔδαφος. Ἰουδαῖοι μὲν ποτὲ λίθοις αὐτὸν ἀπέβαλον, Σαμαρείτην καὶ δαιμονῶντα αὐτὸν ἀποκαλοῦντες· αὐτὸς δὲ διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο. οὗτοι δὲ χείρονα τούτων ἐδείξαντο. ὄντως ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον, καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος τὴν τοῦ Καίσαρος Τιβερίου εἰκόνα ἐν χερσὶ κρατήσας, καὶ εἰρηκώς, Τίνος ἡ εἰκὼν, καὶ ἐπιγραφὴ αὕτη, οὐκ ἐνύβρισεν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὀφειλὸν ἀπέδωκεν ὡς Καίσαρι, καὶ τὸν κῆνσον ἐτέλεσεν.

Ὦ λαὸς ἄνομος, μωρὸς καὶ ἀσύνετος, ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν ὑμῶν. ἀλλ' οἷα πάσχει καὶ νῦν ὁ Λόγος, παρὰ μὲν τῶν ἀσεβούντων βλασφημούμενος, καὶ ἀνέχεται τὰ τῆς ὕβρεως· μακρόθυμος γάρ· παρὰ δὲ τῶν εὐσεβῶν εὐφημούμενος, καὶ ἀναβάλλεται τὰ τῆς μακροθυμίας· τοῖς μὲν, ἴσως καιρὸν διδοὺς μετανοίας, ἡμῶν δὲ δοκιμάζων τὸν πόθον, εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶσι. καὶ μὲν δὴ τούτων πλείονα καὶ θρήνων ἄξια, δι' ἃ ἦλθεν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὸν λαὸν τῆς ἀπειθείας, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται, καὶ πᾶσιν ἡμῖν πρόδηλα γεγόνασι· λιμοὶ, λοιμοὶ, σεισμοὶ, καταποντισμοὶ, θάνατοι ἐξαίσιοι, πόλεμοι ἐμφύλιοι, ἐθνῶν ἐπαναστάσεις, ἐμπρησμοὶ ἐκκλησιῶν, ἐρημώσεις χωρῶν καὶ πόλεων, αἰχμαλωσίαι λαῶν ὡσεὶ πρόβατα εἰς σφαγὴν πορευόμενα. μέχρις Αἰθιόπων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ εἰς ἀνατολὰς γῆς, δοῦλοι καὶ αἰχμάλωτοι, νεάνιδες καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων· καὶ πᾶσα ἡλικία ἄρδην συντετέλεσται. Οἱ γὰρ πατέρες, φησὶ, ἔφαγον τὸν ὄμφακα, καὶ

dem Iudæi quondam, Samaritanum vocantes ac dæmonium habentem, lapidibus ipsum appetierunt: ipse verò, per medium illorum ibat: Hi autem, illis peiora factitarunt. Planè *inimicus improperauit Domino, & populus insipiens irritauit nomen eius.* Nam & ipse Dominus Tiberij Cæsaris manu tenens imaginem, ac dicens, *Cuius est imago hæc & superscriptio?* nulla violauit iniuria; quin etiam debitum tanquam Cæsari reddidit, ac censum persoluit.

Luc. 4. v. 30.

Psal. 73. v. 18.

Matth. 22. v. 20.

O nefarius populus, stultus & insipiens, in quem os aperuistis, & in quem laxastis linguam vestram? At qualia nunc quoque Sermo patitur, quem quidem impij blasphemiis compluant; sustinetque, qui longæ patientiæ ac benignus sit; pij autem laudibus celebrent, ac differt longanimitatem; fortè, vt illis pœnitentiæ spatium concedat, nostrumque desiderium ac amorem exploret, ne deficiamus in tribulationibus, ac certaminibus pietatis causa desudandis. Cæterum his eorum plura ac lamentis digna, *propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ*, vti superius declaratum est, ac nobis palam fuerunt manifesta; fames, pestes, terræmotus, absorptæ vrbes, mortes insolitę, bella ciuilia, gentiū irruptiones, Ecclesiarū incendia, prouinciarū vrbiūq; desolationes, populorum ouiū instar ad victimā ductarum, captiua capita. Ad Æthiopas vsque, Indosque ac extremas Orientis partes serui ac captiui, iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus: prorsusque omnis ætas consumpta est. *Patres* enim, inquit, *comederunt vuam acerbam, & filiorum dentes obstupescunt.* Et

Hæc ex Gregor. Theol. mutati.

Eph. 5. v. 6.

Mala ex hæresi, ac Imaginum religione violata.

Ier. 31. v. 29.

Deut.5.v.5. iterum, *Ego Dominus*, inquit, *reddens peccata patrum in filios, vsque ad tertiam & quartam generationem.*

Quòd verò diuinus Altissimi dexteræ cuncta Imperio regentis atque tuentis gladius, virum peremerat, ac velut grandem bestiam in muscipulam suam conjecerat, vti etiam Pro-
Ezech. 26. pheta ait, *Ecce inducã super te alienas pestes de Gentibus & effundẽt gladios suos super te, & super pulchritudinem scientiæ tuæ: & sternent pulchritudinem tuam in perditionem; & deponent te, & morieris morte vulneratorum in corde maris. Nunquid loquens dices, Deus ego sum, in conspectu interficientium te? Tu verò homo*
Isa 14. v.11 *es, & non Deus. Subter te sternent tibi tineam, & operculum tuum vermis. Videntes te, mirabuntur super te, & dicent, Iste homo, qui irritabat terram, qui concutiebat Reges, qui ponebat orbem vniuersum desertum: Porro Vrbes euertit, & qui fuerant abducti, non soluit. Omnes Reges terræ dormierunt in honore; homo in domo sua. Tu autem proiicieris in montibus, sicut cadauer abominatum cum multis confossis, ac gladiis contrucidatis, descendentibus in infernum:* vt sciant omnes, quia Dominus Rex fortis est & potens, Reges terræ alios aliis mutans. Apud eum, sapientia & virtus; apud eum potestas & fortitudo; humiles in sublime tollit, & eos
Iob.12.v.14 qui perierant, exsuscitat. In soliis Reges constituit; mutans Reges, & corda Principum terræ. Vbinam falsi vates & impostores? Vbi triginginta annorum inclyta tropæa, hominis terrena sapientis, nec cum cœlesti Rege vllas vitæ rationes communes habentis?

τὰ τέκνων ἀμοδιάσουσι. καὶ πάλιν,
Ἐγὼ, φησὶ Κύριος, ἀποδιδοὺς ἁμαρ-
τίας πατέρων ἐπὶ τὰ τέκνα ἕως τρί-
της καὶ τετάρτης γενεᾶς.
17 Ἐπεὶ δὲ ἡ θεία τῆς παντοκρατορι- 17.
κῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου μάχαιρα τοῦ-
τον διεχειρίσατο, καὶ ὡς θῆρα μέγαν
εἰς τὴν παγίδα αὐτοῦ ἐνέβαλε,
καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, Ἰδοὺ
ἐπάγω ἐπὶ σὲ 18 ἀλλοτρίους, λοι- 18.
μοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐκκενώ-
σουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν ἐπὶ σὲ,
καὶ ἐπὶ τὸ κάλλος τῆς ἐπιστήμης σου· καὶ
στρώσουσι τὸ κάλλος σου εἰς ἀπώλειαν,
καὶ καταβιβάσουσί σε· καὶ ἀποθανῇ
θανάτῳ τραυματιῶν ἐν καρδίᾳ θα-
λάσσης. Μὴ λέγων ἐρεῖς, Θεός
εἰμι ἐγὼ ἐνώπιον τῶν ἀναιρούντων
σε; σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός.
ὑποκάτω σου στρώσουσί σοι σῆψιν, καὶ
τὸ κατακάλυμμά σου σκώληξ. 19 οἱ 19.
ἰδόντες σε, θαυμάσονται ἐπὶ σὲ, καὶ
ἐροῦσι, Οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ὁ παρο-
ξύνων τὴν γῆν, ὁ σείων βασιλεῖς, ὁ
θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον· τὰς
δὲ πόλεις αὐτοῦ καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐν
ἀπαγωγῇ οὐκ ἔλυσε. πάντες οἱ βασι-
λεῖς τῆς γῆς, ἐκοιμήθησαν ἐν τιμῇ. ἄν-
θρωπος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· σὺ δὲ ῥιφή-
σῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς νεκρὸς ἐβδελυγ-
μένος, μετὰ πολλῶν ἐκκεκεντημένων, καὶ
τεθνηκότων μαχαίραις καταβαινόν-
των εἰς ᾅδην, ἵνα γνῶσι πάντες, ὅτι
Κύριος κραταιὸς καὶ ἰσχυρὸς βασιλεὺς,
διαλλάσσων βασιλεῖς γῆς. παρ' αὐτῷ
σοφία καὶ δύναμις. παρ' αὐτῷ κράτος
καὶ ἰσχὺς, ποιῶν ταπεινοὺς εἰς ὕψος,
καὶ ἀπολωλότας ἐξεγείρων· καθιζά-
νων βασιλεῖς ἐπὶ θρόνων· διαλλάσσων
βασιλεῖς, καὶ καρδίας ἀρχόντων γῆς.
ποῦ εἰσὶν οἱ ψευδομάντεις καὶ ἀπα-
τεῶνες. ποῦ εἰσιν οἱ τριάκοντα τρο-
παιοφόροι χρόνοι τοῦ ἐπιγειόφρονος, καὶ
μὴ τὸ πολίτευμα ἔχοντος μετὰ τοῦ
ἐπουρανίου βασιλέως.

Τί οὖν ὁ θανατῶν καὶ ζωογονῶν·
ὁ κατάγων εἰς ᾅδου, καὶ ἀνάγων. ὁ
19. ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν. 19 ἐξήγει-
ρε τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ τὸν φερώνυμον
τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγον,
Μιχαὴλ τὸν πρᾳότατον καὶ γαλη-
νότατον βασιλέα, χριστομιμήτως λέ-
γοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε.
καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύ-
φθητε· ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀν-
δρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παραπικραίνον-
τας, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις.
πάντα σύνδεσμον ἀδικίας διαῤῥήσ-
σων, ἀνήγαγεν ἐκ λάκκου ταλαι-
πωρίας, τοὺς ἐν ἐξορίαις καὶ θλί-
ψεσι, καὶ πικρᾷ δουλείᾳ κατεχομένους·
πάσης χαρᾶς καὶ θυμηδίας τῆς Ῥωμαϊ-
κῆς βασιλείας ἐνέπλησεν. ἔδωκε
γὰρ ὁ Κύριος χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἀν-
θηφόρος βλαστάνει τὰ ἀγαθὰ καὶ τὸν
καρπὸν αὐτῆς. ἡ δεξιὰ Κυρίου ἐποί-
ησε δύναμιν· ἡ δεξιὰ Κυρίου ὕψω-
σεν αὐτὸν, καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης
αὐτοῦ συνέτριψε τοὺς ὑπεναντίους. τί
οὖν ὁ εἰρηνικώτατος καὶ πρᾳότατος
βασιλεύς. ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν εἰρήνῃ
κεκοίμηται, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ
αὐτοῦ. συναντήσονται γὰρ τοῖς ποιοῦσι
τὸν ἔλεον ἐν κρίσει· κατακαυχᾶται
καὶ ἔλεος κρίσεως.

Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐγείρων κέρας σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν βραχίονι αὐτοῦ, ἀνέστησεν ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ φυτὸν βασιλείας ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν τοῦ θρόνου αὐτοῦ, σὲ τὸν μέγαν, καὶ φερώνυμον τῆς θεοσεβείας ἄνακτα, ἐν τῇ δυναστείᾳ τῆς σωτηρίας τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. βασιλείαν κραταιὰν, ἰσχυρὰν, καὶ ἔντιμον ἔδωκεν ἐν τῇ χειρί σου ὁ τῶν ὅλων δεσπότης καὶ Κύριος, θεοστήρικτε δέσποτα, ἔμβλεψον εἰς ἀρχαίας γενεὰς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ πιστῶν βασιλέων, πῶς ἡ δόξα καὶ ἡ εὐπρέπεια αὐτῶν ἀτελεύτητος ὑπάρχει.

Quid igitur, *qui mortificat & vi- 1.Reg.2.v.6
uificat, deducit ad inferos & reducit?*
qui humiliat & subleuat? Nimirum
suscitauit Imperio suo, qui à sua vir-
tute nomen habeat Principem mili-
tiæ, mansuetissimum serenissimum-
que Michaëlem Augustum; Christi
æmula benignitate dicentem, *hu, Isa. 49. v.
qui in vinculis, Exite; ac qui in tene- 9.
bris, Reuelamini: educens vinctos in
fortitudine; similiter eos qui exaspe- Ps. 67. v. 7.
rant, qui habitant in sepulchris.* Dis-
rumpens omne vinculum iniquita-
tis, eduxit de lacu miseriæ, eos, qui
exilio relegati, atque in angustiis ac
amara seruitute cōstituti erant: omni
gaudio ac iucunditate Imperiū Ro-
manū repleuit. Dedit enim Dominus Ps. 84. v. 13.
benignitatem, terraque nostra efflo-
rens, bona germinat, ac fructum suū
edidit. Dextera Domini fecit virtu- Ps. 117. v.
tem; dextera Domini exaltauit illū, 16.
& in multitudine gloriæ suæ contri- Exod. 15. v.
uit aduersarios. Quid igitur pacis stu- 7.
diosissimus ac mitissimus Imperator?
In idipsum in pace dormiuit; & erit Ps. 4. v. 9.
in pace sepultura eius. Obuios enim
habiturus est, qui faciunt misericor-
diam in iudicio. *Misericordia* enim Iacob. 2. v.
gloriatur aduersus iudicium. 13.

Quia verò is, qui erigit cornu sa- Ad Theophilum exhortatio.
lutis populo suo in brachio suo, eius
ex radice, Imperij germen in præpa-
rationem solij ipsius suscitauit, Te
nimirum magnum, exque pietate ac
religiositate ritè nuncupatum, Au-
gustum, in potentia salutis dexteræ
suæ; Imperium potens & forte atque
nobile in manu Tua vniuersorum
Dominus ac Herus, à Deo conser-
uate Domine, tradidit; aspice ad
antiquas religiosissimorum ac fide-
lium Imperatorum generationes,
quo pacto eorum claritas & magni-

ficentia immortalitati consecrata sit In pace sepulti sunt: & sepulcra eorum, & ossa eorum in locis suis reuirescent, illisque Dominus imperabit, quia Animæ eorum in manu eius sunt. Imitare piissimum ac religiosissimum Imperatorem Constantinum beatæ Helenæ filium, qui annos totos quatuor supra triginta in omni pietate ac morum honestate claruit, cunctasque Barbaras gentes sibi subjecit. Adeoque Vir ille religiosissimus Sacerdotes ac Monachos, vtriusque Ordinis egregiè cultor, obseruabat, vt ferant, quandoque illi oblatis aduersus eos criminationum libellis, mox in ignem conjecisse, inque ea verba inclytum Imperatorem delatores affatum esse, Ego, si Sacerdotum aliquem aut Monachorum quidpiam sceleris patrantem offendero, mea ipse explicata chlamyde, ipsum obtexero. Quis ergo vnquam inter Imperatores, Viro illo sancto religiosior extitit, benigniorque ac miserationis affectu impensior?

Eccl. 44 v. 14.

Constantini in Episcopos Monachosque religio.

ἐτάφησαν ἐν εἰρήνῃ, καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναθάλλει ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν· καὶ βασιλεύει αὐτῶν Κύριος, ὅτι αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐν χειρὶ αὐτοῦ εἰσί. μίμησαι τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον βασιλέα Κωνσταντῖνον υἱὸν τῆς μακαρίας Ἑλένης, ἐν ὅλοις λδ΄ χρόνοις διαπρέψαντα ἐν πᾶσιν εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, πάντα τὰ βάρβαρα ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ὑποτάξας. ὅσω τοσοῦτον ἦν φιλοιερεὺς καὶ φιλομόναχος ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ θεοφιλὴς, ὅτι φασὶν ἐν μιᾷ 20 20.
κατηγόρων ἐπιδοθέντων πιττάκια κατ' αὐτῶν, ταῦτα μὲν γὰρ εὐθὺς καῦσαι· εἰπεῖν δὲ οὕτως ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς, Ὅτι ἐὰν ἐγὼ εὕρω φησὶν ἱερέα ἢ μοναχὸν ἔν τινι παραπτώματι, ἐγὼ αὐτὸν τὴν χλαμύδα μου ἥπλωσα ἂν, καὶ ἐσκέπαζον αὐτόν. τίς ἄρα θεοσεβέστερος, καὶ φιλάγαθος καὶ συμπαθητικώτερος ἐν βασιλεῦσι τοῦ ἁγίου τούτου.

Scrutare magnum pietatis iubar Theodosium religiosissimum Imperatorem, orthodoxæ fidei stemmate præclarè ornatum. Nam hic quoque sic Christi amans, inque Monachos affectus fuit, vt, cùm Maximi in Occiduis partibus bello, ingenti angustia teneretur, conferta adeò hostiũ acie, vt tercentena hostium millia numeraret, ad sanctissimum quendã Monachum in monte exercentem miserit, precibusque ad Deum nutante Republica, vt adiutor accederet, rogauerit. Donatus is vocabatur. Sanctissimus porrò Deoque afflatus Monachus, futuri euentus diuinitus præscius, cilicinam tunicam,

Magni Theodosij in eosdem.

Μαξίμου.

Ἰχνηλάτησον τὸν μέγαν τῆς εὐσεβείας λαμπτῆρα Θεοδόσιον τὸν εὐσεβῆ βασιλέα, πίστεως ὀρθοδόξου στέμματι κατηγλαϊσμένον· ὥστε τοσοῦτον ἦν καὶ οὗτος φιλόχριστος καὶ φιλομόναχος, ὅτι παρὰ 21 διὰ τὸν 21.
τοῦ τυράννου Μαξιμίνου πόλεμον ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν ἐν ἀγωνίᾳ πολλῇ συσχεθεὶς, ἐν τῇ τῶν πολεμίων πληθύϊ τριακοσίων χιλιάδων, ἀποστέλλει ἐφ' ἕνα τῶν ἐν τῷ ὄρει ὁσιωτάτων μοναχῶν, παρακαλῶν αὐτὸν εἰς εὐχῆς συμμαχίαν ἐπικουρῆσαι αὐτῷ· Δόνατος δὲ τοὔνομα αὐτῷ. ὁ δὲ ἁγιώτατος καὶ θεοφόρος μοναχὸς θεόθεν προγνοὺς τὸ μέλλον, ἀποστέλλει αὐτῷ τὸν βα-

σὺν τῷ τὸν τρίχινον αὐτοῦ χιτῶνα καὶ τὸ ἐπώμιον, καὶ τὸ κουκούλλιον, καὶ τὴν βακτηρίαν αὐτοῦ. ὁ δὲ μεγαλόψυχος καὶ εὔτολμος βασιλεὺς περιχαρῶς μετὰ πίστεως δεξάμενος ταῦτα, καὶ περιπτυξάμενος, καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενος· τὴν δὲ βακτηρίαν ἀντὶ δόρατος κατασχὼν, ἔφιππος γίνεται· καὶ δὴ τις θεία ἀγγελικὴ στρατιὰ ἐφ' ἵπποις ἐπλάμενοι, ἐφίσταται, καὶ τοὺς πολεμίους ὤθουν ἐν τοῖς βοθύνοις ἐν οἷς ὤρυξαν ἐν παγίδι θηρευτῶν, ἀντιστρεπτικῶς ἐκεῖσε κατέβαλον· τὸν δὲ τύραννον ἐν τῇ μεγάλῃ λαφύρᾳ οἱ σατράπαι ζῶντα χειρωσάμενοι, τοῖς ποσὶ τοῦ βασιλέως προσέφερον. τί τούτου τῆς νίκης ἔχουσιν ὑψηλότερον. ὃς κατηξίωται ἀγγελικὰς στρατιὰς συλλήπτορας αὐτοῦ γενέσθαι, οὐχὶ καὶ οὗτος εὐσεβὴς ἦν, προσκυνητὴς τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ τῆς Χριστοῦ εἰκόνος.

Ἐρεύνησον, καὶ ἴδε τὰ ἱερὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, τοὺς ἱεροὺς ἐνδυτοὺς, τὰ ἱερὰ σκεύη. ψηλάφησον,
22. καὶ ἴδε 22 τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον, εἰς ὃν δι' ἐγκαυστικοῖς καλλιεργήμασιν, ὁ μυστικὸς τοῦ Χριστοῦ δεῖπνος μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐγκεκόλαπτο· ὅνπερ ἱερὸν δίσκον Θεόδωρος ὁ οἰκονόμος τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ψηφισθεὶς ἀρχιεπίσκοπος τῆς Συρρακουσαίων πόλεως ὑπὸ τοῦ ἀρχιεπισκόπου τῆς βασιλίδος πόλεως· καὶ δὴ οὗτος ὁ Θεόδωρος ποιήσας τὸ ἔνθεον αὐτοῦ ἰδιόχειρον, τέθεικεν αὐτὸ ἐν τῷ δίσκῳ· καὶ φησὶν Ἀντώνιος, Εἰ πληροφορεῖς ἡμᾶς, καὶ ὁμόφρων ἡμῶν εἶναι βούλει, πάτησον αὐτὸν τοῖς ποσί σου. ὁ δὲ, τῷ πόθῳ τῆς φιλαρχίας δελεαζόμενος, ἑτοιμότατα ἀναιδῶς καὶ ἀνερυθριάστως αὐτὸν κατεπάτησεν. ὢ τῆς ἀνοχῆς, καὶ μακροθυμίας Ἰησοῦ Χριστοῦ. τί οὖν· οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; ναὶ,

palliumque & cucullum ac baculum ad eum mittit. Tum magnanimis præfidensque Imperator hisce gaudio ac fide susceptis, eaque exosculatus atque induens, nec non baculum hastæ loco tenens, equum conscendit. Cùm ecce diuina quædam Angelica acies in equis igneis discurrens mox præsto fuit, eáque hostes penitus in scrobes quas fecerant venatorio more, rebus in contrariũ versis, compulit. Tyrannus ipse ingentis spolij loco satrapis viuus captus, pro Imperatoris pedibus oblatus iisque substractus est. Quid ea sublimius expeditione, sana vsquam mente cogitari queat? Qui Angelicas acies bello socias meruit accipere, num pius ac religiosus rectæque fidei tenax, qui sanctæ Trinitatis cultor, ac Christi Imaginis venerator erat?

Exquire, & vide illius sacra donaria; sacras tunicas, sacra vasa. Contrecta, & vide eius maximum discũ, in quo Mystica Christi Cœna cum duodecim Apostolis subtili arte encausto cælata erat. Quem sacrum discum, Theodorus sanctorum Apostolorum Oeconomus, ab Augustæ Vrbis Archiepiscopo ordinatus Syracusarum Archiepiscopus; Theodorus, inquam, cum manu propria conscriptam schedam in discum misisset; dicente Antonio, Si nobis fidem facis, ac eiusdem nobiscum sententiæ esse vis, ipsum pedibus conculca; ille sacri principatus desiderio ebrius, impudenter nullaque verecundia promptè actutum conculcauit. O Christi Iesu patientiam longamque lenitatem! Quid igitur? *Nonne Deus requiret ista?* Sanè omnino; Nam & Caini septies vl-

Theodosij in sacris & vestibus Imaginum religio.

Sacrilega vasis sacri tractatio ac pœna.

Psal. 43. v. 22.
Gen. 4. v. 24.

tio facta est; ex Lamech autem septuagies septies. Ita nimirum Christianorum Vrbis Augustæ Episcopos decet? Quid igitur infelix Theodorus? Frustrato voto nec dignitatem adeptus, immatura morte atq; amara viuis extrusus est.

Alij Catholici ac pij Imperatores.

Ὀνώριον.

Æmulare religiosissime Domine, etiam qui secuti sunt Imperatores, Arcadium, Honorium, Theodosium; Leonem item & Marcianum, iisque similes religiosissimos Principes. Omnes enim eodem sensu fuere, ac pietati adhæsere. Sine qui in impietate Imperatores mortui sint, sepelire ac lugere mortuas animas suas. Eorum enim qui iniuriam patiuntur gemitus, illorum qui ea afficiunt castigatio fit. Cogita, & vide superioris ætatis Imperatorum atq; Principum vitæ commensum, quomodo velut somnium euolans transierunt. Cum omnino eorum res cõstabilitæ viderentur, tum prorsus perierunt. Quid igitur Tu quoque, optime Domine, vel si totos centum annos vixeris, fuerisque superstes ac rerum potiaris; nunquid postea sicut Patres tui non morieris? Non est famulus paruus & magnus, qui timeat herum suum. Vnus quippe in vitam ingressus, parque exitus est. Nec enim vllus extitit vnquam Imperatorum, qui ortus sui aliud initium nactus sit.

Sita seriaque admonitio; ipsa acris atque modesta.

Aspice in preces humilium, & ne spreueris petitionem eorum. Misere Ecclesiarum tuarum, ac lugentes consolare. Solatio leua qui in tribulatione existunt; Ecclesiarũ schismata seda; malè sentientium effractorum Imaginum superbos conatus extingue; insurgentes hæreses in fortitudine iusti Imperij tui & bra-

πάντως· ὅτι ἑπτάκις καὶ ἐκδεδίκηται Κάϊν· ἐκ δὲ Λάμεχ, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. οὕτως ἄρα πρέπει τοὺς ἀρχιερεῦσι τῆς βασιλείας τῶν Χριστιανῶν; τί οὖν ὁ δύστυχος Θεόδωρος· ἠστόχησε τῆς ἀξίας, θανάτῳ ἀώρῳ δύσθνητος γεγονώς.

Μίμησαι, θεοσεβέστατε δέσποτα, καὶ τοὺς μετέπειτα βασιλεῖς, Ἀρκάδιον καὶ Ὁνώριον καὶ Θεοδόσιον· Λέοντα καὶ Μαρκιανὸν, καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεοσεβεῖς βασιλεῖς. πάντες γὰρ ὁμόφρονες, καὶ θεόφρονες. ἄφες τοὺς νενεκρωμένους ἐν ἀσεβείᾳ βασιλεῖς θάψαι, καὶ κλαῦσαι τὰς ἑαυτῶν νενεκρωμένας ψυχάς. οἱ γὰρ τῶν ἀδικουμένων στεναγμοὶ, τῶν ἀδικούντων κόλασις γίνεται. ἐννόησον, καὶ ἴδε τῶν βεβιωκότων βασιλέων, καὶ ἀρχόντων τὴν πάροδον, πῶς ὡς ἐνύπνιον ἐκπετασθὲν παρῆλθον. ὅτε ἐδόκουν εἰς τέλος κατεστηρίχθαι, τότε εἰς τέλος ἀπώλοντο. ἀσεβῶν γὰρ καταπιπτόντων, δίκαιοι ἔκφοβοι γίνονται. τί οὖν καὶ σὺ ἀγαθὲ δέσποτα, εἰ καὶ ζῇς, καὶ διαμένεις, καὶ βασιλεύεις ἐν ὅλοις ἑκατὸν ἔτεσιν, οὐχὶ μετὰ ταῦτα ἀποθανῇ ὡς οἱ πατέρες σου; μικρὸς καὶ μέγας ἐκεῖ ἐστι θεράπων οὐ δεδοικὼς τὸν κύριον αὐτοῦ. μία γὰρ εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδος τὲ ἴση. οὐδεὶς γὰρ βασιλέων ἔσχεν ἑτέραν γενέσεως ἀρχήν.

Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν, καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς τὴν δέησιν αὐτῶν. οἰκτείρησον τὰς ἐκκλησίας σου, καὶ πενθούσας παραμύθησαι. τοὺς ἐν θλίψει παρακάλεσον, παῦσον τὰ σχίσματα τῶν ἐκκλησιῶν· σβέσον τὰ φρυάγματα τῶν κακοδόξων Εἰκονοκλαστῶν· τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις ταχέως κατάλυσον ἐν

τῇ δυνάμει τῆς δικαίας βασιλείας σου, καὶ τῷ βραχίονι τῆς εὐσεβείας σου. τοὺς αἰχμαλώτους ἀνακάλεσαι, τοὺς ἐσκορπισμένους ἐπισυνάγαγε· καὶ σύναψον τὴν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν εἰς ἕνα σύνδεσμον ἀγάπης, εἰς βαθεῖαν εἰρήνην τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀκεραιοτάτου πίστεως. Ἕως πότε παρὰ πάντων τῶν Χριστιανῶν οἱ Ῥωμαίων παῖδες Εἰκονοκλάσται καὶ αἱρετικοὶ ὀνειδίζονται. Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν τῆς εὐσεβείας σου, καὶ οἰκτείρησον τὸν λαόν σου, τὸν διεσκορπισμένον καὶ διεσπαρμένον ὡς ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. τί τοῦτο τὸ ἐλεεινὸν ὅραμα. ἀκατάπαυστος ὁ θυμὸς τοῦ ἀντιπάλου διαβόλου κατὰ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Σωτῆρος. ἄσπονδος ὁ πόλεμος τοῦ ἀντικειμένου κατὰ τῆς ἀχράντου μορφῆς τῆς Θεομήτορος· ἀκατάλλακτος ἔχθρα ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους Χριστοῦ. πόσοι βασιλεῖς ἐπολέμησαν τὴν ἐκκλησίαν· πόσοι τύραννοι κατεδυνάστευσαν. ἀλλὰ εἰ καὶ μικρὸν παρεχωρήθησαν, ἀλλὰ πύλαι ᾅδου οὐ κατίσχυσαν αὐτῆς.

Πολλὰς μὲν γὰρ γραφικὰς ἀποδείξεις εὐσεβῶν δογμάτων τῶν ἁγίων πατέρων ἔχοντες χάριν, οὐ δέον ἐστὶν ἡμᾶς τὴν τῆς βασιλικῆς ἀγχινοίας θεοδίδακτον σοφίαν ἐκβιάζειν· ἀλλά, κατὰ τὸν θεῖον λόγον, παρακλητικῶς καὶ εὐμενεστάτως ἐκπληροῦμεν, ἵνα μὴ τῇ ὑποστολῇ τοῦ λόγου, τὸ μὴ εὐδοκιμεῖσθαι κατακριθῶμεν. οὐδέποτε γὰρ ἡμεῖς καὶ ἐπὶ τῶν προβεβηκότων βασιλέων σεσιωπήκαμεν, νουθετοῦντες, παρακαλοῦντες ὡς κυρίους, ὡς δεσπότας, ὡς πατέρας, ὡς ἀδελφούς, ἵνα μὴ Θεὸν ζημιωθῶμεν διὰ τῆς ἡσυχίας.

Πρὸς δὲ πλειοτέραν πληροφο-

chio pietatis tuæ quantocius diſſolue. Captiuos reuoca, diſperſos congrega; ſanctamque Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam in vnam concordiam, vnumque dilectionis vinculum, in rectæ ſinceræque fidei altam pacem connecte. Quandiu apud omnes Chriſtianos, Romani probro hæretici audient ac Imaginum effractores? Excita potentiam pietatis tuæ, & miſerere populi tui qui diſperſus eſt & diſſipatus, ſicut oues quæ perierunt domus Iſraël. Quale hoc miſerandum ſpectaculũ? Nulla quies, quo furore inimicus diabolus aduerſus ſanctã Saluatoris Imaginem bacchatur. Implacabile bellum aduerſarij eſt aduerſus ſanctę Dei Matris Effigiẽ. Irreconciliabile odium eorum, qui Sanctos Chriſti perſequuntur. Quàm multi Imperatores impugnauerunt Eccleſiam? Quàm multi oppreſſere tyranni? Quanquam tamen tantiſper iis facta licentia; at portæ inferi non præualuerunt aduerſus eam.

Id eſt Græci & Conſtantinopolitani.

Matth. 16. v. 18.

Licet autem ex ſanctis Patribus ſcriptas demonſtrationes quibus pia dogmata ſtabiliantur, poteramus afferre, haud tamen operæpretium duximus, vt à Deo doctam Regalis ſolertiæ ſapientiam pluribus vrgeremus. verùm, pro eo ac diuinus ſermo admonet, obſecrantium more ac placidiſſimè quæ officij partium exiſtunt, implemus; ne ſubſtracto ſermone, eius deſerti cõdemnemur. Nunquã enim etiã ſuperiorũ Imperatorum tẽpore, ipſi nobis imperauimus vt taceremus; ac ne admoneremus ac obſecraremus vt Dominos & heros & patres & fratres, nę Dei iacturam, ſilentij rei faceremus.

1 Tim. 5. v. 1.

Vt abundantiorem tamen fidem

Sacrarum diuina traditio Imaginum.

faciamus, certiuſque orthodoxã Fidem aſtruamus; vti etiam à principio olimque atque hactenus pura & impolluta Chriſtianiſſima pietas, iuxta Apoſtolicas ac à Deo confirmatas traditiones in cunctis Eccleſiis diuinè ſummaque honeſtate ac vt Domino conſentaneum eſt venerabilium ac colendarum Imaginum decor ornatuſque fulget & ſplendeſcit in picturis ac muſiuo opere, in parietibus & tabellis vaſiſque ſacris, pari honore ac veneratione cum viuificæ Crucis ſigno diuiniſque Euangeliis amplectimur ac exoſculamur; ita nimirum vt ipſis cultum atque honorẽ exemplaribus tribuamus; cùm iuxta Magnum Baſilium, honor Imaginis ad exemplar tranſeat. . . . · Quantò magis deterius ſupplicium merebitur, qui Dominicã Chriſti Imaginem ſpernit ac abnuit, qui ipſam quoque Crucem ſanctificauit? nimirum velut perfectus deſertor, atque à Chriſtiani appellatione nominis extraneus, æternæ reus damnationis erit.

Lib de Spiritu ſancto ad Amphilochium.

Idcirco, ad eius quam docuimus atque dogmate tradidimus, diuinæ doctrinæ probationem ac confirmationem; venerandam quoque ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, exque ea incarnati atque infantis Dei Verbi Imaginem, velut fidei gloriationem & coronam decoris ſceptrumque regium, in confeſſionis noſtræ à Deo confirmati ſinceriſſimi rectæ fidei libelli capite, expreſſimus, vt diuinæ veſtræ à Deo doctæ Majeſtati, diuinum ac cœleſtem rectæ fidei ſenſum Orientalis omnis diœceſeos ſignificaremus, iuxta quod Scriptura monet, *Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit: indica*

iuſto,

Orientaliũ Synodicæ præfixa S. Mariæ & Chriſti infantis Imago.

Prou.9.v.9.

εἰαν καὶ ἀσφαλεστέραν βεβαίωσιν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καθὼς καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν μέχρι τοῦ δεῦρο ἡ καθαρὰ καὶ ἄμωμος Χριστιανικωτάτη εὐσέβεια, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς καὶ θεοκυρώτους παραδόσεις ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις θεοπρεπῶς καὶ εὐσχημόνως καὶ εὐπαρέδρως Κυρίῳ, ἡ τῶν σεπτῶν καὶ σεβασμίων εἰκόνων εὐκοσμία διαλάμπει, ἐν ἱστορίαις καὶ μουσουργήμασιν· ἐν τοίχοις καὶ πίναξι, καὶ ἱεροῖς σκεύεσι, τιμῇ καὶ σεβασμιότητι ἴσῃ τῷ τύπῳ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῶν θεολέκτων εὐαγγελίων κατασπαζόμεθα· τὸ σέβας καὶ τὴν τιμὴν τοῖς πρωτοτύποις ἀπονέμοντες κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, Ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. . . . πόσῳ μᾶλλον χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας. ὁ τὸν δεσποτικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα τε καὶ τὸν σταυρὸν ἁγιάσαντος, ἀθετῶν ἢ ἀπαναινόμενος. ὡς τέλειος ἀποστάτης, καὶ ἀλλότριος τῆς Χριστιανικῆς προσηγορίας, ἔνοχος καὶ ὑπόδικος ἔσται αἰωνίου κατακρίσεως.

Διὸ δὴ πρὸς ἐπίδειξιν καὶ βεβαίωσιν τῶν παρ' ἡμῖν δεδογματισμένων θεοπνεύστων λόγων, καὶ τὸν σεβάσμιον χαρακτῆρα τῆς παναγίας θεομήτορος Μαρίας, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντος καὶ νηπιάσαντος Θεοῦ Λόγου, ὡς καύχημα πίστεως καὶ στέφανον κάλλους, καὶ σκῆπτρον βασιλικὸν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ὁμολογίας τοῦ θεοκυρώτου τῆς ὀρθοδοξίας ἀκραιφνεστάτου τόμου ἐντυπώσαντες, δεικνύντες πρὸς τὴν θεοφόρον ὑμῶν θεοδίδακτον βασιλείαν, τὸ ἔνθεον καὶ οὐράνιον φρόνημα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως πάσης ἀνατολικῆς διοικήσεως, κατὰ τὸν θεῖον λόγον, Δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.

γνώριζε

γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι.

Επόμενοι τοῖς ὅροις τῶν θεοφόρων πατέρων τοιάδε πεφωνηκότων καὶ θεσπισάντων, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις, καὶ τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν ἐκκλησιῶν, οὕτως πιστεύοντες εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν τριάδα, τὰς τιμίας εἰκόνας ἀσπαζόμεθα. οἱ μὴ οὕτως φρονοῦντες, ἀνάθεμα ἔστωσαν. οἱ μὴ οὕτως ὁμολογοῦντες, πόῤῥω τῆς ἐκκλησίας ἐκδιωχθήτωσαν. αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων. αὕτη ἡ πίστις τὴν ἐκκλησίαν ἐφώτισε. τοὺς οὖν τολμῶντας ἑτέρως φρονεῖν, ἢ ἀνατρέπειν τι τῶν ἐνθέσμως τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένων, ἢ σταυροῦ ἐκτύπωσιν, ἢ εἰκονικὴν ἀναζωγράφησιν, ἢ ἄλλο τι τῶν ὄντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένων κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔθη τῶν πατέρων, καὶ τῶν εὐσεβῶν καὶ πιστῶν βασιλέων, εἰ μὲν ἱερεῖς εἰσὶ, παντάπασι καθαιρέσει ὑποβάλλεσθαι καὶ ἀναθεματίζεσθαι, εἰ δὲ μονάζοντες καὶ λαϊκοὶ εἰσὶ, τῷ αὐτῷ ἀναθέματι κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς θείας κοινωνίας ἀφορίζεσθαι. ταῦτα ὁρίζομεν τῇ κελεύσει καὶ αὐθεντίᾳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς ἔθετο πρόσταγμα, καὶ οὐ παρελεύσεται· ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματι αὐτοῦ. εὐλαβείσθω πᾶσα ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι φοβερός ἐστι, καὶ τίς ἀντιστήσεται αὐτῷ. καὶ, Φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος· ὅτι πᾶσα πνοὴ καὶ κτίσις ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιείληπται· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων· καὶ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ ἐν πάσῃ γενεᾷ. δόξα τῇ παναγίᾳ τριάδι τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

iusto, & adijciet vt accipiat.

Definitionem ac regulam sequentes diuinorum Patrum qui iuxta Apostolicas traditiones, ac Ecclesiarũ vetustos mores talia promulgarunt sanxeruntque, sic in sanctam & consubstantialem ac viuificam Trinitatem credentes, venerandas Imagines amplectimur ac veneramur. Aliter sentientes anathema sint. Qui non ita confitentur, procul ab Ecclesia arceantur. Hæc Apostolorum fides. Hæc fides Ecclesiam illustrauit. Qui igitur aliter sentire atque sapere ausi fuerint, vel eorum aliquid euertere quæ legitima Ecclesiæ tradita sunt, aut Crucis figuram, vel pictas Imagines, seu quid aliorum quorum in Ecclesia ritus viget, iuxta Patrum antiquos mores, religiosissimorumque ac fidelium Imperatorum; siquidem fuerint Sacerdotes, amissi omnino gradus pœnæ subjaceant, ac anathematizentur: sin autem Monachi & Laici extiterint, iisdem deuoti ac anathemare percussi, etiam communione priuentur. Hæc Saluatoris nostri Iesu Christi præcepto auctoritateque decernimus; qui *præceptum posuit & non præteribit*; qui clausit abyssum, eamque tremendo ac glorioso nomine suo signauit. Reuereatur omnis terra à facie eius: quia terribilis est, & quis resistet ei? Et, *Horrendum est incidere in manus Dei viventis*: quippe in cuius manu spiritus omnis ac creatura comprehensa sit: ac eius regnum, regnum omnium sæculorum, & dominatio eius in omni generatione & progenie. Gloria sit sanctissimæ Trinitati Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.

Synodori decernendi auctoritas.

Psal. 148. v. 6.

Apoc. 20 v. 3.


Is 95. v. 9.

Psal. 5. v. 8

Hebr 10. v. 31.



AD ORIENTALIVM SYNODICAM, DE SACRIS IMAGINIBVS, AD THEOPHILVM.



QVOD sic vocem, præter momenta superiori Orat. allata, ipsa statim Epistola suadet, totoque exordio, quo palam est, communi Ecclesiæ iudicio conscriptam, atque pluribus, iisque Episcopali auctoritate decernentibus, subscriptam: siue tres ipsi Patriarchæ quorum nomine editam habet Constantinus Porphyrogenreta, conuenerint, ac commune Concilium, quantum per Saracenorũ tyrannidem licebat, vt Ecclesiæ Græcæ tantis laborãti Ecclesiasticæ traditiones vindices ac testes zelo verè Pastorali ac Apostolico subuenirent, vel Hierosolymis, vel Alexandriæ, seu Antiochiæ quæ omnes Saracenorũ ditionis erãt, pia solicitudine habuerint; siue, quod verius existimo, in vna primũ diœcesi, & ab vno Patriarcharum edita, aliisque probata, communi calculo, exque omnium mente, ad Theophilum missa est: cuius peruicacia, tantarum Ecclesiarum sensu, primæ ipsius Romanæ Sedis fide etiam adstipulante, tentanda videretur ac edomanda. Ioannem Damascenum, quæ habeant, nulla sunt, nec stylus, nec ætas, nec decernendi auctoritas: qui, vel si ipse scripsisset ac composuisset, cùm Hierosolymitanæ Ecclesiæ Presbyter esset, id tamen eius Ecclesiæ Synodi nomine, seu diœcesis, non ipsum eius nomen debuit præferre: vti neque Symbolum Nicænum, etsi vnum aliquem auctorem habuit: mihi quoque vindicatum in Historia Monothelitarum, ad Gregorij Presbyteri Cæsariensis Orationem de Patribus qui Nicæam primùm conuenerunt, nempe Hermogenem Leontij successorem in eadem Sede Cæsariensi, atque illi in Concilio comitem; haud tamen illius prænotatur nomine, sed Concilij. Habuisse autem, euici auctoritate Basilij Epist. 319 ad Innoc. iis verbis: Περιβλεψάμενος ἐν τῷ συνεδρίῳ τῷ πρεσβυτερίῳ τῷ κατὰ τὴν πόλιν, ἐξελεξάμην τὸ τιμιώτατον σκεῦος, τὸν ἔγγονον τοῦ μακαρίου Ἑρμογένους, τοῦ τὴν μεγάλην καὶ ἄρρηκτον πίστιν γράψαντος ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ. Ita de Episcopo nouo designando. *Vndique in Presbyterij Vrbis Collegio dili-*

genter inquirens, elegi vas pretiosissimum, nepotem scilicet beati Hermogenis, qui magnam illam & inconcussam Fidem, in Magna illa Synodo conscripsit. His, aliisque σφάλμα μνημονικὸν, quod Basilio impingit Illust. Annalium Pater, Viro mihi tanto, ac cuius alumnum glorior, illius ἀκηράτως lacte, primo meo ἐξακουῶντος sanctiore disciplina tirocinio, apud meos Prædicatores Burdigalæ in sanctissimi Rosarij educatus, satis superque exsufflaui. Mihi vnus Basilius Magnus, in re tam vicina & domestica, maioris fidei sexcentis sic remotis, omnibusque illo minoribus.

1. Ὁ ἐν βασιλεῦσι τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος Κωνσταντῖνος. Apostoli voce largius abutuntur Græci aliique Orientales, non solum pro 12. sic peculiariter dictis, verùm etiam pro 70. quin & pro aliis, quibus affine aliquid inest Apostolici muneris: vt sunt illi, qui primi aut præcipui fuerunt fidei propagatores, seu diuini cultus, certis quibusdam locis, prouinciis aut regnis auctores: quo in genere Constantini Magni opera cum primis enituir. Græci quo die eius festum solenni Officio recolunt mensis Maij die 21. Constantinum ἰσαπόστολον & ἀπόστολον celebrant, neque id semel, aut iterum, sed & sæpius, vt cuiuis legenti exploratum est. Ipsa hac nostræ Synodicæ phrasi, Troparium, quod est ante Matutinas. Τοῦ σταυροῦ σου τὸν τύπον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος, καὶ ὡς ὁ Παῦλος, τὴν κλῆσιν οὐκ ἐξ ἀνθρώπων δεξάμενος, ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀπόστολός σου Κύριε, βασιλεύουσαν πόλιν τῇ χειρί σου παρέθετο. ἣν περίσωζε διαπαντὸς ἐν εἰρήνῃ πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, μόνε φιλάνθρωπε. *Qui tuæ Crucis signum in cælo conspexit, ac, velut Paulus, non ex hominibus vocationem accepit, tuus, Domine, inter Imperatores, Apostolus, Augustam Vrbem in tua manu deposuit ac tibi commendauit: quam in perpetuum in pace serues, qui solus clemens ac benignus es.* Quem tantis celebrant, Græca CP. Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana, Ecclesiæ, sicque religiosè colunt, & Apostolum habent, ac Apostolis consertum, hæ nunquam Nicomediæ Arianorum baptismate fœdatum viuis excessisse dicant aut sentiant; sed quod Senioris Romæ contestatur traditio, longè prius Siluestro Romanæ Sedis Antistite intinctum, sancto demum fine decessisse; quidquid nubili in aula Eusebiani fecerint, nunquam mutata Catholicorum tessera, vel Hæreticorum (quod illud baptisma Eusebianum Nicomediæ palam est) assumpta. Ita etiam Græci auctores profitentur, & eorum ipsa Ecclesia, Arianorum fucum afferentes, quicquid his aduersum, Eusebio Pamphili auctore inuulgatum est. His omnibus, aliisque mihi productis ad Siluestri Vitam; quam nuper Alexandro VII. obtuli, vni vt Eusebio, cuius laboret fides, vbi præsertim de Arij dogmate sermo est, maiorem accommodem fidem, ægre adducor: re præsertim sic procliui per studium partium, ac cum paucis testibus iisque Arianis aulam obsidentibus, necesse fuerit ægrotantem Principem intingi, aut in

malam rem profanis aquis suffocari, vt Gregorij Theologi vel procul flosculum reddam ; βαπτισθῶμαι ἢ καταβαπτισθῶμαι. Hieronymus, qui maiorem Eusebio fidem habuerit, sic postremò Constantinum à vera fide deuium ad Arianos defecisse sentit in Chronico : id sanè ratus, non aliter potuisse sic in extremis illorum ritu intingi. Ambrosius tamen, licentia fortè Oratoria, & quod eius baptismi rumor Occidentem latè persuaserat : quid ex illo conficeretur non satis cogitans, aut non ab Arianis tinctum existimans, quod fortè viri tanti nomen dignitasque obtexerat, ac quem sibi propensè Catholici perinde ac Ariani raperent, de illo in extremis Baptismate sic ait Orat. de Obitu Theod. *Cui licet baptismatis gratia in vltimis constituto omnia peccata dimiserit*, &c. Synodi quoque Ariminensis Patres Epistola ad Constantium apud Athanasium, qui ipsi Occidentales, idem innuunt, quibus ita perscribunt. Ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως, τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναί τι καινοτομεῖν. Quæ mihi ipse sic reddebam *Simulque reputantes (cum Imperator Constantinus ab Obitu ipse suo omni dignus memoria, conscriptam hanc fidem omni cura ac diligentia promulgarit, ac cum is, suscepto baptismate vinis excesserit, atque ad requiem sibi debitam concesserit) absurdum esse nouum aliquid in fide moliri* : sic in extremis tinctum significant, nec vllam inde labem, qualem Hieronymus in Chronico, contraxisse indicat. Difficile tantis vtrinque præscribere, ac vel dubium tenere. Mihi satis vel hîc, vel in meo Siluestro, partium momenta subaperuisse. At neque hoc conticebo. Quid si Athanasius, illud ipsum Ariminensium voluit eleuare, quò præcipue istud baptisma sic in extremis susceptum sanctum innuunt, ac καινοτομοῦντας ostendere, dum serio vtrumque Eusebium, Nicomediensem & Cæsariensem Arianæ hæreseωs eo ipso libro infamat, quorum alter Constantini funesto illo baptismate initiator, alter vulgator exstiterit ? Eusebius Nicom. Ario. καλῶς ἐφρόνησας, εὔχου πάντας οὕτω φρονεῖν. Eusebius Cæsareæ Palestinæ Eucrationi Episcopo. ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἀληθινὸς Θεός. Horum baptisma quò ducat : præsertim si antiquioris Romæ legitimæ tinctionis velut ejuratio fuit, nouaque deuotio ; cogitent me doctiores, horúmque concordiam auenti aperiant : aut mecum Dei iudiciorum stupore manum ori imponant.

2. Τό τι ὑπερουρανὶς σημεῖον τῆς σωτηρίας σταυρός. Constantini pietatem in nummis cusis, multis prosequitur Illustr. Annalium Pater, Christi an. 325. num. 206. vbi etiam nummum repræsentat, in quo Crucis effigie medio ventre transfixus draco, hac inscriptione, SPES PVBLICA. Illa eius in nummo effigies cum Christi figura, qua significetur maior cœlestis Regis præ terreno potentia, vt hîc Orientales afferunt, illa sit, quâ sic effictum tradit ex Euseb. *vt pansis ma-*

nibus instar precantis cælum contueri videretur. Hoc enim palam habitu velut supplicis significabatur Christo ac Deo eum subiici.

3. Τῆς τε ἀχειράντου μορφῆς αὐτῆ. Hæc illa est Christi nobilissima Imago in Chalce porta, inter præcipuas Christianæ Vrbis Constantini origines meritò computanda, ac semper velut eius Imago Σωτῆρος habita; de qua, eiusque violatione à Leone Isauro, atque Occidentalium ea ex causa ab illo defectione, plura mihi certioribus ex monumentis in libro de Historia Hæresis Monothelitarum. allata: in quo post tot annos, & dum magis Theophili Raynaudi verbis quàm meis legitur (iisdem certè expostulatum, quæ iam ille in suo de Cyriacorum à censura Immunitate, Romæ libello sparserat, etsi necdum Parisiis eius ille Stygius partus innotuerat, flammisque ipso suo ortu sapientissimi ac religiosissimi Antistitis sententia deuotus fuerat; in quo tanta sinceritas, amor tantus veri, quantū prodidere eo iā argumento iustaque defensione aliis edita, ac magis prodent, edenda) sic conflata inuidia, ac dum in eo Ecclesiæ Catholicæ ac Romanæ non segniter laboro, eiusque arcem nobilissimam, parum cautè subfodientibus (Viris quantis!) qui vni duces Magniq; videantur, etsi iuuenili fors calore acrior, vindico Quo nomine aliis iam seriò expostulatum, nec verò per ætates deerunt qui expostulent.

4. Ἑβραίους πρὸς ζωγράφους. Hebræi haud facile vel pingendi artem vel statuariam exerceant: Fortè tamen non deerant apud illos ea ætate, qui cælaturas, aliaque eiusmodi, qualia fuerunt in templo Salomonis exornantia fabricam, illæsa eorum religione facerent; quos idcirco potuit adhibere Iulianus, quod sanctæ Mariæ, eiusque ac Filij Imaginum infensissimos hostes esse non nesciret.

5. Διὰ Θαδδαίου τοῦ Θεσπεσίου ἀποστόλου. Est hic illustris locus Epistolæ illius Constantino Augusto superiori Orat. laudatus. De Thaddæo Apostolo quem Orientales vocant, Eusebius apertè vnum ex 70. asserit, nec nisi latius accepto vocabulo Apostolum. Quanquam Hieronym. ad Matth cap. 10 ipsum dicat, *qui ab Euangelista Luca Iudas Iacobi: & alibi appellatur Lebbæus, quod interpretatur Corculum. Credendumque est*, inquit, *eum fuisse* τριώνυμον. Sic quoque in Martyrologio Miratur Valesius, sic contra Eusebium scripsisse, cum non nisi ex eius fontibus, hæc de Thaddæo ad Abagarum (vt ipse loquitur) misso, hauserit. Sed iam alibi (libro scilicet toties laudato de Historia Hæresis Monothelitarum) ostendi, Hieronymum non semper ex veterum monumentis in eiusmodi loqui, sed quandoque quod ei memoria vel calor suggerit. Sic nempe ad Hippolyti Indiculum de duodecim Apostolis in Iacobo Alphæi, quem ex omni retro traditione à Iacobo fratre Domini vel Minori ibi dispunxi, ac paulò petulantiora in contrarium ora compressi.

6. Ὁ τῆς δυτικῆς λαμπαδηφορείας πνευματικὸς ἀστήρ. Ita fortè viri san-

ctissimi ac orthodoxi, quòd ex Occidente, Magnaque Roma eiusque diœcesi, obortum rectæ fidei lumen, Orientalium tenebras dispulerit. Quo nomine clarus Osius Hispanus in prima Synodo, ac iam Theodosius itidem Hispanus in altera: non quidem ipse in ea magister ac doctor, quod solum Pastorum ac Episcoporum est, sed vindex ac assertor, quod muneris est Christianissimi Principis. Videntur hic Orientales illis vocibus, συνόδοις καὶ συνδρομαῖς τῶν ἁγίων πατέρων, id indicare quod secundæ Synodi singulare est atque proprium, vt non ipsa vna prorsus Synodus fuerit, vnusque conuentus, siquidem nulli Occidentales Constantinopolim conuenerunt, nec vicissim Romam Orientales, quò euocabat Damasus; sed vna accessione, quòd & Constantinopoli Damasi capita recepta sint, & Romæ probata quæ in hæreticos gesta fuerant Constantinopoli: sicque vna facta Synodus, vt reipsa fuerint Synodi, ac Patrum alius aliusque conuentus & concursus extiterit, illa duntaxat decretorum fideique consensu vnus.

7. Τοῦ τοῦ μεγάλου Ἰουστίνου. Scripserint Patres Ἰουστινιανοῦ· in quo ipso nonnihil decepti sunt: non enim illo Imperatore habita VI. Synodus, sed Constantino Pogonato: sed quòd Iustiniano secundo Imperatore Trullani editi Canones atque vulgati, qui VI. Synodi pars quædam viderentur, magisque in Episcoporum manibus per Orientem versarentur, ceu res disciplinæ, tametsi eos Occidentales respuerent, ad illum VI. illam Synodum ac tot Capitum damnationem, procliui errore retulerunt, In quo scitum illud, quòd προβόλους τῶν ἐκκλησιαστικῶν πυργωμάτων, eius hæresis antesignanos vocant; primariæ certè dignatis viros, ac quibus maioribus cautum Ecclesiis videbatur, non ab illis fidei timendum periculum. Hæ nimirum ille πυργώματα, προμαχῶνες, ἐχυρώματα τῶν πύργων Suid. & Hesych. quibus ipsum Ecclesiæ vniuersalis robur ipsius florenti statu, vel maximè conspicuum erat; sic modò (vix vna ipsa seniori Roma nobis incolumi, & cuius ipsius diœceseωs tanta abstulit Mahometes, tanta hæreses, excepta morum ac disciplinæ in ea laxitate, morbisque aliis) detritum ac collabescens. Superiora ad V. Synodum spectant, in qua Iustinianus maiorem sibi labem, quàm gloriam asciuit, plus æquo Ecclesiasticis se rebus immiscens, ipseque decernens, ac cogens sententiam, non Sacerdotum omnino regulas sequens, atque legibus (quod religiosi Principis est) sanctè eas communiens: qui eius fons Aphthartotitarum Hæresis est; tanti Principis deplorando exemplo.

8. Ἄλλον τινὰ βουρκωσὸν τῆς ἀσεβείας. Inter nouas voces istud reponendum; etsi non ignota significatio. Est enim, ac si dicat, *procellam, fluctum*, & quod reddidi, *turbinem*. βουρκώνειν Meursio, *æstuare, fluctuare*. Sit quod nobis *bourrasque* dicitur.

9. Ἰεζὰδ τὸ τῶν Ἀράβων ἡγεμονεύοντος ἔθνους. Videtur iste, ex temporum natione Iizidus filius Mauiæ, quem inter Caliphas octauum nu-

merat Historia Saracenica Georgij Elmacini, Thoma Erpenio Interprete: qui & luxuriosos illius mores prosequitur, hominis verè οἰ οζώων καὶ χοιρεβίν, quod hîc Orientalibus indigetatur: *Potui vini*, inquit, *deditus*, *& cum canibus ludens*, *ac religionem contemnens*, *qui & vitium ipse suum consanguineos suos non celauit.* Verè Sardanapalus atque impius; vas proinde comparatum, vt sic nebulones audiret, diuturniorisque luxuriosi principatus desiderio in sacras Christianorum Imagines seuiret, annos tres duntaxat Caliphatu potitus; filius, dies paucos, vt idem auctor habet.

10. Σπαθαρικῷ ἀξιώματι προχειρισθεὶς. Non satis hæc ex fide Historiæ. Iam enim ante Theodosij Imperium, quod breue admodum fuit, ac cui Leo aduersatus est, vt auctor est Theophanes, in se tandem rerum summa translata, exutoque purpura eodem Theodosio, Leo τῶν ἀνατολικῶν στρατηγός· *Dux erat & Imperator Orientalium*: quo in munere summa enituit prudentia vt se Arabum cassibus expediret, ac militem demereretur, quomodo sibi ad Imperiū strauit viam, coacto Theodosio (quippe qui eius impar oneri videretur) vt sese ipse, Patriarchæ Germani Senatusque consilio, accepta securitatis fide, abdicaret. Eius hanc in Occidentem expeditionem Theophanes silet: vt non potuit non plura omittere, qui ex Chronographi munere, tantorum res temporum intra paucas haud raró lineas cogat. Spatharij dignitas valde modica erat, etsi non videri aliqua non poterat πρὸς τὸ βάναυσον, vilis scilicet ac mechanici prioris status habita ratione. Spatharium promouerat Iustinianus, vt auctor est Theophanes; qui sanè gradus illi via ad στρατηγικὸν, Ducis scilicet & Imperatoris dignitatem fuit: quo eum munere Artemius donauit; cuius proinde ita partes aduersus Theodosium tutatus sit, vt illius promotioni acquiescere noluerit, ac tandem ipsum Imperio exuerit.

11. Ὡς ὁ Ἀρτέμιος. Hîc aliquid laborat. Artemius idem est qui Anastasius, quem nec liquet occisum, sed ad ordinem redactum, ac cessare iussum factum Monachum, impetrata securitatis fide à Theodosio, agente Germano Patriarcha CP. Apsimarus post ludibria, à Iustiniano gladio sublatus est, ipseque adeo Iustinianus post annos sex secundi Imperij: quem vtrumque in exemplum necatorum Imperatorum, post breue Imperij tempus, assumere licuit.

12. Ὁ δεύτερος Λέων De hoc Theophanes. Ἔδοξεν εὐσεβὴς εἶναι πρὸς ὀλίγον χρόνον, καὶ φίλος τῆς Θεοτόκου καὶ τῶν μοναχῶν. *Visus est ad breue tempus pietatis cultor*, *ac sanctæ Dei Genitrici & Monachis bene affectus.* Eiusque indicium affert, quod ἐκ τῶν Ἀββάδων ἐν τοῖς πρώτοις θρόνοις μητροπολίτας προεβάλετο. *Ex Abbatibus* reddit P. Goar, qui nec superiorem vocem reddidit, καὶ τῶν μοναχῶν. Ἀββάδας velit τοὺς ἡγουμένους. *Præpositos*, seu qui in illis præcipui essent, siue aliàs prælati essent siue subditi, ac simpliciter Monachi: nam ἀββᾶς Græcis, aliud nihil est quàm Monachus, quadam venerationis specie, vti nos frequen-

tiori vſu *Patres* dicimus. Sic olim primiſque ſtatim temporibus ſanctius inſtitutum fidelibus audiit, ac liquet tum ex aliis, tum ex Ammonij libro quem nuper edidi, de cæde Monachorum in Raithu & monte Sina, quos & Menæa pariter ἀββάδας dicunt. *Ex Monachis, ergo Metropolitas in præcipuis Sedibus præfecit*, qui fidei calore ferventiores reliquis viderentur: etſi tandem ipſe quoque patris ac aui exemplo in cultores ſæuiit ſanctarum Imaginum. Donec Irene ſucceſſit, rerum ipſa potita cum filio juniore Conſtantino, per cuius teneriorem ætatem licuit religioni ſtudere, & ſanctam VII. Synodum Taraſio Patriarcha adjutore cogere ac celebrare: Plura Theophanes, ac qui eorum Confeſſorum Vitas ſcripſere, qui Imaginum religione per hæc tempora clariores extitere. In quibus Vita Stephani Iunioris Billio edita in ſuo Damaſceno, quantis reſtituenda ex vno Card. Mazarini τοῦ μακαρίτου Cod. vel in Damaſceno, ſi quando ille vulgandus eſſet! Mihi quoque non pauca repræſentata in Hiſtoria Hæreſis Monothelitarum: at plura repræſentanda in S. Nicephoro, ſi eius daretur Ἀντιῤῥητικά, aliáque pro cultu Imaginum florentiſſimo ſtylo illi edita, ac traditione grauiter fulta, quandoque repræſentare. Interim Vitam repræſentabit in ſuo Martio Vir eruditus mihique amicus Godefridus Henſchenius. S.I. ex Allatiano pridem mihi repoſitam Codice; vt & alterius Nicephori Mileti Epiſcopi, ac tum Monachi ex alio Clariſſ. Viri Raphaëlis Dufrenij τοῦ μακαρείτου Cod. Alterius Vita Hæreticorum certaminibus illuſtrior, alterius ἀσκητικοῖς laboribus poſt Epiſcopales infulas, clarior.

13. Ὁ παρώνυμος Κιννάρειος λεγόμενος. Viſum mihi non abs re mutare Κυνάρειος· quo nota paronomaſia, quaſi ἀπὸ τοῦ κυναρείου: vt quaſi canis ab impudentia, ita dictus intelligatur. Quod idem ſequitur, τῶν κυκλαρίων τῆς ψευδερημιτῶν· accipio. ac ſi κυκλικῶν. Verè ſtulti ſapientes Græci, qui ſic vanis & ſuperſtitioſis deditì eſſent, ac ſibi illis vitæ felicitatem ac perennes honores quærendos putarent. Num veró etiam odio hæreſis aliquid affictum, vt ſic impij homines traducerentur, ſimpliciore fidelium zelo? Putem non omnino abhorrere id in tantis quæ de Photio eiuſque exordiis perſcribunt vel Logotheta vel Continuator Vaticanus, partimque retuli in Auctoribus Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ mihi recenſitis. Sanè Theophanes ineuntem Imperium Leonem laudat etſi fortè eius pertæſus hæreſis, ipſius hiſtoriam minimè proſecutus eſt. Sed & S. Nicephorus ſolertiam adminiſtrando Imperio in eo non improbauit. Circulatores Pſeudo-Eremitæ, ſanctiori inſtituto eiuſque nomini tantam obtriuerunt maculam, vt penè olim obſurduiſſe videatur, ipſum ſui ratione, eorumque virtute, qui ex eius verè norma claruerunt, ſic venerabile.

14. Χαρτουλάριον τοῦ λεγομένης Ἐξαρτήσεως. Quid iſtud Chartularij ſeu Scriniarij muneris, ab alio libens audierim: ac num ex Palatij Chartularius

tulariis putandus ſit, quorum erant plures ordines, vt erant variis rebus præfecti. Num ἐξαρτήσεως· quod eſt *apparatus*, vt ἐξάρτησις στόλου. *Claſſis apparatus.* Vtrumque vagæ magis ſignificationis, quam vt vi ſua certi aliquid muneris ingerat. Tenuis fortunæ homo ſignificatur, qui per egeſtate, vt in his Leoni obſequeretur, inductus ſit. Nec res tam flocci non exactè tenere multum interſit; quanquam ex vulgandis Logotheta & Continuatore Vaticano non parum lucis cunctis acceſſerit.

15. Ἐγὼ εἰμὶ Σερούχ ὁ σκοτομοκράτωρ βασιλεύς. Seruch idolorum auctor, eorumque cultus, ſiue in eis mortuorum traditur, qua de re pluribus Suidas: indeque proceſſerint illa de Alexandro ſiue ſuperſtitioſa ſiue fabuloſa.

16. Ὁ ἁγιώτατος καὶ σοφὸς τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος. Sunt hæc ipſa quoque ſanctiſſimi Patriarchæ Nicephori illuſtria: his plura, quæ Henſchenij Martio, breui vulganda eius ipſius Vita: omnium tamen illuſtriſſima, ipſa aduerſus Imaginum effractores illi conſcripta; ac partim Romæ extant, partim in Biblioth Excel. Viri Petri Seguierij Franciæ Cancellarij, partim mihi è Regia ſunt repoſita. In iis τὴν τῶν Δοκητῶν hæreſim ac Manichæorũ in Iconoclaſtis ſeriò vbique perſtringit; vt quæ illorum radix hæreſis ſit, ſi modò conſentaneè loquantur, nec prorſus bardi ſint, ac ab omni prorſus ciuilitate humanáque conſuetudine extranei. Videant & noſtrates ſectarij, ipſi quoque eorum ſoboles, qui ante non benè multas ætates in vtraque Gallia, noui audierunt Manichæi, hac gloriantes Eccleſiarum ſucceſſione, ſpreta, quæ verè vna & Chriſti columba Eccleſia eſt, in Petro fundata, verè domus Dei, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

17. Ἡ θεία τῆς παντοκρατορικῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου μάχαιρα. Tanta hæc de nece Leonis eodem ſenſu ſcripta Orientalibus, qui ciuium mentes Conſtantinopoli inſederat, cùm ſe Theophili gratiam ea cæde iniiſſe putarent, qua & patri parta incolumitas eſſet, & ad eum deueniſſent Romani Imperij ſceptra: cùm longè ſecus acciderit, cunctoſque proceres eius vllo modo necis reos Theophilus idem ipſo penè Imperij exordio ſuſtulerit; eo dramate quod perſcribunt qui Vitas proſequuntur τῶν νέων βασιλέων. Adeoque ſcripta hæc Synodica, ante illam eius necis reorum cædem, aut certè cùm eius rumor necdum Orientem peruaſiſſet, ac cùm iuuenis Imperatoris vel tentandus animus videretur, num à Leonis impietate, illius diræ necis recenti exemplo poſſet deterreri, ſanioribuſque conſiliis imbui: cum & ipſum eadem laborare labe, eaque domeſtica, nihil eſſet obſcurum. Nam & Pater, etſi mitior initio viſus erat, haud tamen rectà incedens, ſed ἐν ἀδιαφόροις Imaginum religionem habens, aut ſe habere prætexens, ipſe quoque in Orthodoxos ſæuierat, ac tum Methodium poſtea Patriarcham duro carceri mancipatat, tum Euthymium Sar-

dicensem Episcopum per eundem ipsum Theophilum Christi victimam flagris mactauerat: quod ita perstringit Continuator Vaticanus, Καὶ τὸν δὲ θεῖον Μεθόδιον φυλακῇ παραδίδωσι καὶ τὴν ἑαυτοῦ Ανδρέα τὸν κατ᾽ ἀπόστολον, ὃν ὁ Λεέντιος ἐγγενετικὸν τοῦ δὲ μακαρίου τῶν Βυζαντίων διὰ Θεοφίλου εἰκόνα ἀφ᾽ οὗ τῷ θανάτῳ παραδίδωσι βουνεύροις τυπτόμενον ἀφειδῶς. De voce παντοκράτορος, cui non satis respondet nostra, *Omnipotens*, Dionysius de Diuin. nom. aliique.

18. Αλλοτρίους, λοιμοὺς τῶν ἐθνῶν. Vltimam vocem ex textu τῶν 70. restitui: ac quod erat, λιμοὺς, *fames* ex iisdem, λοιμοὺς emendaui. *Pestes*: sic quoque Latinè malos homines, eos maximè qui opprimunt per potentiam, atque tyrannos, vocare consueuimus, nec necesse habuit Sixti Interpr. ita mutare: *alienos pestilentes de gentibus*, quod magis esset λοιμικοὺς aut λοιμώδεις, addendaque esset vox ἀνθρώπους aut ἄνδρας *homines, viros pestilentes*. Vulg *robustissimos Gentium*. Tigur. *tyrannos Gentium*. Vox Hebraïca עריצי גוים quod est, fortes, potentes, à quorum meritò iniuria timendum. Vox crebra in Scriptura, & nota.

19. Οἱ ἰδόντες σε. Sixt. Interpr. *Qui vident te*: melius, *viderint te*: vt sic vis illa aoristi potentialis reddatur; quam mihi visus participio Latini sermonis vsu recepto satis reddere. Quæ statim sequuntur, πᾶς ὃ τι ἐπὶ αὐτοῦ καθίσει, καὶ πᾶς ἐν ἀπαγωγῇ ἐκλυσει paulò editis vel Sixt. vel aliis saniora, nihilque hiulca, τὸ, ἀπαγωγῇ quod & Argent. aliique habent, Sixt. ἐπαγωγῇ, Interp. *Et qui in obductione erant, non soluit*. At quid obductio ad solutionem? Nobilius, *Alÿ ἀπαγωγῇ abductione*: bene id sanè. id est, exilio ac captiuitate, qua solui dicuntur, qui sic abducti sunt: at non quod addit, *Vtrumque, vt alibi notatum est, significat calamitatem & angustiam*. Rectè quidem, τὸ, ἐπαγωγή, at ἀπαγωγή, genus id quidem calamitatis, nempe captiuitas, at non idem significat quod calamitas; nisi dicamus hominem idem significare quod animal: quod valde abhorret à philosophia. Quod Vulg. Pro 27. v. 10. *in die afflictionis tua*. Symm. ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς σου. Theod. eodem sensu, ἐπαγωγῆς quod οἱ 70. ἀτυχῶν eamque vim vocis illius nemo nescit, qui Græcè nouerit. Iesu tamen Syrach Interpr. ipse etiam quandoque *obductionem* in eo reddit; quandoque etiam *cœtum*, quasi συναγωγὴν legerit. quod longè remotum est. Sic 2 v. 2. μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς *ne festines in tempore obductionis*: ac statim: πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι, δέξαι: *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe*. Mihi certè paulò Latinius, *in tempore afflictionis*: &, *Quicquid tibi inflictum fuerit, quicquid mali acciderit, accipe*. Vatabl. *in tempore occursionis*. Tigur. *impetus tempore*: quæ nec voces, Græcæ vocis gratiam vimque habent. βασιλεῖς τῆς γῆς Sixt. τῶν ἐθνῶν.

20. Εξήγειρε τῇ Βασιλείᾳ αὐτοῦ τὸν φερώνυμον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ Αρχιστράτηγον. Hæc tanta in Michaëlem Amoriensem Theophili patrem dicta

Orientalibus, siue œconomia, ad deliniendum Theophili animum, ad quem ista scripta sunt, siue etiam comparatione ad superiorem Tyrannum Leonem: quomodo Gregorius Theologus ita laudat Constantium, vt quasi religiosissimum Principem exhibere videatur, dum inuehitur in Iulianum: Nam alioqui illaudatus Michaël Amorensis, in iis etiam quæ ad fidem spectant, Iudæorum, quàm Fidelium Christianorum magis amicus & cultor; qui ipse mitior quidem Tyrannus fuerit, at Tyrannus tamen & irreligiosus extiterit. Qua de re pluribus, Logotheta & Continuator Vaticanus, nec non eius ætatis Confessorum ipsi æquales σιοχαιοι. nempe, Nicephori, Theodori Studitæ, Theodori Grapti, Ioannicij, &c. De illo auctor Vitæ Theodori Grapti (id est, Iambis cum fratre vultum inscripti) Ταῖς ἀληθείαις οὐδὲν τοῦ προλαβόντος ἧττων τὴν δυσσέβειαν, περὶ τὸ διωγμὸν ἧττον λεῖος. *Nihil reipsa superiore Leone impietate minor, persecutione paulò mitior ac remissior*: à quo tamen ciuitate pulsus cum fratre. Digna hæc Vita quæ ad Theophilum repræsentetur in quo illi consummatum certamen, Hierosolymorum Antistite productore sub Leone Armeno, inceptum; ac nisi hîc repræsentare præstet, velut in antecessum. Ἀρχιστράτηγον Græci dicunt Michaëlem, quasi cœlestis militiæ principem; cœlestium scilicet agminum Ducem, à diuina virtute dictum Michaëlem; quam scilicet ex nomine profiteatur, ac qua victor draconis prælio exierit; cum sit, *Quis vt Deus?* Aliter Gabriel Dei virtus dicitur, seu fortitudo, & quasi in actu signato, cùm Michaël velut in actu exercito, vt loqui in scholis solent.

20. Κατηγόρων ἐνδυσωπεῖται πιττάκια κατ' αὐτῶν. Egregium istud Constantini moderationis exemplum, inque ordinem sacrum reuerentiæ, plerique tradunt Scriptores Ecclesiasticæ Historiæ. Sozom lib. 1. cap. 16. Rufin. l. 1. c. 2. Theod. lib. 1. c. 11. Niceph lib. 8 c. 16. citantque Gregor. Papa scribens ad Imperatorem Mauritium, & Nicolaus ad Michaëlem Imperatorem; quo maximè exemplo Ecclesiasticam immunitatem à sæculari tribunali tuentur: etsi alij alia dicta Constantino referunt. De solis Episcopis seu Sacerdotibus locuti sunt alij; hîc Orientales etiam de Monachis: de quibus non videtur relatum Constantino, quod necdum multi erant, præsertim in Synodo, ac erant Episcopis subiecti, eorumque disciplina regendi. Trahunt tamen Orientales & ad Monachos, quorum deinceps tantæ partes in rebus Ecclesiasticis, ac ex quorum choro penè assumpti Episcopi: qui iam fidei velut columnæ essent, ac Ecclesiæ columen murusque fortissimus, quibus perinde ac Episcopis, qui orthodoxi essent, infesti Imperatores effractores Imaginum, ambo Leones, Constantinus Cabalinus, ipseque nouissimus ac sæuissimus eorum persecutor, Theophilus. Vtque eâ ætate, magis certè nostra, ac ex quo, institutore sanctissimo Patriarcha Dominico, aliisque institutum sanctè æmu-

lantibus, Hieromonachorum facta sodalitia; in quibus non vnus aut alter sacerdotalibus muniis fulgeret, sed totum quodque ipsum collegium, singulis in ipso Episcoporum seu summorum Sacerdotum pascendo Christi grege Dei Verbo aliisque pro Sacerdotali munere feliciter adjuuis; pluribus etiam ad infideles toto orbe Apostolicis Missis signisque etiamnum Apostolicis Christi latè suauissimum odorem spargentibus, ad quem, maximè etiam Barbari, ac quorum haud ita pridem deliciæ, humanæ atque hostium carnes, vltro accurrant: in quibus domesticum exemplum, qui nobis nuper ex Americanis Insulis R.P. Philippus Beaumon, annos iam plures in eis Missus Apostolicus, aduenit: in cuius sinum velut conuolant, quæ ferè duntaxat genti Caraibarum manent, sancti Dominici & sancti Vincentij Insulæ, quas vocant, absit modo regulorum tyrannicè addicentium metus, eisque Christianissimi liliis benignè fauentibus natiua libertas consistat. Hoc volunt infantes ad baptismum oblati, exque mortis faucibus patentibus ouantibus erepti; hoc magni Baba, supremi Gentis Ducis, non per Legatos, sed ipsius coram inuisendi causa, ac salutandi maris plagæ traiectio, amicáque humili casa congressio: in qua ipsa Gentis more affuso certo ritu ac tripudio liquore detersoque nobiliorum fœminarum conuentu, velut inauguratio: ad suos denique peculiarius in sancti Vincentia, quæ omnium populosissima insula est, libero Apostolico munere, inuitatio. Adeoque non malè auguratus Illustrissimus ac Reuerendissimus Archiepiscopus Tolosanus Petrus de Marca ὁ μακαρίτης, pro Cleri Comitiis Generalibus in quibus ex ordine spectabilis, si quis alius sedit; dum vni Episcoporum in eis itidem sedentium, nec satis Hieromonachis æquo dicenti fore, vt si vellent, breui ij nec essent; respondit, Sublatis Hieromonachis, nec ipsos breui futuros Episcopos Sic sanè in Anglia, sic alibi contigit, nec video, Christóne studeant, an Antichristo, quorum tanti animi euertendis cœnobiis, atque ad sæcularem militiam transferendis, seu etiam exercentibus in illis, totoque illorum semine, abolendis. Coërcendi sanè qui instituto probro sint; ac si lubet extinguendi: ipsum tamen fouendum sacrum institutum, quo nullum maius Ecclesiæ præsidium ac ornamentum. Hæc altero die à festo S. Hiacinthi verè Hieromonachi & inter Prædicatores Hieromonachos iure Apostoli; ipsoque Magno Bernardo sacro die, Romanorum Pontificum in Hieromonachi toga magistro ac vindici.

21. Διὰ τὸν τοῦ τυράννου Μαξιμίνου πόλεμον. Nullus Maximinus videtur, in quem pugnauerit senior Theodosius; bene Maximus, quem fortè scripserunt Orientales? vt sunt hæc vicina nomina ac facile permutantur. Monachus quoque, non Donatus, vti hîc, sed Ioannes passim scriptoribus dicitur, Ruff. Sozom. Euagrio; sic victoriam

Theodoſio vaticinatus; nec eam de Maximo aut Maximino, ſed de Eugenio Tyranno, cuius ſic confertus exercitus ex Illyricis, &c. Illudne aliud, atque in Maximi expeditione contigerit, cogitent alij.

22. *Τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον.* Vereor ne breuitatis cauſa ſic locuti ſint, pro eo ac dicerent, *δισκοποτήριον*. Quæ vox Eccleſiaſtica eſt; proinde viris non Eccleſiaſticis minimè intellecta. Nam Meurſius quidem meminit, at non exponit. *δισκοποτήριον. Nicetas de rebus geſtis poſt excidium Vrbis. σαπέρας ἤγουν δισκοποτήρια.* Hoc ſolum Meurſius, vt ſæpe alibi, hærente aqua; vt nec procliuè paulò ſequioris æui Græcas omnes voces, quid ipſæ velint noſſe, aut Latinis reddere. Doctiſſimus quondam ſodalis meus P. Iacobus Goar. ſuis ad Cedrenum Not p. 557. ad illud de Michaële. *δισκοποτήριον προσήνεγκε τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ* (vbi craſſe admodum Xilander, *Obtulit magno templo poculum, quod diſcopoterium dicitur*) ſic obſeruat, *Diſcus reponendo pani Euchariſtico, & calix vino conſecrato recipiendo ſunt δισκοποτήριον.* Rectè ſanè: Eſt quod Eccleſiaſtico vſu dicimus, *Patenam cum Calice*· hæcque Nicetas vocis nouo vſu *σαπέρας* appellarit: nos, *lances*, dicamus; & quod communius, *δίσκους*, *diſcos*, vtraque lingua; etſi non ſit antiqua. Mouit ſtomachum, quod ita religioſè qui Regiæ Luparæ editioni Nicetæ præfuit Fabrotius, irreligioſas atque blaſphemas marginales Interpretis Notas, ipſas auctori eiuſque Catholico ſenſui aduerſas, ac nec micam eruditionis habentes, in illâ præſertim CP Vrbis per Gallos direptione, ſacrorumque vaſorum ac pignorum temeratione ac ludibrio, ſic integrè, ſic elimatè repræſentat, vt non Catholicis, vlloue modo Eccleſiaſticè doctis videatur eo nixu Lupara laboraſſe, ſed irreligioſis Sacramentariis, nuper natis ranis Batauis aut Lemmanicis; atque vtinam, vel auctoribus compoſita verſio ac emendata, quò ſit cautum ſimplicioribus fratribus, ac quos Græcæ linguæ ipſa notitia deficit. Meam conjecturam, vt voce ſimplici ipſum quod compoſita ſignificatum ſit, firmat, tum ratio, quod ambo hæc ad eundem incruenti Sacrificij vſum comparata, eiuſdem rationis eadem Magni Theodoſij magnificentia cudi debuerint ac Eccleſiæ offerri: ſiue illa myſtica Cœna, in Diſco cælata erat, ſiue in ipſo Calice; tum quod Continuator Vaticanus illud ipſum Michaëlis donarium, ac Cedreni *δισκοποτήριον* laudans, ſimplici & ipſe voce vtitur: *ὅτι γοῦν τῷ δίσκῳ τῶν παλαιῶν τι κειμηλίων καὶ ἱερῶν, καὶ τῶν ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι τεχνουργηθέντων ἐν ναοῖς, κατὰ τὸ μέγεθος ἐξισάζεται, οὔτε τις εὐπρέπεια καὶ ὡραιότης τινὶ τῶν χρυσοχόων ἐπινόηθεν, πάντων ὄντι τῶν ἀρχαίων καὶ τιμίων ἀντιδεδραμηκότων.* *Neque enim in veteribus ſacriſque cimeliis, ac ex quo eſt hominum genus, in rebus templorum ornamento aut ſupellectile affabrefactis, quicquam Diſco magnitudine æquatur, vllove in opere*

tantus effloruit decor ac elegantia, cum venusta quæque ac pretiosa in eius fabricam concurrissent. Hæc scilicet veterum in rem sacram pietatis monumenta; illius sanè æmula, qui ipse augustiori loco grandique ac strato cœnaculo nec igniobilioribus vasis, ceu religionis tesseram, religiosè semper habendum, primùm voluit tradere: illi in popinis, ac communibus vasis manducent & bibant, quibus in ea quicquid est, commune ac profanum est; nudus panis, nudum vinum: nihil sacri ritus, ac nec ἐπίκλησις nec εὐχαριστία· quod scitè Codurcus de Sacrificio illis ipsis objecit, à quibus saniori sensu ad veræ Sulamitis, (Ecclesiæ Catholicæ) castra; in eis irrequieta sedulitate merens, veterumque seu discipulorum seu Collegarum ac sodalium Caluiniani erroris caliginem, eius doctrinæ luce dispellens, transiuit.





ΔΙΑΛΕΞΙΣ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, πρὸς Λέοντα βασιλέα τὸν Ἀρμένιον περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, συμπεριειλημμένη ἐν τῷ αὐτοῦ βίῳ· ὃς ὑπὸ τοῦ μακαρίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ συνεγράφη. Ex Sorbonæ MS. Cod. qui fuit Card. Lothar. ac tum Richel.

NICEPHORI

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,

DISPVTATIO

CVM LEONE ARMENO IMPERATORE, De venerandis Imaginibus; extatque comprehensa in eius Vita, quam beatus Theodorus Graptus conscripsit.

F. Francisco Combefis Interprete.



ΑΣΙΛΕΥΣ μὲν ἄριστος οὗτος ἐκεῖνός ἐστιν, ὃς ἤδη ἐκ πολέμου εἰρήνην διατίθεσθαι ἱκανὸς πέφυκε· σὺ δὲ, τῶν πραγμάτων εὖ καθεστώτων τῆς



IC ille Rex ac Imperator perfectus, qui iam ex bello idoneus est pacem præstare. Tu verò, Ecclesiarum rebus ritè constitutis, operæpretium

existimasti, vt nobis bellum vltrò inferres; ac, cum recta dogmata, in quibus Christi Crux prædicatur, latè præfulgeant (nam neque Oriens, neque Occidens, neque Aquilo, aut Mare eorum expers fulgoris est) nihilo secius obscuram quandam exitiosorum hominum doctrinam, tibi vicissim inducendam putasti. Quæ enim Roma, eius qui inter Apostolus primus vocatus est, Sedes, vnà vobiscum ad venerabilem Christi Imaginem abolendam coiuit? nobis autem, quo eam cultu prosequimur conspirat, atque gratulatur. Quænã Alexandria, venerandum Marci Euangelistæ delubrum, vnà vobiscum Dei matris expressa effigies in tabella vt erigeretur, vnquam vetuit, quin ea nobis religione suffragatur atque consentit. Quæ Antiochia, Principis Apostolorum Petri inclyti nominis Thronus, ad Sanctorum effigies pariter iniuria violandas concurrit? quin vnà nobiscum collata opera, vetusta in eas religione officioque defungitur. Quæ Hierosolyma, Fratris Domini illustre domicilium in ea vobiscum sententia fuit, vt conuellerentur traditiones Patrũ? Quis Sacerdos ex iis qui vestro parent Imperio sua ipse sponte, non illata vi ac coactus, in vestram pedibus sententiam it, ac consentit? Quænam ex vniuersalibus Synodis, quibus diuino Spiritu sincerum Fidei explicatum Symbolum est, ea in re pari vobis sensu locuta est? Qui enim earũ nutu atque assensu nudus exiitit, is verò dogmatum tunicam Ecclesiæ haud sanè texere poterit. Enimverò, Imperator, noli humi iacenti hæresi manum porrigere; neque committas vt conuenienti damnatæ silentio, vocem

Fidei vindices Apostolicæ Sedes.

χ. κορυφαίου.

Synodorũ Vniuersalium vis sanciendis dogmatis.

ἐκκλησίας, πόλεμον ἐπάγειν ἡμῖν αἰτίαν οὐκ ἔχοντα ἐγνώκας· καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ἐν οἷς ὁ τοῦ Χριστοῦ κηρύσσεται σταυρὸς, διαλαμπόντων· καὶ γὰρ οὐχ ἕως, οὐχ ἑσπέρα, οὐ βορρᾶς, οὐ θάλασσα τῆς τούτων τηλαυγίας ἔξω καθέστηκεν· ἀμυδράν τινα φθαροποιῶν ἀνδρῶν διδασκαλίαν ἀντεγείρειν οὐχ ἥκιστα κέκρικας. 1 τίς γὰρ ὑμῖν Ῥώμη, I.
τὸ τοῦ πρωτοκλήτου τῶν ἀποστόλων ἕδος, ἐπὶ ἀθετήσει τῆς Χριστοῦ σεπτῆς εἰκόνος συνέπνευσεν· ἡμῖν δὲ, ἐπὶ τῇ ταύτης τιμῇ συμπνεῖ καὶ συνήδεται. τίς Ἀλεξάνδρεια, τὸ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Μάρκου σεβάσμιον τέμενος, τὴν τῆς Θεομήτορος σεμνὴν δι' ὕλης ἐμφέρειαν, ἀναστηλοῦσθαί ποτε συνεπείπατο· ἐν τούτῳ δὲ ἡμῖν συμφωνεῖ καὶ συμφέρεται. τίς Ἀντιόχεια, ὁ τοῦ κορυφαίου Πέτρου μεγαλώνυμος θῶκος, ἐφ' ὕβρει τῆς τῶν ἁγίων συνέδραμεν ἐκτυπώσεως· ἡμῖν δὲ, τὸ τούτων ἀρχαϊκὸν συνεργάζεται γέρας. τίς Ἱεροσόλυμα, τὸ τοῦ Ἀδελφοθέου κλεινὸν ἐνδιαίτημα, ἐπ' ἀναιρέσει τῶν πατρικῶν συμπεφρόνηκε παραδόσεων. τίς ὑμῖν τῶν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ὑμῶν τελούντων ἐκουσιαζόμενος ἱερεὺς, ἀλλ' οὐχὶ βίαν ὑποστὰς ἀκούσιον, συνέπεται καὶ συντίθεται. τίς δὲ τῶν καθολικῶν συνόδων, ὑφ' ὧν τὸ τῆς πίστεως εἰλικρινὲς Πνεύματι θείῳ τετράνωται σύμβολον, ἐπὶ τούτοις ὑμῖν συνεφθέγξατο. ὁ γὰρ τῆς τούτων γυμνωθεὶς συναινέσεως, τῇ ἐκκλησίᾳ δογμάτων ὑφαίνειν περιβολὴν οὐ δυνήσεται. ἀλλὰ βασιλεῦ, μηδαμῶς 2 τῇ αἱρέσει 2.
χεῖρα κάτω κειμένῃ ὀρέξειας, μηδὲ τῇ εὐλόγῳ σιγῇ καταδικασθείσῃ, φωνὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐμπνεύσειας.

ἐμπνεύσειας. διαφωνησάτω μετὰ τῶν αὐτῆς εὑρετῶν· ἀπορριπτέσθω εἰς μακρὰν· οἰχέσθω ἐς κόρακας· ἀποπεμπέσθω ἐς Κυνόσαργες· ἡ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἀσύγκριτος ἀεὶ μενέτω μεγαλοπρέπεια. οὐδὲν μέρος τῆς ὑφ' ἡλίῳ, ὡς φθάσαν τὸ ὑμέτερον εἴρηκα κράτος, ἕνεκά τι τῶν ἱερῶν εἰκόνων ταύτην παραλυπεῖν προτεθύμηται. οὐδὲν κατὰ τῆς νομίμου αὐτῆς εὐταξίας ἀταξίαν ποτὲ μεμελέτηκε. πάντοθεν τὸ ἠρεμαῖον καὶ στάσιμον ἔχουσα, καταιγίδων καὶ σάλων καὶ αὐτῶν τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν κατισχύουσα φαίνεται. μὴ τὰς νεωτεριστικὰς διδασκαλίας κατὰ τῆς προβεβηκυίας ἡμῶν ἐπαφήσετε παραδόσεως. αὗται γὰρ πρὸς χάριν, οὐ τὰ τοῦ Κυρίου λαλεῖν μεμαθήκασιν. αὗται τῶν ἀπὸ κοιλίας φωνούντων εἰσὶν ἐξαμβλώματα. εἰ δέ τι τῶν ἑτεροδόξων τὴν ὑμετέραν ὀρθὴν περιεσάλευσε νῆψιν· ἴσμεν γάρ σε καὶ πρὸ τοῦ στέφους τῇ ἀμωμήτῳ πίστει προσκείμενον· καὶ λόγος χρήζων ἀκοὰς δυνάμενος τὸ ὑμέτερον ὡς διασαλεύσας παρέπεισε, καὶ σκάνδαλον ὑμῖν ἀπεγέννησεν· εὑρέσθαι δὲ τὴν τούτου λύσιν ἱμείρεσθε, ταύτην ἐπιρρωννύη Θεοῦ παρέξειν ὑμῖν βεβαιούμεθα. χρέος γὰρ ἡμῖν τοῦτο, καὶ χρεῶν ἁπάντων ἀναγκαιότατον, τὰ τὸ σκάνδαλον ὑμῖν ἐπενέγκαντα, ἀνασπᾶσαι πρόρριζα. διαίρειν δὲ στόμα, καὶ τὰ τοῦ Πνεύματος μετὰ τῶν ἔξω τοῦ Πνεύματος συζητεῖν, οὐκ ἀναγκαῖον τιθέμεθα, κἂν εἰ πάσης ἀνάγκης περιεχθείημεν αἰτίᾳ.

Καὶ ὁ Βασιλεὺς ὑποφθάσας,

vocem aduersum Ecclesiam afflatu ipse tuo tribuas. Cum suis antistitibus ac auctoribus controuersiis fatiscat: procul facessat; ad ceruos ac orcum eat; amandetur ad Cynosarges; Ecclesiæ autem magnificentia in perpetuum omni maior comparatione maneat. Nulla orbis pars, vt in antecessum vestra locuta Majestas est, ob sacras Imagines studuit ei molestiā facere. Nulla vnquam aduersus eius legitimum ordinem ac compositionem, inordinationem molita inuehere. Vndique quieta firmaque, procellarum vi ac æstu, ipsisque portis inferni valentior, eniter. Ne queso nouitatum doctrinas aduersus prouectam tot retro ætatibus nostram traditionem committite. Illæ siquidem, non quæ Domini sunt, sed ad gratiam loqui didicere. Eorum qui è ventre loquuntur, fœtus sunt abortiui. Sin autem hæretici sensus aliquid rectam mentis Vestræ vim sobriamque quassauit (quippe nouimus ante etiam cinctum diademate caput, inculpatæ Te fidei addictum extitisse) sermoque eiusmodi vt aures inficere valeat, vestra illa concussa constantia, vt secus sentiatis adegit, ac scandalum genuit; optatisque atque in votis est eius solutionem nancisci: id verò in nos recipimus propitio Numine omnino præstituros. Hoc enim nomine debitores sumus; & quidem quo nullum magis necessarium debitum; vt nimirum ea, vnde orta offensio, penitus euellamus. Os autem aperire, ac cum iis qui extorres ab Spiritu sunt, de iis quæ sunt Spiritus disputationē inire, haud operæpretium ducimus, quæcunque tandem necessaria causa prætexatur.

Imaginum in Ecclesia tranquilla olim religio.

Tum Imperator intercipiens, ait,

At neque Mosi putas sat curæ fuisse vt verè hæc traderet ac explicaret? An dubitas Mosis sermones Dei esse sermones, dum iubet, neque idolum faciendum seu simulacrum, neque similitudinem, nedum hominis, verùm sic absolutè ac indefinite, neque eorum quæ in aëre cœloque volant, neque eorum quæ in terra viuunt, nec quæ in aqua natant. Qua ergo vos ratione structis imaginibus, honores adhibetis, quorum Legislator ipse interdixit.

Exod. 20. v. 4. Deut. 5. v. 8. Mosis auctoritas, quam & nunc vexat ἐπεισόδιον.

EPISC. Quasi in altum atque immensum disputationis pelagus, nos, Imperator, prouehis, ipsum quidem multis crebrò nauigantibus tentatum; ad cuius tamen (quantum nouimus) accuratæ intelligentiæ portum nemo nauim appulerit. Nam alij quidem etsi quid absurdi, ac erroris Græcanici prolem existimantes Imagines, in obscuro mentis iudicio tum ipsi eas calumnientur, tum calumniantibus assensum præbeant; vbi tamen ad rem venerint, pulsata puppi nauique inhibita, eorum, quæ visa erant, contraria præstant; quippe qui in Ecclesiis in foro, domi Imagines habeant. Quidam verò etiam in itinere pariter comites ac contubernio assiduas ferant, siue terra, siue mari iter conficiant. Alij autem quæstionis arduitate victi, à prima statim aggressione, projectis animi armis, hosti terga dedere; ac neq; Prophetarum colunt Imagines, neq; Apostolorum effigies venerantur, nec Martyrum picturas; sed iis omnibus liberas condentes Ecclesias, extra omnes figuras ac simulacra inuisibili Deo ac incorporeo supplicationes suas adhibent. At quæso, ne difficili quæstione animis fatiscamus,

Varij hominum de Imaginibus sensus

φησίν, Ἀλλ' οὐδὲ Μωσῆς σοι περὶ τούτων τῆς ἀληθοῦς πεφροντικέναι φαίνεται ῥητεύσεως; ἢ ἀμφιγνοεῖς ὡς οὐ Θεοῦ λόγοι, οἱ Μωσέως οἱ λόγοι· Μήτε εἴδωλον, μήτε ὁμοίωμα ποιεῖν ἐπιτρέποντος, οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἁπλῶς δὲ οὕτω καὶ ἀορίστως, μὴ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀεροπορούντων, μὴ τῶν ἐν γῇ διαιτωμένων, μὴ τῶν ἐν ὕδατι νηχομένων. πῶς οὖν ὑμεῖς εἰκόνας δημιουργοῦντες, προσάγετε αὐταῖς τιμάς, ἃς ὁ νομοθέτης ἀπηγόρευσεν.

Ο ΑΡΧΙΕΡ. Ὡς εἰς βαθύ τι καὶ ἀχανὲς ζητήσεως πέλαγος ἀνάγεις ἡμᾶς, ὦ βασιλεῦ· ὃ πολλοὶ μὲν πολλάκις διέπλευσαν, οὐδεὶς δέ γε ὅσα ἴσμεν ἡμεῖς, ἐπὶ τὸν λιμένα τῆς ἀκριβείας ἀφίκετο. οἱ μὲν γάρ, καίτοι γε ἄτοπόν τι εὑρόμενοι τὰς εἰκόνας χρῆμα, καὶ ἑλληνικῆς ἔκγονον πλάνης, ἐν μὲν τῷ ἀφανεῖ τῆς ψυχῆς κριτηρίῳ διαβάλλουσί τε αὐτάς, καὶ τοῖς κατηγόροις συντίθενται· ἐπί τι τῶν πραγμάτων ἐλθόντες, πρύμναν τε ἐκρούσαντο, καὶ ἐναντία δρῶσιν οἷς ἔγνωσαν· εἰκόνες τε γὰρ αὐτοῖς εἰσι καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις. ἤδη δὲ καὶ ὁδοῖ καὶ συνοδοιπόρους ἔχουσι καὶ ὁμοδιαίτους, καὶ πεζοπορουῦντες καὶ πλαγιάζοντες· οἱ δὲ τελέως πρὸς τὴν ἀπορίαν ἐκκακήσαντες, εὐθὺς ἐκ πρώτης συμβολῆς τὰ ὅπλα τῆς ψυχῆς ἀπορρίψαντες, νῶτα τῷ πολεμίῳ παρέσχοντο· καὶ οὔτε προφητῶν αὐτοῖς τιμῶνται εἰκόνες, οὔτε ἀποστόλων μορφαί, οὔτε μαρτύρων γραφαί· ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἀπηλλαγμένας τὰς ἐκκλησίας συστήσαντες, ἀσχηματίστους καὶ τύπων ἐκτὸς τῷ ἀοράτῳ τε καὶ ἀσωμάτῳ Θεῷ τὰς ἑαυτῶν ἱκεσίας ἀνάγουσιν. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, μὴ περὶ τὴν ζήτησιν ἀποκάμωμεν· μηδὲ ἀμελῶμεν τῆς θήρας

ἀλλὰ ἐν κύκλῳ περιιόντες καὶ ἐγκυκλοῦντες τῷ λόγῳ, ἐν δικτύοις αὐτὴν ἀληθείας ἐμβάλωμεν.

Ἄκουε δή τι τοῦ λόγου, οὐ μάλα σοφοῦ τε καὶ ἀληθοῦς, ὃν ἀποδέξῃ καὶ ἐπαινέσεις, εἰ τῷ ὄντι τοῦ ὄντος ἐρᾷς, καὶ τῆς ἀληθείας ἐφίεσαι. οὐκ οἶσθα οἵα τις σφοδρὰ περὶ Θεὸν τὰς Αἰγυπτίων ψυχὰς ἐπενέμετο πλάνη· καὶ ὡς τὴν ἄκτιστόν τε καὶ ἄϋλον τοῦ δεσπότου δόξαν καταβιβάζοντες εἰς ὕλην καὶ εἶδος, ἀνδροείκελόν τε ταύτην καὶ ἀνθρωποειδῆ πεποιήκασιν· οἷος ἦν ἄρα ἐκεῖ-
3. νος δὲ ὁ Ὄσιρις, ὁ Τυφὼς, ὁ Ὧρος, ἡ Ἶσις, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρωποθέων ὁ κατάλογος· ὧν διελέγχει καὶ ἀποδείκνυσι τὴν ἀκρασίαν, ὁ βίος· τὴν πλεονεξίαν, ὁ πόλεμος· τὴν φύσιν, ὁ θάνατος. τί δὲ· ἄχρι τούτου τὸ θεῖον ἔστησαν, ἢ καὶ εἰς ἄλογα ζῶα, καὶ ἀλόγων εἴδη τὸ θεῖον εἶδος τετύπωτο αὐτοῖς καὶ μεμόρφωτο· καὶ προσεκύνουν μὲν ὡς Θεὸν τὸν κύνα· ὕμνητο μόσχος ὁ Ἆπις· τράγος ὁ Ἑρμῆς, καὶ ἰχθὺς ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ γενόμενοι ἀλόγοι, τὰ ἄλογα Θεοὺς ἀνηγόρευον. ἤδη δὲ αὐτὰ καὶ ἐν ἀλλήλοις συνθέντες, πολυμόρφους τινὰς καὶ πολυειδεῖς Θεοὺς ἀνεπλάσαντο· τὸν μὲν, τραγόπουν δημιουργοῦντες· ὁ Πᾶν οὗτος ἦν· τῷ δὲ, πρόσωπον κυνὸς περιάπτοντες· Ἄνουβις οἶμαι, ἐλέγετο· μήτε ἀνὴρ εἶναι ὁλόκληρος, μήτε κύων ἐντελὴς, συγχωρούμενος. πότερον ψεύδομαι ταῦτα διεξιὼν, ἢ ὡς ἀληθέσι συντίθεσαι;

Ο ΒΑΣΙΛ. Ἀληθεύεις. Ο ΑΡΧΙΕΡ. Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνος ὁ νομοθέτης, τὸν παραδεδομένον αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαὸν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου ἐξάγων, τὰς ἐντακείσας ἐκείνων τῶν αὐτῶν ψυχαῖς δίυνσ-

neue prædam negligamus; sed sermonis vndique indagine cingentes, in veritatis casses eam conijciamus.

Audi porro doctrinam atque sermonem, planè sapientiâ conditum & veritate, quem vtique es fusceptutus ac laudaturus, si verè eius quod est amore tenearis, ac veritatem desideres. Nescis qualis olim de Deo Ægyptiorū animos depascebat error; vtque illi increatam omnique materia vacantem Domini Majestatem in materiam formamque detrahentes, virili hominisque figura colerent? cuiusmodi illis erat Osiris, Typho, Orus, Isis; ac reliquorum Deo hominęque mixtorum Numinum caterua; quorum impudicos mores arguit vita; bellum, auaros atque rapaces; mors, naturam. Quid verò? Hactenus iis, Deitatis illa cessit dejectio; an & brutorum forma, diuina illis effi-cta natura, Deique effigies illorum ritu efformata? Ac quidem canem, vt Deum adorabant: Vitulus illis cantico celebratus Apis, hœdus Mercurius, Minerua piscis; menteque rationis èxorte, animantes ipsas rationis exortes Deos acclamabant; iamque hęc alia aliis componentes, multiformes variique generis Deos efformarunt: alium fabricantes hœdinis pedibus (Pana nimirum) alij canis faciem adhibentes (Anubis puto vocabatur) neque hoc sinentes, vt aut vir integer, aut canis perfectus esset. Mentior, hæc edisserens; aut tanquam veris assensum præbes?

IMPER. Verum loqueris. EPISC. Quia igitur Legislator hoc studebat, vt traditum sibi à Deo populum ex Ægypto educens, quæ illorum inde animis maculæ altè insederant ac inoleuerant, abstergeret & emunda-

Ægyptiorum circa Deum superstitio maxima.

Mosis mēs vetando simulacra atque idola, scitè explicata.

ret; ne diuinum Numen hominis figura viroque similem existimarent, aliasve animalium formas designarent, talia sermone velut admonet, sancitque. Nolite viri Ægyptiaco ritu vitam instituere, nec eorum absurdè disciplinam secuti, Dei apud vos Imagines ac simulacra effingite, siue ex iis animantibus quæ peruolant aëra, siue quæ in terra mouentur, aut quæ in aquis natant. Neque enim hæc, Deus sunt, tametsi Ægyptij existimant; neque quod inaspectabile est, picta imagine repræsentari potest. Omni enim forma atque figura Diuinũ caret ac inuisibile est; nec quicquam est iis ex rebus, quæ sunt conspicuæ, atq; humanis oculis obiectæ; sed sola mente conspicitur, si quis tamen vel eo euaserit. Siquidem enim Deus vniuersorũ Conditor est, haudquaquã ipse ex vniuersis vnum extiterit: cumque omnia peruadat, nunquam fiat vt vnius ambitu concludatur. Solum igitur Legislator Dei Imagines fabricari vetuit. Quodque se res palã ita habeat, primus ipse declarabit, si quis ea quæ scripta sunt ritè intelligere velit. Velut enim de Deo sermonem proferens, atque ad eum solum quod ita locutus est, referens, subjungit dicēs, *Non enim adorabis ea, neque seruies ipsis. Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator.* Impietatis enim plena temeritas absurdaque cogitatio est, si quis, eius, qui naturæ omni & essentiæ ac scientiæ longè eminet, formã ac figuram, ex iis quæ in aspectum cadunt rationes sumens, punienda audacia sibi vsquam confinxerit, velut impiè Græci præsumpsere; Deumque quærentes, animi oculum non sursum sustulere, neque su-

Dei duntaxat simulacra vetita, ac quibus diuinus honor habeatur.

οὐ τις.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ τελούμενα, κρείττω ἢ κατὰ ἀγγέλους ἦν, καὶ Θεοῦ μᾶλλον ἢ ἀγγέλων παρουσίαν ἐδείκνυεν. τὸ δὲ τούτου ἔγγονον Ἰακώβ, ἀγγέλους ἑωρακέναι σαφῶς ἀναγέγραπται, καὶ κλίμακά τινα πρὸς οὐρανὸν αὐτὸν ἐκ γῆς ἀφικνουμένην καὶ ἀναβαίνουσαν, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἐστηριγμένον τῶν ὅλων Κύριον, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀνιόντων καὶ κατιόντων πάροδον. οὕτως τῷ τοῦ Ναυῆ παιδὶ ὁ ὀφθεὶς θεῖος ἄγγελος ἐν ἀνθρωπίνῳ τῷ σχήματι ἐπεφαίνετο, ἐοικὼς ὁπλιτεύοντι, καὶ τὴν χεῖρα παραδεικνὺς καθωπλισμένην τῇ ῥομφαίᾳ. καὶ τῶν θείων προφητῶν ὁ μέν τις, αὐτὸν τὸν τῆς δόξης τεθεᾶσθαι Κύριον φησί, καὶ τὰ Χερουβὶμ κύκλῳ περιϊστάμενα· ὁ μέγας οὗτος Ἡσαΐας ἐστίν. ὁ δὲ Ἰεζεκιὴλ, τοὺς τῆς διανοίας κεκαθαρμένος ὀφθαλμοὺς, ἐπειδὴ τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων θεόκριτον προσεγγιζομένην ἑώρα τιμωρίαν, τοὺς ἐπὶ ταύτῃ τεταγμένους καὶ ὑπηρετουμένους, πελέκεις τεθέαται χερσὶ φέροντας. καὶ Ζαχαρίᾳ ἱππεύς τις ἐμφανίζεται, ἵππῳ πυρρῷ ἐποχούμενος. ἐῶ λέγειν τὰ ἄλλα ὅσα αἱ ὄψεις ἐκεῖναι διετύπουν τῷ βλέποντι. καὶ ἄλλος ἄλλοις κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀξίας ἐπι-

iorum apparitiones obtigere, non eorum ipsa natura facta eis conspicua, sed quantum sanctimonia ac puritate is preuexerat, qui ad eiusmodi visionem vocatus erat, rerumque quibus seruiebatur necessarius vsus ac opportunitas flagitabat, ita formæ ac figuræ, eorum qui superiores sunt, quã vt vlla forma atque figura repræsentari possit, puris mentis oculis id consecutis vt aspectu dignarentur, effigiabantur ac conspectibus coram præsentabantur.]

Cæterum, quæ in Patriarcha Abraham gerebantur, potiora quàm pro Gen. 18. v. 2.
Angelica ratione erant, Deique magis quam Angelorum præsentiam designabant. Eius autem nepos Iacob, Gen. 28. v. 12.
Angelos palam vidisse describitur, ac scalam quandam è terra in cœlum ipsum pertingentem ac ascendentem, eiusque fastigio innixum vniuersorum Dominum, indeque ascendentes Angelos & descendentes. Sic quem diuinum Angelum filius Naue vidit, Iosu. 5. v. 13.
humana figura, armato similis, manu gladium tenens apparuit, Diuini quoque Prophetæ, alius quidem ipsum se Isa. 6. v. 1.
Dominum gloriæ vidisse ait, ac circum eum stantes Cherubim (magnus scilicet Isaias,) Ezechiel verò, expurgatis mentis oculis, quod diuina sententia aduersum peccatores decretam pœnam ipsam ingruentem Ezech. 9. v. 2.
conspiceret, illi præfectos atque ministros, secures manibus ferentes vidit. At Zachariæ eques apparet equo Zach. 1. v. 8.
rufo inuectus. Mitto reliqua dicere, quæcunque illæ visiones in videntis aspectum figurabant; alioque alia pro dignitatis modo concipiente, gerendarum rerum figuræ symbolis struebantur, propensiorique Deus consilio

moderabatur, ac discernebat, quæ in illis reuelabantur.

Quid verò quis dicat de venerandis illis sanctisque mulieribus ? iis dico, quæ diuini corporis obsequio, vnguenta detuleru it. Nonne Angelorum visionem viderunt, & quidem candido vestitu ac luce fulgurante; tum scilicet, cùm diuino sepulchro assidebant, in quo viuificum Dei corpus velut thesauro depositum ac conditum erat? Quoniam igitur sancti Angeli carnalibus oculis inaspectabiles sunt, ac tamen variè, pro ministeriorum quæ credita erant symbolo effigiem figuramque nacti apparuerunt, sic & pictis imaginibus repræsentantur. Hactenus sanè apud Christianos secundum hunc modum tum geritur, tum prædicatur.

βλησε, καὶ τῶν προσχηματισμῶν οἱ τύποι συμβολικῶς διεσκευάζοντο, καὶ ᾠκονόμει Θεὸς, καὶ ἐκεῖνα τὰ ἐν τούτοις ἐκκαλυπτόμενα.

Τί δ᾽ ἂν εἴποι τις, περί γε τῶν σεμνῶν ἐκείνων γυναικῶν καὶ ἁγίων, τῶν μυροφόρων λέγω. οὐχὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωράκασι, καὶ τούτους λευχειμονοῦντας καὶ τῇ στολῇ ἐναστράπτοντας, ἡνίκα κατὰ τὸν θεῖον τάφον προσήδρευον, ἐν ᾧ τὸ ζωαρχικὸν τῆς θεαρχίας σῶμα ἐτεθησαύριστο; ἐπεὶ οὖν ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ἀθέατοί εἰσιν οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, ὤφθησαν δὲ διαφόρως κατὰ σύμβολον τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς διακονιῶν σχηματιζόμενοι, οὕτω καὶ εἰκονίσθησαν καὶ ἐγράφησαν. μέχρι γοῦν τῆς σήμερον παρὰ Χριστιανοῖς, κατὰ ταῦτα καὶ πράττεται καὶ κηρύττεται.



AD
S. NICEPHORI
PATRIARCHÆ,
DISPVTATIONEM CVM LEONE ARMENO, THEODORO GRAPTO ET CONFESSORE AVCTORE.



DE ſanctiſſimo Patriarcha ac Confeſſore Nicephoro plura præfari haud operæpretium putem, quòd eius Vita in Henſchenij Martio breui vulganda ſit; qualem ſcilicet mihi pridem Vir eruditiſſimus æquè ac amicus è ſuo Codice, Ignatio Diacono auctore, Leo Allatius Roma tranſmiſerat, ipſeque iam Latio donaueram: in qua ipſa, celebris hæc diſputatio multis deſcripta extat. Num iiſdem, aut propè affinibus verbis, cum his quæ ceu Theodori Γραπτοῦ, Sorbonæ inſignis Codex habet, ex quo etiam repræſento, cum illa in manu non ſint, iudicare non licet. Sunt verò hæc ſanè grauiſſima, ac quibus meritò os obſtruatur Χριστιανοκατηγόροις, vt paſſim vocati ſunt, & ipſe hîc Nicephorus, ſeu Theodorus vocat, qui Imaginum oſores, eorum cultores antiqua ac Apoſtolica traditione, idololatriæ ſceleris propudiosè infamarint atque infament; vt quem Chriſtus idolorum cultum abolitum venit, cum maximè ſtatuiſſe videatur, ſi Imaginum ſobria religio, qualis ab ipſo eiuſque diſcipulis mundo inoleuit, idololatriæ notanda ſit Sorbonæ illo Codice vt mihi vtendum putarem, fecit vel maximè Theodori τοῦ Γραπτοῦ nomen, cuius legiſſem vel nomen vel ſymbolas, non maioris aliquid operæ offendiſſem. In eius Vita, quæ mihi repoſita ex Reg. Cod. ſtatim repræſentanda eſt, iſtud lego Michaële Balbo Imperatore, Leone Armeno occiſo. Ἐκεῖνοι μὲν δὴ παρὰ τῇ πόλει γινόμενοι, καὶ αὖθις τὸ εὐσεβὲς παῤῥησιασάμενοι, πολλοὶ μὲν τε λοιποὶ πλήθεις· ἔτι καὶ αὐτῶν τῶν ἐν πόλει σύμφορον ἀπεσαμβάνοντο· τοῦτο μὲν, καὶ διὰ τὸ τῶν καινῶν ἐκθέσεως, ὡς Θεοφάνης ὁ γνήσιος ἀδελφὸς ἐμελῴδησεν· τοῦτο δὲ, καὶ διὰ τὸ τῶν λόγων

ἀντιθέτικους, οὓς ὁ μέγας οὗτος Θεόδωρος συνεγράψατο. In Vrbem venientes (sedata tantisper tyranni nece, persecutione) *ac rursum pietatem fiducia docentes, plures é plebe, adhuc autem etiam Senatorij Ordinis viros, in suam sententiam adducunt; partim quidem expositione Canonum, quos Theodori germanus frater Theophanes versibus cecinerat; partim etiam oppositionum libris, quos Magnus hic Theodorus conscripserat:* quorum istud quod damus pars aliqua sit. In alia quoq; eiusdẽ Sorbonæ Codicis parte, quæ plura Liturgica habet, Patrumque *ῥήσεις* (id est, testimonia) pro venerabili Eucharistia, illustre eiusdem Theodori de illa excerptum, extat. Fecit etiam, certantium Sociorũ studium, vt eum mihi Codicem utendum præberent, atque ad ditandam ex eo, aliisque si quos singulares habet eius domus atque lycæi Regia Vrbe orbeque celeberrimi Bibliotheca libris confertissima, rem literariam ac Christianam, effusa liberalitate ac humanitate inuitarent, animarent, cogerent; rem in primis solicitante exque munere Consociorum Scholæ proponente, Clar. Viro, eruditissimo, humanissimo, Nicolao Petitpied sacræ facultatis Parisiensis Doctore Theologo, Priore ac Domino sancti Andreæ è deserto, Regi à Consiliis, & in Curia Præsidiali Parisiensi Senatore integerrimo. Fuit Codex Emin. Cardinali Lotharing. Carolo oblatus à Constantino Palæocappa Cydonio, ex vetustissimo alio Apteræ (quæ vrbs Cretensium est) descriptus; cesseratque in rem Emin. Cardinalis Ducis Richelei, ex cuius Bibliothecæ naufragio cum paucis aliis, in Sorbonæ sinu, quam ille tanto splendore prouexit, alter fere eius conditor, auctorque præsentis munificentiæ, tutum asylum reperit. Ex eo Fronto Ducæus gentilis meus, Greg. II. Epistolas duas ad Leonem Isaurum produxit. Mihi Oratio Demonstratiua aduersus Constantinum Cabalinum pro venerandis Imaginibus Ioan. Damasc. nomine altero Auctarij tom. edita ex Codd. Regiis, purior ex eodem repræsentari potuit, paucis etiã in ea hiantibus expletis. At nec istud, quicquid operis est, aut hîc otiosum, aut à meo alienum syntagmate putandum est. Cohæret prorsus superiori Synodicæ, & ad idem tempus vel paulò superius, eandemque spectat Constantini Vrbem; in ea scilicet natum, eiusque alumno ac Antistite auctore, partimque Theodoro Syro hospite, disputationem illi habitam conscribente, atque edente, in qua vir prudens, ingens momentum ad fidei robur ac reuincendos vel summè peruicaces praui dogmatis defensores intelligeret inesse. Quantum verò sperandum ex ipsis Nicephori Antirrheticis, quæ vel mihi reposita ex Regio Codice vel in Seguieriano Romanisque Codd. posita, ac quorum copiam offerebat pridem Leo Allatius, cum de illo aliquid cogitarem, si quando Latio donata iuris publici fierent! quanta in eis traditionis lumina! quàm à radice excisa hæresis opposita, ipsa [illegible] affinis: à qua videant vt

se

se nostrates ἐπισήδοξοι expediant. Theodorum cum fratre, qui Hierosolymis exque Laura sancti Sabæ missos Constantinopolim Theophilo Imperatore scripsere, ex eius emendandi Vita, ex qua liquet iam Leone Armeno persecutionem mouente, Constantinopoli versatos esse, ac tum exilio mulctatos; postremò sub Theophilo agonem desudasse, iambis inscriptos vultus; ac tandem Theodorum ærumnis confectum, die Stephano Protomartyri sacro tantæ illius confessionis coronam perinde consecutum esse; Theophane fratre à Theodoræ ac Michaëlis Imperium superstite, atque Nicæno demum Antistite. Leo Allatius, in suo de Theodoris syntagmate, quod lucem expectat, Iamborum quibus inscripti vultus Theodorus & Theophanes, auctorem, si quis interesse utet, ex vetustissimo Cod. Vaticano prodit, qui illis præfixum habet, στίχοι Θεοφίλου γραμματικοῦ ἀνθρώπου γεγονότος τοῦ θεοστυγοῦς Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, οἳ καὶ γεγράφηντες εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ὁσίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ ἀδελφοῦ γεγονότος τοῦ κυροῦ Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. *Versus Theophili Grammatici hominis Deo exosi Theophili Imperatoris, qui & scripti sunt in facie sancti Theodori Grapti, qui fuit frater Domni Theophanis Poëtæ.* Tum sequitur, Πάντων ποθούντων, vt in editis, & in Continuat. Vatic. At in Theodori, quæ sequitur, Vita, ipsaque Theodori de suo & fratris agone hoc Epistola, Χριστόδουλος τὔνομα dicitur, *Christodulus*, is qui eorum auctor extiterat, ac paratos habebat.

1. Τῆς γὰρ ἐμῆς Ῥώμης. Hoc præcipuum fidei momentum, Ecclesiarum traditio, cuius principatus penes Ecclesiam Romanam verè fidelibus ac Catholicis semper agnitus est. Πρωτόκλητον τῶν ἀποστόλων quod vocat, mendi suspicione non vacat: non enim Petrus ita Græcis vocatus, sed frater eius Andreas, quem nulla monumenta Romæ prædicasse tradunt. vel Patriarchalem aliquam Sedem initiasse; quod Petri duntaxat Apostolorum summi verticis ac Christi Vicarij priuilegium fuit. Volunt quidem Græci, primùm Byzantij Andream Ecclesiam constituisse, sed quæ nihil tum emineret, ac donec eò translata Imperij Sede, noua Roma inaudiit, cœpitque Patriarchali auctoritate fulgere, ipsisque demum per Orientem senioribus Apostolicis Sedibus sęculari maximè ambitu præire; atque ipsi postremò seniori Romæ, schismatis noxa atque hæresi, præscribere, κορυφαῖον emendatum antiquario marg. Quid si & Petrum πρωτόκλητον dixit Nicephorus; quod etsi non prior agnouit Christum, prior tamen vt discipulus esset ac Christum sequeretur vocatus est: etsi neque Andreas defuit, cùm sic vocaretur, sed illi comes fuit Ad Petrum tamen, qui iam Cephas, id est Petrus seu petra, basisque ac fundamentum totius sub Christo ac Christi vice Ecclesiastici ædificij prædictus esset, potuit duorũ illa vocatio primò spectare. vt quasi secundis curis Andreæ vocatio, vt & filiorum Zębedæi intenta esset; idque Lucas

cap. insinuauerit, dum sic Petri peculiariter vocationem describit, magnoque mysterio, vt ad eum locum Ambrosius exponit. Vni illi dictum, *Duc in altum*; illi, *ex hoc eris homines capiens*, ζωγρῶν, piscium more *viuos*, seu magis, vt illis vitam præstes. Nec hæc alia vocatio est, quam quæ Matthæi 8. habetur, & Marci 1. Quid si item πρωτόκλητος non vulgato ac trito sensu hîc loci accipitur, pro eo qui primus vocatus sit, sed qui primus in Apostolorum albo habeatur, inque illo extra controuersiam omnem cunctis prælatus sit; quod nec primum Apostolos latuisse sentit Hieron. proditumque in communi illi ac Christo præstatione tributi. Quomodo πρωτόκλητος τῶν ἀποστόλων idem sit ac κορυφαῖος, quam priorem vocem eo sensu minus tritam, altera vel antiquarius vel ipse Theodorus sic exposuerit, ac ne intra paucas lineas eandem κορυφαῖον vocem de eodem repeteret, sibi vt vsurparet indulserit.

2. Τῇ αἱρέσει σου κάτω κειμένῃ. Quæ scilicet Tarasio Antistite, ac septima in eam Synodo iam elisa esset, Irene & Constantino Impp. ac Adriano Romano Pontifice. Id præcipuè causæ, cur tantis Nicephorus cum hæreticis disputationem detrectet. Veteri scilicet Ambrosij Mediolan. lib. 5. Epist. 35. aliorumque nostratium Antistitum exemplo: quod non tutum semel Ecclesiæ iudicio decreta, iterum in controuersiam vocare, vbi præsertim tanta Episcoporum concors plenario ipso Concilio eluxit sententia: qua re extat Marciani Imperatoris ad Synodum Chalcedonensem seuerior censura. Ritè itaque Nicephorus in hæresim sic proscriptam, διαφωνοῦσαν μεθ' ἑαυτῆς αἵρεσιν· velut disputationibus fatigetur, ipsa secum discors, quod eorum maximè est, qui Ecclesiasticam regulam abjecerunt: οἰχέσθω ἐς κόρακας· notum prouerbium, vt & sequens, ἀποπεμπέσθω ἐς Κυνόσαργες, quod Apostolius Cent. 7. 69. & 11 66. explicat. Κυνόσαργες locus in quo οἱ νόθοι ἐξεκρίνοντο, *nothi secernebantur*, & in quo decretum ipsos quoque, Herculis reuerentia, cuius illic constituta statua, ac qui ipse spurius [illegible] εἶν. vt *velut legitimi, ac in censu haberentur*. ἐπὶ ὕβρει tamen καὶ ἀραῖς dictum: *per contumeliam, dirisque* deuouendo. Quodque in damnata à VII. Synodo hæresi Iconoclastarum versor, cuius instaurari litem iure merito nollet Ecclesiasticæ disciplinæ gnarissimus ac tenacissimus Nicephorus. Obstupui, fateor, dum indicem versans 2. partis libri postumi de Concordia Illustr. ac Reuerendissimi Archiep. Paris. Petr. de Marca, legi, *Imaginum vsus prohibitus à Synodo septima* 45. Vt in Baluzium virum eruditum, piumque ac Ecclesiasticum istud sic crassum referam, adduci non possim; velim tamen pro Auctoris amicitia ac necessitudine, quo mihi semper conjunctus fuit, inde expungi. Sed bene habet, quod in loco notato, eruditè, vt solet ipse Marca rem exequitur; sicque meminit Synodi Copronianæ, quæ ipsa pseudosynodus VII. Imaginum effracto-

tibus dicta, vt longè amplius exque instituto in vera Synodo VII. immoretur, Romani in ea summi Antistitis partes egregiè declarans. Ac valde inficetus eius Indicis consarcinator qui verba solum relata, sic putida, eo ex loco de Imaginum religione vsuque attulerit. Quod autem idem Marca priore parte Concordiæ, posterioris huius editionis pag.249. damnatos hæresis affirmat effractores Imaginum, *licet de capite disciplinæ ageretur*, ponitque exemplum in celebratione Paschæ, vel Iudæorū ritu Luna XIV. vel die Dominico sequente, quod ita Nicæna Synodus obseruandum constituit, durius visum Theologis, qui eius tum opus recognouerunt, nec quod affert altera Præfatione num. 10. omnem scrupulum tollit. Aliud sanè Nicephoro, eiusque ac paulò superioris ætatis Patribus sedisse videtur, dum ad ius ipsum diuinum videntur reducere, quod pro ratione exemplarium retinendæ ac colendæ Imagines fiot; nec mere res Ecclesiastica sit, habere aut non habere, seu præscribere & abolere, ac velut idola habere, sacras Imagines, vti præcipuè vrget Nicephorus in illis Cherubim gloriæ. Mosi fabricatis ac Paulo laudatis; vt nisi illorum admissa religione, vetus nouaque pagina expungenda sit; ac nec Iudæo maneat quod Iudæus, nec Christiano quod Christianus existit. Videaturque ipse maturior, iamque Ecclesiasticis castris adscriptus Marca istud emendasse altera parte Concordiæ lib. 6. cap. 25. vbi de Francofordiensi Synodo loquens, eique proscripta VII. Synodo, sic ait. *Quoniam verò quæstiones illæ pertinebant ad dogma; sola Episcoporum auctoritate definita sunt, tametsi Princeps interesset deliberationibus*: Omnes quæ supra sanctissimi Patres nostri contradixerunt, &c. eradicandam statuerunt, consentientes condemnauerunt: *inquiunt canones, qui nullam interim Principis mentionem faciunt*. Sic ille se doctior ac Ecclesiasticus.

3.° O Ὦρε. Osirim lingua Ægyptiaca *multoculum* significare, sicque dictum solem, quod orbem multis radiis collustret, auctor est Diodorus Sicul. lib. 1. De eo, deque Oro, qui ipse apud Ægyptios, Solis nomen extitit, ac cultus Heliopoli fuit, plura erudite, Edoardus de Religione Gentilium cap. 4. quod est de cultu Solis variisque eius nominibus, vbi & Tiphonem Solis nomen dicit, atque ita scribit. At Nicephoro Τυφὼς est, vt & Suidæ, Terræ filius, tantæ fortitudinis, vt & diis esset formidabilis, eiusque metu etiam animalium formas subirent. Sic desipuit cæca Gentilitas: nec in his, quæ dicta obiter sunt, ad Ægyptiorum traducenda idolomaniæ portenta, diutius immorandum. Isis, & Luna & Tellus iis dicta, ipsa aliis Ceres: quæ omnia Nicephorus ἀνθρωποθέους, velut *Semones* vocat, quasi ἡμίθεοι & Heroës, qui ex hominibus, cæca Gentilitate in Diuos translati essent, eoque iam munere Dij ipsi audirent. Apis, Sarapis, Anubis, apud Mythologos.

4. Θεοῦ εἰκόνας οὐ ποιητέον. Seuerior hîc Nicephori sententia, in eos qui Dei vllo modo imagines fabricant, quos Gentilium dogmatis socios, extremis dignos supplicij pronuntiat. Nec facile admissurum putem, quod rudi pictura Trinitatis arcanum nonnunquam delineatur, vt senioris viri specie Patrem designent, Filium qua carnem assumpsit hominem repræsentent; Spiritum sanctum, quâ apparuit specie columbæ. Ac quidem de Patre, fauere existimant, quod Danielis 7. de antiquo dierum habetur, à quo data potestas & honor & regnum Filio hominis. At certè, non hic Pater æternus, prima scilicet Deitatis persona magis quàm vel Filius vel Spiritus sanctus, sed beata ipsa Trinitas ac vnus ipse Deus, cuius Incarnatio effectus est ac Filius hominis, qua Filius hominis est, qui ipse quà Dei Filius, eadem, quæ à Patre accepit, sibi contulit, vt de Spiritu, sibi illum donasse, Cyrillus ait, sicque istud Danielis non Patris aliquid proprium, sed quasi appropriatum fuerit: quamque senij ac antiquioris æui rationem pictores procliuè arripuerunt, vt in Patrem ipsum etiam ferrent, hoc verò maximè officit: nec enim prior existentia vnius personæ quàm aliarum in diuina Trinitate, non errante sensu ac Ariano concipi potest aut vocari, seu etiam coloribus exprimi; ipsa verè senior, nullo detrita senio, Trinitas vnus Deus, cuius essentia esse sit, ipsumque à se & necessarium, ipsa æternitate creaturam omnem antecedens, quæ ab illo donatum, ac velut precariò accidentarioque munere, esse habeat. Quare vereor ne pictorum istud licentia inuectum, aliquid habeat, quale Agobardus Lugdunensis, præsertim in Christi Natalis Officio, sugillat: ac neque apud omnes adhuc forsitan satis abstersum sit. Opinandum sanè castigatiorem esse quæ nobis familiaris sacra zoographia est, & qualis tanto calore fidei sanctis pridem Confessoribus aduersus hæreticos propugnata est, vigetque etiamnum apud Orientales & Græcos, quibus picturæ ipsa prototypa quoad licet graui specie, & quæ venerationem aspectu ipso extorqueat, intentis oculis, sublato digito manuque, repræsentent, non quod in pictoris temere cerebrum venerit, sæpe non satis sanum, aut ve pudicum, vt inter sacram & profanam, Christianam atque Gentilem ἱστορίαν (proh dolor!) vix aliquid intersit. Isaias quod Dominum Sabaoth vidit sedentem super solium excelsum & eleuatum, eius nullam nobis speciem ingerit. Verum hæc sic.

5. Τῶν δὲ ἄλλων. Sic nimirum eius temporis Imaginum impugnatores, aliorum rerum quæ circumscriptæ essent ac corporales, pingi posse Imagines, non inficiabantur, nec eo putabant spectare, quod à Mose vetitum esset; sed Christi duntaxat, qui Deus, eóque incircumscriptus esset; cuius etiam erroris Eusebius in VII. Synodo notatus est, ritéque hic à Nicephoro reuincitur; sed operosius in Antir-

theticis, vbi Patrum hoplothecam omnem ad traditionem sanctè asserendam depromit. Primum itaque illis erat, quod nec vere pingi posse Christi Imagines volebant, quod illi peculiare sentiebant, in Manichæorum plane aliorumque eiusmodi phantasiastarum hæreticorum castra concedentes, tum deinde colendas negabant, quod ad Deiparæ etiam ac Sanctorum Imagines trahebant, ac religiosum omnem cultum, vti & nostræ ætatis sectarij detractum volebant, cum nisi cæcutimus aut cæci sumus, vna palam Imaginum cultus ac venerationis regula, sint ipsa prototypa, seu exemplaria; quæ ipsa absolute vel ciuilem, vel religiosum ac sacrum cultum, pro meriti sui ratione, habent; imagines pictæque figuræ σχετικῶς, vt Græci vocant, quadam velut habitudine ac relatione; qui est honor secundum quid, totus transiens ad exemplar, quod illæ non ipsa veritate sunt, sed repræsentatione. Quod in Cod. erat tanquam Nicephori, Χειρὸς δ' ἐς εἰκόνα; ἡ γραφεῖς; ita mutaui vt sit Imperatoris; sola verò responsio, Πάνυ, Nicephori: sicque plana sunt omnia.

6. Ἀπεριγράπτους ἄν τις αὐτοὺς εἴπῃ. Sunt hæc erudita, longéque iis aptiora, quæ Ioannes Thessalonicensis in VII. Synodo persequitur, vt pingendos Angelos suadeat, quod corporei sint. Quæ fuit olim multorum opinio, intra etiam Ecclesiæ castra. Nicephorus incorporeos admittit & spiritus; posse tamen pingi, quod corporali specie & apparuerint, & finitæ essentiæ sint eo quod creati sunt. Angelorum illud corporeum, si quod esset, nec ipsum pingi posset, quod vel aëre subtilius, mixtumque aëreo & igneo; vt eius auctores sententiæ exponunt. Maximum momentum habet, quod Dei ipso nutu Mosi & Salomoni Angeli corporum ritu effigiati sunt; idque puto velut συγκαταβάσει, & vt Angelorum nobiscum necessitudo & societas quædam indicaretur: sicque vtendum symbolis nobis in Scripturis traditis, vt non liberius ex aliis alia commiriscamur, & sic vel loquendo, vel pingendo, seu quouis alio modo, decori ac modestiæ metas excedamus.

7 Ἀπ' αὐτῆς τῆς πρώτης. Ita Nicephorus de Cherubim, quod omnino de Thronis sentire existimat Dionysium, antiquus eius Scholiastes Maximus cap. 6. de Cœli Her. & iterum cap. 7. meminique me locos Chrysostomi alibi attulisse, quibus perinde omnium supremos Spiritus, Cherubim tradit; quicquid nostratibus visum, primum omnium ordinem esse Seraphim, quem & primum adscribit idem Dionysius in titulo eiusdem capitis 7. qui est, Περὶ τῶν Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ καὶ τῶν Θρόνων· sed ait Maximus, κάτωθεν ἔτι τὰ ὑπέρτερα ἀνιών. *Ab infimo ad supremum ascendere*, secus ac superiori cap. qua de re aliquid ibi velitandum sit. Dionysij, & ex illo Maximi ratio maximi ponderis est, quod Thronorum symbolo

maxima quædam conjunctio cum Deo designetur, in quibus Deus, velut recumbat ac sedeat, ac per quos sua iudicia decernat: quod neque à Cherubim abhorret, qui ipsi sedium Dei symbolo in Scriptura non semel designentur; nec in ea vnquam contra Thronos distinguantur; sed alij aliis locis ac libris, noui ac veteris Testamenti; Paulo, Thronij; Prophetis Dauidique, Cherubim nominentur. Fauet, quod supremo in Ecclesia ordini, qui est Episcoporum, ipse Christi institutione sub Christo proximè, vnus, τὸ θεοφόρον singulariter adscribimus, ipsam scilicet Thronorum dotem, seu etiam Cherubim, vt Dei Sedes vocantur atque existunt.





ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ
ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ
ΘΕΟΔΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΠΤΟΥ.

SANCTI PATRIS NOSTRI
AC CONFESSORIS
THEODORI GRAPTI, VITA.

Ex Cod. Reg.

ΤΩΝ ὑπὲρ Χριστοῦ τὴν ἄθλησιν ἑλομένων, οἱ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἁπλῶς πρὸς Ἕλληνας ἠγωνίσαντο, πλάνης εἰδωλικῆς ἀντιποιουμένους· οἱ δὲ, ὑπὲρ ὀρθοδόξου πίστεως· πρὸς Χριστιανοὺς μὲν, οὐχ ὑγιῶς δὲ περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν διακειμένους, οὐκ ἐλάττους ἢ ἐκεῖνοι τοὺς ἱδρῶτας καταβαλλόμενοι· διὸ καὶ τῶν ἴσων αὐτοῖς στεφάνων κοινωνοὶ καθεστήκασιν· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ τοῦ λόγου νῦν ὑπόθεσις προτεθεὶς, ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας Θεόδωρος, περὶ οὗ προϊὼν ὁ λόγος κατὰ μέρος δηλώσει.

Τοῦτον ἤνεγκε μὲν ἡ Παλαιστίνη, ἣν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ κλῆρον διδοὺς, γῆν ἐπαγγελίας

EX iis, qui pro Christo certamen susceperunt, alij quidem pro pietate ac Fide simpliciter, aduersus Græcos simulacrorum errorem tuentes, decertarunt; alij autem pro Fide Orthodoxa, aduersus Christianos quidem, sed non sanè erga rectam fidem affectos, nihil illis minus aliquid sudorum contulerunt. Quamobrem etiam illis pares coronas consecuti sunt: quorum vnus est, qui nunc etiam dicendi argumento propositus est, admirandus ille ac magnus Theodorus; cuius sigillatim res oratio processu declarabit ac edet.

Christiani pugilis certamen contra Gentiles & Hæreticos.

Palæstina illi patria fuit, quam Deus Abrahamo possidendam tradens, Terram promissionis ritè nun-

Theodori patria.

cupauit. Ciuitas autem Hierosolyma, cui omnino, vel si alia omnia argumenta desint, ad laudem sufficiat, quòd & Christus illinc sit secundum carnem: quin etiam ingens quoque Prophetarum ac Patriarcharum chorus inde processit: ipse denique iucundissimus electus Apostolorum cœtus, exortum inde habuit.

Parentum pietas. Generosi Viri huius parentibus claritatem pietas præstabat: eorum diuitiæ amplaque substantia, quod ex Christo nomen, Christiani nuncupatione, asciuerant. Quorum germen Vir ille sacer cum esset, quid attinet dicere, quantam à prima ætate adeptus est intelligentiam mentisque solertiam? Adhuc enim puer, nihil puerili sensu præditus erat; eiusmodi scilicet, qui ad parua aspiceret, ludisque ac rebus ludicris propensè oblectaretur: *Sancta pueritia.* sed nusquam ille quidem lubentius versabatur, quàm in venerandis templis. Nullum ei iucundius spectaculum, quàm vt ad pulcherrimos omnique honestate conditos mores contuendo, se ad eos componeret. Eius in eo posita gloriatio ac decus, vt parentibus obsequentem sese exhiberet. Et vt semel dicam, instar generosæ plantæ, primo statim ostendit germine, qualis ac quantus virtute euasurus esset.

Traditur Sabæ monasterio. Cùm autem à puerili iam ætate excederet, iubetur à parentibus ad Grammatices præceptorem ventitare. Ne autem solum disciplinis vacaret, sed ad virtutem quoque informaretur, traditur diuini Sabæ monasterio. In eo Presbyterum (Ecclesiastici scilicet ordinis virum) magistrum eiusmodi nactus est, qui & eruditione, & virtute tum primas obtineret. Habebat

καλῶς προσηγόρευσε πόλις ἡ Ἱερουσαλήμ. ἣ τινι πάντως ἀρκέσει πρὸς ἔπαινον, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐπαίνων εἶχε, ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἐκεῖθεν τὸ κατὰ σάρκα· καὶ δὴ καὶ προφητῶν ἐξ αὐτῆς καὶ πατριαρχῶν πολὺς προῆλθε χορός. καὶ αὐτὴ ἡ τῶν ἀποστόλων ἡ χαριεστάτη λογὰς, ἐκεῖθεν ἔσχεν τὴν γένεσιν.

Γεννήτορες δὲ τοῦ γενναίου, ἀπὸ τῆς εὐσεβείας τὸ γνώρισμον ἔχοντες· πλοῦτος δὲ καὶ περιουσία, τὸ ἀπὸ Χριστοῦ κληθῆναι καὶ ὀνομάζεσθαι· ἐξ ὧν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος βλαστήσας ἀνὴρ, τί δεῖ λέγειν, ὅσην ἐκ πρώτης ἔτι τῆς ἡλικίας ἐπλούτησε τὴν σύνεσιν. ἄρτι μὲν γὰρ παῖς ὢν, οὐ κατὰ παῖδας εἶχε τὸ φρόνημα· τὸ πρὸς μικρὰ βλέπειν, καὶ ἀθύρμασι χαίρειν καὶ παιδιαῖς· ἀλλὰ φίλαι Θεοδώρῳ διατριβαὶ, τὸ ναοῖς σεπτοῖς ἐμφιλοχωρεῖν· θεωρίαι δὲ ποθειναὶ, τὸ πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἠθῶν ὁρῶντα, καὶ τοῖς σεμνοῖς τρόποις ἑαυτὸν ῥυθμίζειν· καύχημα δ' ἐκείνῳ καὶ σεμνολόγημα, τὸ πειθόμενον ὁρᾶσθαι γονεῦσι. καὶ συνελόντα φάναι, δῆλος ἦν ἐκ προοιμίων ὥσπερ τὰ εὐγενῆ τῶν φυτῶν ἐκ πρώτης ἔτι τῆς βλάστης, ὁποῖος ἄρα τὴν ἀρετὴν ἀποβήσεται.

Ἤδη δὲ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἀμείβων, εἰς γραμματιστοῦ φοιτᾶν ὑπὸ τῶν γεννητόρων κελεύεται. ἵνα δὲ μὴ μόνον τοῖς μαθήμασιν ἀσχολούμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀρετὴν τυπούμενος ᾖ, τῇ τοῦ θεσπεσίου Σάβα μονῇ παραδίδοται, διδασκάλου δή τινος τυχὼν πρεσβυτέρου ἑνός φημι τῶν τῆς ἐκκλησίας, ἅμα μὲν εἰς παιδείαν,

δείας, ἅμα δὲ καὶ εἰς ἀρετὴν τὸ τηνικαῦτα προκόπτοντος. εἶχε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν Θεοφάνην· πρὸς μὲν τὴν ἡλικίαν, χρόνοις συχνοῖς ὑστερίζοντα· πρὸς δὲ τὴν ἀρετὴν, τὰ δευτερεῖα φέρειν οὐκ ἀνεχόμενον· καὶ τὸ ἀδελφὸς εἶναι, οὐκ ἀπὸ τῶν σαρκικῶν μᾶλλον ὁμοιωμάτων, ὅσον ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτοῦ παραλλάττειν εἰς ἀρετὴν βουλόμενον· ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους μιμούμενον τῶν ζωγράφων, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὥσπερ εἰς ἀρχέτυπον βλέποντα, καὶ ζηλοῦντα σὺν ἀκριβείᾳ.

Ἐκεῖσε μὲν οὖν ἀμφοτέροις αἱ διατριβαί. καὶ ὁ θεῖος Θεόδωρος, ὀξυτάτης μετειληχὼς φύσεως, καὶ τὴν παιδείαν ἅπασαν ἐν χρόνῳ βραχεῖ διεξελθὼν, ὑψηλοτέρων τῶν μαθημάτων ἔρωτι ἑαλωκὼς, ἔξεισι μὲν τῆς μονῆς· αἰδεσίμῳ δέ τινι προσφοιτᾷ, τὴν μὲν ἡλικίαν προήκοντι· ἀνάλογον δὲ τοῦ χρόνου καὶ ἀρετὴν ἀσκήσαντι, καὶ παιδείαν συλλεξαμένῳ.

Ἐκείνῳ τοιγαροῦν ὁμιλῶν, τῆς τε ἀρετῆς μιμητὴς γίνεται, καὶ πρὸς τὴν τῆς παιδείας ἀντίληψιν οὐ πολλοῦ δεῖται χρόνου· ἀλλὰ τῷ πλήρει καὶ διαπύρῳ τῆς φύσεως, καὶ τῷ συντόνῳ τῆς περὶ ταῦτα ἐπιμελείας, πάντα ἐν ὀλίγῳ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εἰσῳκίσατο. καὶ μάρτυρες τούτων οἱ λόγοι, οὓς αὐτὸς ὕστερον ὑπὲρ εὐσεβείας ἐξέθετο· 2 εἰ καὶ πάσας τῆς περὶ αὐτὸ φιλοπονίας ἀνώτερος ἦν.
2.

Ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τοὺς λόγους ἀσχολία, μέχρι τινός. ἐνίκα γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς πόθος, ὅλον εἰς ἑαυτὸν ἀπαγαγεῖν βουλόμενος, καὶ μὴ τῇ πρὸς ἐκείνους ἐπιμελείᾳ, τὴν διηνεκῆ ταύτης περικόπτεσθαι ὁμιλίαν. ἀμέλει καὶ αὖθις τῇ τοῦ θεοφόρου Σάβα μονῇ φέρων ἑαυτὸν δίδωσι· καὶ ἦν οὕτως

COMB.

Habebat autem & Theophanem fratrem; ætate quidem annis non paucis iuniorē; at, qui virtutis nomine neq; secundas ferre sustineret; quíque ita comparatus esset, vt non tam ex carnali similitudine, quàm ex virtutis summa consensione ac paritate, illius frater vellet enitere; optimosque æmulatus pictores, in eum vt exemplar contuens, exactè omnino illius ducebat characteres.

Theophanes frater iunior, eius virtutis æmulus.

Atque illic quidam ambo versabantur: enimverò diuinus Theodorus, cùm subtilissimi ingenij esset, ac breui tempore institutionem omnem artesque bonas decurrisset, sublimiorum disciplinarum amore captus, è monasterio egressus ad virum quendam adit, ætate quidem prouectum; sed qui pro temporis ratione exercuisset, ac eruditionem omnem comparasset, illi operam daturus.

Theodori studia extra monasterium.

Cum illo ergo versans, tum virtutis fit imitator, tum non multo tempore indiget, ad disciplinam omnem capiendam: sed ingenij celeritate eiusque ignea vi, nec non & acri contentaque diligentia, intra breues moras cuncta animo hausit. (Ac testes sunt, quos ille postea tuenda pietate libros edidit) etsi omni superior æmulatione, pro eruditionis illa præstantia, fuit.

Sed aliquandiu quidem versatus est in literis. Vincebat enim virtutis amor, id agens, vt totum sibi addiceret, nec sinens vt studiorum illa diligentia, iugis cum ea consuetudo interrūperetur. Denique, diuini Sabæ monasterio se rursus tradit; atque in eum modum vita Deo dedita, quæ il-

lius mundis oculis digna opera essent, totus consectabatur.

Hinc, quis Theodoro sensu modestior? Quis ad continendam iram illo generosior? Quis ad cupiditatis explenda desideria rigidior? Quis dicendi atque tacendi opportunior momenta obseruabat, ac cuiusvis rei faciendæ tempus pernoscebat? vt neque quietem silentiumque contemneret, neque propter animi mollitiem, abiectumque ac demissum spiritum, quod sit libertatis dicendi quicquam remitteret.

Theodori virtutes.

Quis sic carnem castigauit atque oculum frenauit, & cogitationes affectusque repressit? Ex quo quid accidit? Dei quidem nutu, omnium verò qui ad Monasterium spectabant, suffragio, à sanctæ Sionis tunc Antistite, Presbyter ordinatur; inque eum modum ipsum habebat magni Sabæ Monasterium, virtutis melle operando strenuum atque sedulum. Quod autem ex illis præclaris rebus me penè fugit, nec si velim negligere facile possim, dicturus sum. Namque in illo tale quid etiam contigit, quale prius in Diuo Ieremia, ad quem dictum est, Antequam natus esses, sanctificaui te; & vnxi te priusquam formatus esses in Israël.

Ordinatur Presbyter.

Ier. 1. v. 5.

Nam cùm adhuc Presbyter ille ac Magister in diuini Sabæ Monasterio, vti iam prius declarauit oratio, cœlesti hunc sensu Theodorum diuina doceret, literarũque studiis atque virtute excoleret, isque virtutis lac quotidie, vt sic dicam, mysticâ institutione sugeret, ac spiritali educatione adolesceret: magnus, inquam, ille Presbyter, Deique nimirum homo, quæ huius viri erant, diuinitus edoctus, clarissimè prædicit. Ne cui autem vi-

Iuueni Theodoro promissa martyrij laurea.

ὑπὸ Θεῷ ζῶν, ἔργα τὰ μετ' αὐτῶν ὀφθαλμῶν ἐκείνων τῶν καθαρῶν ἄξια.

Ἐντεῦθεν, τίς μὲν Θεοδώρου τὸ φρόνημα μετριώτερος· τίς δὲ κρατῆσαι θυμοῦ γενναιότερος· τίς πρὸς ἐπιθυμίας ἐρρωμένως ἀκλινέστερος· τίς οὕτω καὶ λέγειν καὶ σιωπᾶν εὐκαιρότατος, καιρόν τε εἰδέναι παντὸς πράγματος, ὡς μήθ' ἡσυχίαν ἀτιμάσαι, μήτε παρρησίαν μεθεῖναι διὰ μαλακίαν ψυχῆς καὶ φρονήματος ταπεινότητα.

Τίς οὕτω σάρκα τε ἐκόλασε, καὶ ὀφθαλμὸν ἐχαλίνωσε, καὶ λογισμῶν ἐπέσχεν ὁρμάς. Ἐξ οὗ τί γίνεται; νεύματι μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῶν περὶ τὴν μονὴν πάντων, ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα τῆς Σιὼν προεδρεύοντος, χειροτονεῖται πρεσβύτερος· καὶ εἶχεν οὕτως αὐτὸν ἡ τοῦ μεγάλου Σάβα μονή, τὸ τῆς ἀρετῆς μέλι φιλοπονώτερον ἐργαζόμενον. Ὃ δέ με τῶν ἐκείνου καλῶν μικροῦ διέφυγε, καὶ ὃ μηδὲ βουλομένῳ παρελθεῖν ῥᾴδιον. Γίνεται γὰρ καὶ περὶ αὐτὸν τοιοῦτον, οἷον περὶ τὸν θεῖον Ἱερεμίαν πρότερον, πρὸς ὃν ἐρρέθη τό, Καὶ πρὸ τοῦ γεννηθῆναι ἡγίακά σε, καὶ ἔχρισά σε πρὸ τοῦ πλασθῆναι ἐν Ἰσραήλ.

Ἄρτι γὰρ δὴ ἐκείνου τοῦ πρεσβυ- 3.
τέρου καὶ διδασκάλου κατὰ τὴν τοῦ θεοφόρου Σάβα μονήν, ὡς ὁ λόγος ἤδη φθάσας ἐδήλωσεν, τὸν οὐρανόφρονα τοῦτον Θεόδωρον τὰ θεῖα παιδεύοντος, καὶ ἀρετὴν ἐκπονοῦντος· τοῦ δὲ τὸ γάλα τῆς ἀρετῆς καθ' ἕκαστον εἰπεῖν ἐκμυηθέντος, καὶ πνευματικῶς διατρεφομένου· ὁ μέγας ἐκεῖνος πρεσβύτερος, καὶ τοῦ Θεοῦ δηλαδὴ ἄνθρωπος, δηλοῖ τὰ κατ' αὐτὸν [illegible],

προλέγει παρέστατο. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τινὶ τῷ μαθητῇ χαριζόμενος προσποιεῖσθαι τὴν ἀποκάλυψιν· ὕποπτος γὰρ ἀτεχνῶς ὁ παρὰ τῶν φιλούντων ἔπαινος· τέως μὲν αὐτὴν κρύπτει τῇ σιωπῇ· ὕστερον δὲ, ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀρετὴν ἀξιόπιστον τῶν λεγομένων εἶχε συνήγορον, πᾶσιν ἐξαγγέλλει μετὰ λαμπροῦ τοῦ κηρύγματος, οὕτω γεγωνότερον ἐκβοήσας· ὡς ὁ καλὸς οὗτος, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἷς διὰ Χριστὸν ὑπομένων ἔσται, καὶ μαρτυρίῳ τὸν βίον ἀμείψει. τούτου τί ἂν γένοιτο τῆς ἐκ παιδὸς ἀρετῆς ἐκείνου τεκμήριον ἐναργέστερον. ὥστε, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον αὐτῷ κατωρθώθη, μηδενὸς δεύτερον τῶν μακαριζομένων ἀποδεῖξαι τὸν εὐφημούμενον.

Ἐπεὶ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν, καὶ τὸ τῆς ἱερωσύνης προσείληφε χάρισμα, τί δεῖ καταλέγειν, ὅσα καὶ πρὸς ἐκείνου τιμὴν αὐτῷ κατωρθώθη· εἰ καὶ λανθάνειν οὕτως ἐσπούδαζεν, ὡς οὐδεὶς ἕτερος τῶν τὰ πονηρὰ μετιόντων. τίνος μὲν γὰρ εἰς πίστιν, τίνος δὲ πρὸς ἐλπίδα, τίνος δὲ πρὸς ἀγάπην ἐκεῖνος δεύτερος. ἀλλὰ τὴν μακροθυμίαν, ἀλλὰ τὴν ἐπιείκειαν, ἀλλὰ τὴν χρηστότητα· τὸ δὲ ζῆλον, οἷος, ὅς γε καὶ μέχρι δεσμῶν καὶ πληγῶν καὶ θανάτου, ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ εἰκόνος προεκινδύνευσεν. πλὴν ἀλλὰ καλὸν ἄνωθεν, ὅπως ἔσχε τὰ περὶ τῆς εἰκόνος διασαφῆσαι.

Ὁ δὲ τῆς φύσεως ἡμῶν ἐχθρὸς καὶ πολέμιος ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἀναφανεὶς, πολλοὺς ἤδη καθ' ἡμῶν πολέμους, καὶ πολλάκις ἀναῤῥιπίσας, ἑτέραν πάλιν ὁδὸν ἄρχεται, καὶ ἰσχυρῶς κατὰ τῆς εὐσεβείας ὁπλίζεται. ἐπεὶ γὰρ εἶδε Θεὸν γενόμενον ἄνθρωπον ἵνα θεώσῃ τὸν ἄνθρωπον, γίνεται πάλιν ὄφις καὶ πάλιν διάβολος·

deretur in diſcipulum indulgentior, quod ita à Deo manifeſtatum fuiſſet, ipſe confingere (prorſus enim ſuſpecta laus amantium eſt) hactenus quidem rem ſilentio tegit: poſtea verò, vbi etiam pueri virtutem eiuſmodi nactus eſt, quæ dicendis vberem ipſa fidem præſtaret ac vaticinio ſuffragaretur, claro præconio cunctis enũciat, in hæc fere verba diſertè loquẽs, ac clamans, Probus hic adoleſcens, ad alia omnia, quæ propter Chriſtum paſſurus eſt, etiam martyrio vitam commutabit. Quod eius à teneris vnguibus virtutis indicium clarius eſſe poſſit? tale nimirum, vt vel ſi nihil aliud virtutis illi geſtum eſſet, vno hoc, nulli ſecundus eorum, quorum vita prędicabilis, abundè eniteret.

Poſtquam autem cum aliis bonis, etiam Sacerdotij donum accepit, quid neceſſe percenſeam quanta etiam ad decorem illi præſtandum præclara geſſit; etſi ſtudebat latere, quanta nemo improbus, mala ſua ſtudia, ſolertiâ tegit? Nam cui, fidei cultu, cui ſpei, cui denique charitatis, ille ſecundus fuit? Sed lenitate, ſed moderatione, ſed bonitate, ſed zelo qualis fuit, qui etiam vſque ad vincula & plagas & mortem, pro Chriſti Imagine pericula adiit? Verum enimvero præſtat, ab ipſa tum origine declarare, vt ſe ea, quæ ad Imagines ſpectant, habuerint.

Qui ab omni æuo noſtri generis hoſtis ac perduellis proditus, multa iam aduerſum nos prælia, ſæpiuſq; repetita acie infeſtus, inſtruxerat; aliam rurſum viâ aggreditur, ac fortiter aduerſus pietatē armatur. Nã quod Deũ factum hominem viderat, vt hominem deitate donaret, rurſus ſerpens, ruſuſque diabolus efficitur; diuinaſ-

Iconomachorũ hæresis diabolo auctore quò pertendat?

que leges ac scita impurissimus calumniatur; perperamque rursus Legislatoris mentem interpretatur. Ac cum sciret, fieri non posse vt à Deo homines abduceret, esca insidias tēperat; neque valens hoc suadere vt Christus abnegetur, diuinam eius Imaginem adorari omnino prohibet; vt sic imprudentibus, illius quoque Incarnationis ex animis confessionem aboleat, paulatimque, quo inde accendimur, amorem, erga eum qui salute donauit, extinguat.

Vbi autem ei insidiæ ex animo cesserunt (inuenit enim animos ad sua semina suscipienda idoneos) ô magnam tuam atque prolixam, ô Christe, patientiam! ad ipsos vsque Augustos peruasit; nactusque ex potestate vires, ipse se fortior euadit; tantaque adiuuatur potentia, vt nos quoque parum absit, quin sicut ab initio,

Isa. 63. v. 19

cùm Dominus nostri non imperabat (vti sacris proditum elogiis est) facti simus.

Cum autem Leo tum temporis, ex Armenia ducens originem, tyrannica manu sceptra inuasisset; piumq; Imperatorem Michaëlem cessare iussum ac exauctoratum ad Monachi induendum habitum, vitæque illud institutum arripiendum adegisset; isque adeò illam eius vim ac iniuriam, ac si ipse sponte cederet, haud ægrè admisisset; quem dixi, Leo, tantisper adhuc conditam animo impietatem tenens, eam in lucem, tanquam adulterinum ac malum fœtum profert; nec longiores interiectæ moræ cum truce quid aduersus diuinas Imagines spirat, aufertque earum cultum. Ac primum, vnà cum orthodoxo Antistite, pietatem eliminat. Deinde etiam sacrarum Imaginum decorem detrahit,

Leo Armenus Iconomachus.

Nicephorũ Patriarchã intelligit.

καὶ διασύρει τοὺς θείους νόμους ὁ μιαρὸς καὶ ἀνόσιος· καὶ παρερμηνεύει πάλιν τοῦ νομοθέτου τὸ βούλημα. καὶ Θεοῦ μὲν εἰδὼς, ὡς οὐχ οἷός τέ ἐστιν ἀφιστᾷν τοὺς ἀνθρώπους, δι' ἐχμάτι κιρνᾷ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ Χριστὸν ἀρνεῖσθαι πείθειν ἀδυνατῶν, τὴν αὐτοῦ θείαν εἰκόνα προσκυνεῖν ὅλως ἀπαγορεύει· ἵν' οὕτω λάθῃ, καὶ τὴν τῆς ἐκείνου σαρκώσεως ἀπὸ ψυχῶν ὁμολογίαν, καὶ τὸν δι' ἐκείνης, ἡμῶν, πρὸς τὸν σώσαντα, πόθον, κατ' ὀλίγον ἀπομαραίνων.

Ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς κατὰ νοῦν αὐτῷ προεχώρει (εὗρε γὰρ ἐπιτηδείους ψυχὰς πρὸς τὴν αὐτοῦ σπερμάτων ὑποδοχὴν) ὢ τῆς πολλῆς σοῦ μακροθυμίας, Χριστέ. φθάνει καὶ μέχρι βασιλέων αὐτῶν· καὶ πλεῖον ἰσχύει δύναμιν εὑρίσκων ἀπὸ τῆς ἐξουσίας· καὶ τοσούτῳ βοηθεῖται τῷ κράτει, μικροῦ καὶ γίνεσθαι ἡμᾶς ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅ φησι τὰ ἱερὰ λόγια· "ὅτε οὐκ ἦρχεν ἡμῶν Κύριος.

Λέοντος γὰρ τηνικαῦτα τοῦ ἐξ Ἀρμενίων τὸ γένος ἕλκοντος, τυραννικῇ χειρὶ τῶν σκήπτρων ἐπιλαβομένου, καὶ τὸν εὐσεβῆ βασιλέα Μιχαὴλ, τῆς μὲν ἀρχῆς παραλύσαντος, σχῆμα τι δὲ καὶ βίον τὸν τῶν μοναχῶν μετιέναι παρασκευάσαντος· ἐκεῖνος μὲν τὸ ἀκούσιον ἀλύπως, ὡς κατὰ γνώμην προσίετο· αὐτὸς δὲ πρὸς μικρὸν ἔτι τὴν ἀσέβειαν ἔνδον οἰκουροῦσαν ἔχων, ἐξάγει ταύτην εἰς φῶς, ὥσπερ τι νόθον καὶ πονηρὸν γέννημα· καὶ δῆλος ὢν εἰς μακρὰν γίνεται, χαλεπὸν πνέων κατὰ τῶν θείων εἰκόνων, καὶ ἀναιρῶν τὴν προσκύνησιν. καὶ πρῶτα μὲν συνεξορίζει τῷ τῆς ὀρθοδοξίας ἀρχιερεῖ, τὴν εὐσέβειαν. ἔπειτα καὶ κατασπᾷ τῶν ἱερῶν εἰκονισμάτων τὸ κάλλος,

ὥσπερ τινὰς ὀφθαλμοὺς ἀμβλύνων τῆς ἐκκλησίας. καὶ ὁ μὲν ὀρθόδοξος ἀρχιερεὺς, ὥσπερ ἔφην, ἐξόριστος γίνεται· ἀντεισάγεται δὲ μισθωτὸς, καὶ οὐχὶ ποιμὴν, ὁμόφρων τῷ τυράννῳ καὶ σύμψυχος τὴν ἀσέβειαν· ὁ βωμὸς φασὶ πρὸς τὸ ἱερόν· καὶ τὴν πάλαι τεθνηκυῖαν αἵρεσιν περὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἀναστῆσαι φιλονικεῖ. ἀλλὰ γὰρ, οἷα τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα. ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν ῥάβδος εὐθὺς καθ' ἡμῶν ἐπαφίεται, ἵνα κἂν οὕτω συνῶμεν, ὁποῖον δὴ τὸν δεσπότην κατὰ πολλὴν ἄνοιαν παροργίζομεν.

Οἱ γὰρ κατὰ τὴν ἔρημον Ἄραβες πρὸς ἕω Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύσαντες, πολλὰς μὲν χώρας αὐτῶν· πολλὰ δὲ καὶ φρούρια ἐληΐζοντο. πρὸς δὲ καὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ κατέτρεχον μοναστήρια, ὧν πρῶτον καὶ μέγιστον ἦν, τὸ τοῦ θεοφόρου Σάβα φημὶ, ἐν ᾧ καὶ ὁ μέγας οὗτος, ὥσπερ ἀνωτέρω φθάσαντες ἔφημεν, ἠσκεῖτο Θεόδωρος.

4\. 4 Ταῦτα βλέπων ὁ θεῖος τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας πρόεδρος καὶ ποιμὴν, καὶ εἰδὼς ὡς ἁμαρτιῶν ἐκτίσις ταῦτα καὶ κόνδυ θυμοῦ, ἐφ' ὡς ἡ τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησις ἀθετεῖται, πρὸς ζῆλον εὐθὺς διανίσταται, καὶ τρόπον ἐπιζητεῖ, δι' οὗ δυνατὸς ἔσται τὴν τοσαύτην σβέσαι πυρκαϊὰν, καὶ δεῖξαι κακῶς ποιοῦντας τοὺς πρὸς τὸ κακουργεῖν ἑτοίμους, καὶ ὅρια μετακινεῖν πατέρων προχειροτάτους. οὕτω γὰρ ἔσται πάλιν τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνάκλησις, καὶ ἔλεος ταῖς πεπληγμέναις ψυχαῖς.

Εὑρίσκει τοίνυν πρὸς τοῦτο καὶ λίαν ἐπιτηδείως ἔχοντα, τὸν ἱερὸν δηλαδὴ Θεόδωρον, ἅτε καὶ τῆς ἀρετῆς πρεσβεύοντα, καὶ λόγοις τῆς γλώτ-

ac si Ecclesiæ lumina hebetaret. Ac quidem Orthodoxus Præsul, vti dicebam, exilio truditur; eiusque loco Mercenarius, & non Pastor, eiusdem cum Tyranno sententiæ illique impietate concors, inducitur. *Ara cum templo*, aiunt: olimque extinctam erga venerandas Imagines hæresim, postliminio excitare contendit. Sed enim, qualia Dei iudicia! Peccatorũ statim virga in nos emittitur, vt vel sic intelligamus, qualem per summam dementiam Dominum ad iram prouocamus.

Imagines, Ecclesiæ oculi seu lumina.

Adagium id est, qualis Ecclesia talis Sacerdos.

Arabes enim, desertum quod est ad Orientem, colentes, educto aduersus Romanos exercitu, multas eorum populati sunt prouincias; multaque etiam præsidia diripuerunt. Monasteriis quoque in Palæstina ingruebant, ac incursabant; quorum primũ maximumque diuini scilicet Sabæ erat, in quo magnus hic, vti in superioribus dictum à nobis est, Theodorus exercebatur.

Arabum in Palæstina grassatio.

Hæc videns diuinus ille Hierosolymorum Ecclesiæ Antistes & Pastor; esseque hoc peccatorum pœnam & furoris poculum intelligens, idcirco nimirum quod diuinarũ cultus Imaginum aboleretur, ad zelum protinus excitatur, exquiritque modum, quo tantum incendium restinguere possit, malique eos operis reuincere, qui ad nefanda parati sint. & ad terminos, quos Patres posuerunt transferendos, expeditissimi. Sic enim fore vt captiui reuocentur, ac percussæ animæ misericordiam consequantur.

Hierosolymorũ Antistitis pia cura.

Pro. 22. v. 28.

Inuenit itaque eam in rem valde idoneum, sacratissimum vtique virum Theodorum, quippe qui tum virtute clarissimus esset, tum dicendi vi

Theodori fidei subsidio profectio.

cum primis polleret, zelumque iuuenilem ac animosum spiraret; Aitque Antistiti, Ecce ego, mitte me, & ibo; tuisque adiutus precibus impietatem confundam. Mittit itaque illum Patriatcha, vndique precibus communitum, ac spe in Christum totum corroborantem. Atque vt ea quæ intermedia sunt, missa faciamus, cum in Augustam Vrbem aduenisset fratremque Theophanem vnà comitem, quæ fraterna sunt sapientem, paremque zelum pietatis ergo spirantem, haberet, primùm quidem se intrepide illi sistit, qui (heus!) prædonis more in Ecclesiam inuaserat (vbi enim ille sacerdotali quicquam more designarat?) & liberè arguit, quod eos peruertat, quibus Pastotis munere præest; atque ei acerbè hæresim exprobrat. Deinde ipsi quoque Imperatori velut gladius quidam acutus ex aduerso occurrit; nec eo duntaxat accusat nomine, quod animæ suæ perniciē afferat; sed quod etiam Domini plebi impiè doloque subuersionem propinet. Tum monet, vt relicta profana hac ac mala opinione, eius loco pietatem condiscat. Fortè enim, inquit, tibi Deus placabitur, & non omnem iram Domini tanquam fæcem ipse ebibes.

Theodorus pseudopatriatcha. Theodori animi fortitudo, zelus fidei & constantia.

Habac. 2. v. 15.

Quamobrem Imperator cùm & Viri libertatem esset admiratus, & præterea verborum opportunitatem, morumque modestiam ac elegantiā, nec non quæ ex animo ad vultum diducebatur, illius, vt poterat, animaduertisset alacritatem, eum est reueritus, eiusque moderatè tulit reprehensiones. Deinde etiam eum accersiit, & familiariter eum est allocutus; rogans quisnam esset, ac vnde veniret; quidve sibi mera illa & incauta dicendi

παρεσκευασμένον, καὶ ζῆλον νεανικὸν
πνέοντα. καὶ, ἰδοὺ ἐγώ φησι τῷ ἀρχιε-
ρεῖ ἐκεῖνος, ἀπόστειλόν με, καὶ πορεύ-
σομαι· καὶ ταῖς σαῖς εὐχαῖς βοηθούμε-
νος, αἰσχυνῶ τὴν ἀσέβειαν. πέμπει
τοιγαροῦν ὁ πατριάρχης αὐτὸν, εὐχῇ
πάντοθεν περιφράξας, καὶ ὅλον δείξας
τῇ πρὸς Χριστὸν ἐλπίδι νενευρωμέ-
νον. ἵνα δὲ τὰ μεταξὺ παραλείπω-
μεν, τὴν βασιλίδα καταλαβὼν, καὶ τὸν
ἀδελφὸν Θεοφάνην ἑπόμενον ἔχων
τὰ ἀδελφὰ φρονοῦντα, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς
εὐσεβείας ζῆλον αὐτῷ συμπνέοντα,
πρῶτα μὲν τῷ τὴν ἐκκλησίαν οἴ- 5.
μοι· ἐπιπηδήσαντι λῃστρικῶς· ποῦ
γὰρ ἱερατικῶς ἐκεῖνος· ἀδεῶς ἐμ-
φανίζεται, καὶ τὴν διαφορὰν τῶν ὑπ᾿
ἐκείνῳ ποιμαινομένων ἐλέγχει σὺν
παρρησίᾳ, καὶ τὴν αἵρεσιν πικρῶς
αὐτῷ ὀνειδίζει. ἔπειτα καὶ αὐτῷ βα-
σιλεῖ ὥσπερ τις ὀξεῖα μάχαιρα
κατὰ στόμα περιπίπτει, καὶ οὐ μό-
νον αὐτῷ τῆς ἰδίας ψυχῆς τὴν βλά-
βην διεγκαλεῖ· ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκεί-
νος ἀναστροφὴν τοῦ λαοῦ, ὡς δολίως 6.
περιτρέπει καὶ δυσσεβῶς. εἶτα καὶ
παραινεῖ τῆς βεβήλου ταύτης ἀπο-
στάντα κακοδοξίας, μεταμαθεῖν τὴν
εὐσέβειαν. ἴσως γάρ φησιν, ἔσται
σοι τὸ θεῖον εὐίλατον, καὶ οὐχὶ
πάντα τὸν θυμὸν Κυρίου καθάπερ
τινὰ τρυγίαν, αὐτὸς ἐκπίῃ.

Ἐφ᾿ οἷς, τὸν βασιλέα τῆς παρρη-
σίας τὸν ἄνδρα θαυμάσαντα, πρὸς
δὲ καὶ τῇ τῶν λόγων καιριότητι, καὶ τῇ
περὶ τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῆς ψυχῆς
διαδιδομένῃ φαιδρότητι, ὡς ἐγχω-
ροῦν ἦν, ἐκεῖνον κατανοήσαντα, αἰ-
δεσθῆναί τε καὶ πρᾴως τοὺς ἐλέγχους
διενεγκεῖν· εἶτα καὶ μετακαλέσασθαι,
καὶ λέγων αὐτῷ κοινωνῆσαι καὶ ὁμι-
λίας· τίς τε εἴη πυνθανόμενον, καὶ
ὅθεν ἥκει· καὶ τί αὐτῷ βούλεται φησὶ,
τὸ τῆς παρρησίας ἄκρατον καὶ ἀφύ-

λεκτον. ὁ δὲ, καὶ τὴν πατρίδα γνωρίζει, καὶ τὴν ἀπὸ Παλαιστίνης ἄφιξιν ἀπαγγέλλει· καὶ ὅτι μὴ ἐξεῖναι ὑποστέλλεσθαι δεῖν καὶ πρὸς βασιλέως, ἡνίκα Βασιλέα ἴδοι τὸν ἐν οὐρανοῖς ὑβριζόμενον. εἶτα διασαφεῖ τὰ τοῦ δόγματος. διδάσκει τὴν τῶν θείων εἰκόνων τιμήν· ἄλλα τε εἰπὼν, καὶ προσθεὶς, ὅτι δεῖγμα τοῦτο τοῦ πρὸς Χριστὸν πόθου, καὶ ὁμολογία τῆς ἐκείνου σαρκώσεως· ἔπειτα καθαιρεῖ τὰ ἐκείνου προβλήματα, πίστει Χριστοῦ καὶ δυνάμει λόγου καὶ πνεύματος. ἐπεὶ δὲ καὶ πολλῶν μεταξὺ ῥηθέντων, οἱ Θεοδώρου λόγοι τὴν νικῶσαν εἶχον, θαυμάζει πρῶτον ὁ βασιλεύς· εἶτα καὶ θεραπείαν ἐπιχειρεῖ, ἄνδρα τοιοῦτον ὑποποιήσασθαι προθυμούμενος, δι᾽ οὗ πολλῶν περιέσεσθαι δυνατὸς ἔσται. ὡς δὲ ἀχείρωτον αὐτὸν ἑώρα ταῖς ἐκείνου λαβαῖς· προστίθησι γὰρ καί τι τοιοῦτον πρὸς αὐτόν.

Ἐπελάθου λέγων τῆς συνθήκης ὧν ἔθου πρὸς Θεὸν, βασιλεῦ· ὧν ἄρα μεσίτης ὁ μέγας ἀρχιερεὺς γέγονεν, ἡνίκα σου τῇ κεφαλῇ τὸ βασιλικὸν ἐπετίθει στέφανον; φεῖσαι τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ τὸν πρότερον κόσμον ἀπόδος τῇ ἐκκλησίᾳ· καὶ μὴ διαμάχου Θεῷ, κριτῇ δικαίῳ καὶ ἰσχυρῷ, κἂν εἰ μὴ τὴν ὀργὴν ἐπάγῃ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν διὰ περιουσίαν χρηστότητος.

Ταῦτα ὁ μὲν οὕτω πρὸς αὐτὸν διεπαρρησιάσατο. ὁ δὲ, τὸ πρόσχημα τῆς ἐπιεικείας λύσας, πρὸς ὀργὴν ἐξήγετο καὶ μανίαν· καὶ εἴ τις Θεοδώρῳ σύμψυχος, ἢ ὁμόδοξος τὴν εὐσέβειαν, ἀνηρεύνα. ἐπεὶ οὖν αὐτῷ δῆλα καὶ τὰ περὶ Θεοφάνους κατέστη τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ὅτι μηδὲν ἧττον τῆς φύσεως διασώ-

libertas vellet. Ille autem & significat patriam, & ſuum ex Palæſtina aduentum renunciat; nec ſibi liberum putauiſſe, vt vel Imperatoris metu à dicendi libertate diſcederet, cùm Regem qui in cœlis eſt, iniuria violari conſpiceret. Deinde, quæ doctrinæ ſunt, aperit: docet diuinarum cultum Imaginum. Et cùm alia dixiſſet, & adjeciſſet, ecce hoc indicium noſtri in Chriſtum amoris, & confeſſionem ab eo ſuſceptæ carnis; poſtremò illius objecta, Chriſti fide, ſermoniſque virtute ac ſpiritus, euertit. Poſtquam autem hinc inde multis collatis ſermonibus, Theodorus diſputatione victor extiterat, primùm miratur Imperator; deinde etiam blanditiis aggreditur, virum tantum addicere ſatagens, per quem multos eſſet deuicturus. Vbi autem vidit eius abs ſe conſtantiam nulla vi poſſe expugnari, nam & eiuſmodi quidpiam ad eum adjecerat.

Quid nobis velint ſacræ Imagines.

Oblitus es, ô Imperator, quæ cum Deo pacta inieras; quorum ſequeſter magnus Antiſtes fuit, tum, cùm tuo capiti Imperialem coronam impoſuit? Parce animæ tuæ, ac priorem ornatum Eccleſiæ reſtitue; nolique cum Deo, qui iudex iuſtus ac potens eſt, etſi non quotidie iram infligit (quæ eius bonitatis abundantia eſt) pugna contendere.

Tradunt omnes, qui eius res à Theophane ſunt proſecuti.

Pſal 7.v.12.

Hæc ille quidem ſic apud eum libere locutus eſt. Imperator autem lenitatis prætextu ſoluto, in iram furoremque erupit; ac rogat, num aliquis eiuſdem cum Theodoro animi, eiuſdemque, ad fidem quod attinet, cum eo ſententiæ? Poſtquam verò intellexit de eius etiam fratre Theophane, quodque is non

Theodorus & Theophanes flagris cæsi, & in exilium acti.

minus quàm naturâ, dogmatis quoque obnixe affinis germanusque consistit, ambos diu flagris cæsos, ad Ponti ostia exilio relegandos decernit; iubetque neminem cibum vllum aut potum, vel vestimentum illis impertiri; quò sic mali malè exterantur, inquit.

Verùm, Tyrannum quidem hoc se modo gerere, docebat improbitas: Nihil enim sceleratis est, quod non propensè vir iniustus arripiat. Quod tamen is, qui iusta iudicat Deus, non diu iram differat, non multum temporis intercessit, cum iste, cui & nomen cum bestiis commune & ipsa res nominis, vnà cum tyrannide vitam finit. De medio enim à Michaële Balbo sublatus: Malè, malo, aiunt, adhibitum remedium. Christi dies Natalis erat, eiusque sanguis effunditur; non vt alicuius ex Infantibus, qui Deo pro nobis nato offerretur: sed potius vt Herodis, ad multarum sanctarum Animarum, quas ille per vim opprimebat, eluendam pœnam. Suscipitque locus sanctus piaculum, & (ô diuina iudicia!) ipsa, inquam, ara, in quam ille mentitus erat, pollicitus nihil se ex sacris dogmatis mutaturum, ac cuius pulchrum ornatum Imaginũ aboleuerat. Quod cum ita contigisset, paululum ab exilio malisque aliis relaxati viri generosissimi, Vrbem Augustam petunt, cùm scilicet nouus Imperator, laruata quadam humanitatis specie reuocari iussisset. Reuera enim nihil decessore impietate minor; persequendi sæuitia tantisper mitior erat.

Leonis occisio.

Michaël Balbus mitior tyrannus ipse Iconomachus.

Sanctorum fratrum opera Constantinopoli.

Atque illi quidem cùm venissent in ciuitatem, ac rursus pietatem liberè prædicarent, multos quidem reliqui vulgi,

ζων ἐπὶ καὶ τοῖς δόγμασι τὸ συγγενὲς καὶ αὐτάδελφον. μάστιξιν ἀμφοτέρους κολάσας συχναῖς, εἶτα καὶ ὑπερορίαν αὐτῶν ἐν τῷ τοῦ Πόντου στόματι κατακρίνει· κελεύσας μὴ βρωτοῦ τινος, μὴ ποτοῦ, μὴ ἐνδύματος, μηδένα τῶν πώποτε αὐτοῖς κοινωνεῖν, ἵνα κακοὶ, φησὶν, οὕτω κακῶς ἐκτριβοῖεν.

Ἀλλὰ τὸν τύραννον μὲν ἡ κακία πράττειν οὕτως ἐδίδασκεν. οὐδὲν γὰρ κακὸν, ὃ μὴ αἱρεῖται ὁ ἄδικος. ἐπεὶ δὲ μὴ ἐπὶ πολὺ τὴν ὀργὴν ὁ δίκαια κρίνων Θεὸς ἀνεβάλλετο, οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὁ θηρσὶν οὗτος ὀνόματός τε καὶ πράγματος κοινωνῶν, συγκαταλύει τῇ τυραννίδι τὸν βίον. ἀναιρεῖται γὰρ ὑπὸ Μιχαὴλ, ᾧ Τραυλὸς ἡ ἐπωνυμία, κακῶς φασὶ τὸ κακὸν ἐξιώμενον. ἡμέρα δὲ ἦν, ἡ τῶν τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων, καὶ αἷμα τούτου κινεῖται· οὐχ ὡς δή τινος τῶν νηπίων τῷ ὑπὲρ ἡμῶν τεχθέντι Χριστῷ προσαγόμενον· ἀλλ' ὡς Ἡρῴδου μᾶλλον, εἰς πολλῶν ἁγίων ψυχῶν ἔκτισιν τῶν ὑπ' ἐκείνου τυραννουμένων. τόπος δὲ ὑποδέχεται τὸ ἐναγὲς, ἅγιος· καὶ, ὢ τῶν τοῦ Θεοῦ θείων κριμάτων· αὐτό φημι τὸ θυσιαστήριον. οὗ τε αὐτὸς κατεψεύσατο, τὰς συνθήκας διδοὺς, μηδὲν τῶν ἱερῶν δογμάτων μετακινῆσαι, καὶ οὗ τὸν καλὸν κόσμον ἐκεῖνος ἠμαύρωσε τῶν εἰκόνων. οὗ γενομένου, καὶ μικρὸν τῆς ὑπερορίας καὶ τῶν ἄλλων κακῶν ἀνεθέντες, οἱ γενναιότατοι, τὴν βασιλίδα καταλαμβάνουσι, τοῦ νέου βασιλέως, τὸ δοκεῖν ἐκ φιλανθρωπίας ἐπιτρέψαντος τὴν ἀνάκλησιν. τῇ γὰρ δυσσεβείᾳ, οὐδὲν τοῦ προλαβόντος ἧττον ὢν τὴν δυσσέβειαν, περὶ τὸν διωγμὸν ἧττον ἦν.

Ἐκεῖνοι μὲν δὴ παρὰ τῇ πόλει γενόμενοι, καὶ αὖθις τὸ εὐσεβὲς παρρησιασάμενοι, πολλοὺς μὲν τοῦ λαοῦ

λοιποῦ πλήθους· ἔτι καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τέλει, συμφρόνας προσλαμβάνουσι· τοῦτο μὲν, καὶ διὰ τῆς τῶν κανόνων ἐκθέσεως, οὓς Θεοφάνης ὁ γνήσιος ἀδελφὸς ἐμελῴδησε· τοῦτο δὲ, καὶ διὰ τῆς τῶν λόγων ἀντιθέσεως, οὓς ὁ μέγας οὗτος Θεόδωρος συνεγράψατο.

Πλὴν ἀλλὰ τὴν τοσαύτην τῶν ἀνδρῶν ἀρετὴν Ἰαννῆς ὁ Αἰγύπτιος μάγος, καὶ τοῦ Ἰαμβρῆ ὁμέστιος, μὴ φέρων ὁρᾷν οὕτω φανερῶς λάμπουσαν, ἐν φρουρᾷ κατακλείει· καὶ τελευταῖον τοῖς λόγοις προσβαλὼν, ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν πρὸς ἐκείνους ἀγωνίζεσθαι· ἀλλὰ, τὸ τοῦ λόγου· πρὸς λέοντα δορκὰς ἥπτετο μάχης, βίᾳ πάλιν αὐτοὺς ἀπελαύνει τῆς πόλεως, ἅτε δὴ παρὰ βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενος· ἅμα μὲν διὰ τὸ ὁμόδοξον· ἅμα δὲ καὶ ὃ περιεβέβλητο τῶν μοναχῶν σχῆμα, καὶ τὴν ἐπικεχρωσμένην αὐτῷ εὐσέβειαν, ἐφ' ἧς καὶ τὸν βασιλέα, καὶ πολλοὺς τῶν ἐν τέλει, ὁ μιαρὸς παρεκρούετο, καὶ τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου μετ' ὀλίγον ἀναξίως ἐπέβη. καὶ οἱ μὲν οὕτω τῆς πόλεως ἐξωθούμενοι, ὡς πατρίδα διὰ Χριστὸν τὴν ξένην ἑώρων, ἀνὰ τὸν τόπον, ὃς οὕτω καλεῖται, Σωσθένιον, διατρίβοντες.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Μιχαὴλ ἐτελεύτα ὁ δυσσεβὴς βασιλεὺς, τῷ δυσσεβεστέρῳ παιδὶ Θεοφίλῳ καταλείπει τὴν βασιλείαν· ὃς οὕτως ἀντεποιήθη τοῦ πονηροῦ τούτου δόγματος, καὶ οὕτως ὤφθη βαρὺς τοῖς τὴν εὐσέβειαν διηκριβωμένοις, ὡς μικροῦ πάντας τοὺς φθάσαντας κακοδόξους, ψυχροὺς ἀποδεῖξαι καὶ μαλακοὺς περὶ τὴν δυσσέβειαν. ἐντεῦθεν διωγμοὶ πάλιν κατὰ τῶν εὐσεβούντων καὶ πάλιν ἱερῶν εἰ-

: Comb.

vulgi, adhuc autem & Senatorij ordinis, in suam sententiam adducunt; partim quidem expositione Canonum, quos Theodori germanus frater Theophanes versibus cecinit; partim verò etiam oppositionum libris, quos magnus hic Theodorus conscripsit.

Ioannes Theophilo Imperatore pseudo-patriarcha.

Verumenim vero cum tantam virorum virtutem Iannes ille Magus Ægyptius & Iambris sodalis, sic apertè emicantem videre non ferret, eos in carcere includit: ac postremò cum eis sermone congressus, qui impar certamini esset (sed, quod fertur adagio, Caprea cum Leone pugnam iniret) vi rursus eos expellit è ciuitate, qua apud Imperatorem (eaque magna) auctoritate pollebat; tum quod eiusdem ac ille sententiæ erat, tum quod etiam Monastico habitu indutus erat, ac pietatis laruam præferebat: cuius specie obrepens, scelestissimus homo, cùm Imperatorem decepit, tum plures Senatorij Ordinis, ac breui post Patriarchalem Sedem indignus incessit. Et illi quidem sic ciuitate pulsi, velut patriam, externam regionem Christi causa cernebant; inque loco, quem Sosthenium vocant, agebant.

Theophili Imperium, inque fideles sæuitia.

Quòd autem etiam Michaël impius Imperator viuis excedens, Theophilo filio Imperiū reliquerat; cnius, paternâ, longè maior impietas erat (Sic namque ille prauum illud dogma colebat, sicque in omnes propensius pietate excultos, morosus sæuusque fuit, vt parum absit, quin superiores omnes prauæ opinionis tenaces Imperatores, frigidos mollesque impietatis ergo ostenderit.) Inde rursus conflatæ piis perse-

cutiones; rursusque euersæ sacræ Imagines; expedita rursus tormenta & tribunalia carceresque, ac modus omnis iniuriæ aduersus pietatem excitatus. Hinc Theodorus vnà cum fratre delatus, & quod pius esset, accusatus. Cuius pietatis ergo, quod non ille supplicij genus sustinuit; vel potius, quam non suscepit coronam martyrij? Non tolerantiæ? Non libertatis dicendi? Non zeli, quo concitatus quotidie Domino certamen desudabat? Martyr inter Martyres, & Confessor effectus per ea quæ obiit pro Christo certamina. Illius porro fortitudinem animi inuictamque constantiam magis ostendit, quem tolerauit diuturnus carcer, variaque tormentorum genera, quæ filius à patre in hunc vsque diem suscipientes, obliuione superiora præstiterunt, & vt scripto consignarentur, auctores fuerunt.

Theodori sub illo certamina.

Ab his suppliciis, multi quidem ex iis, qui comprehensi erant, victi; tametsi pœnitentia reparata pugna, id resarciit quod victi extiterant: plures verò spe animati ac in Christum desiderio generoso fortiq; animo contempserunt: quibus cum hic quoque diuinus vir, nedum nihil oblatis cessit muneribus, sed & flagris ac verberibus laceratus, nemo facilè dicat quantam fortitudinem ostenderit, effectus compugilibus patientiæ exemplar eiusmodi, quod ægrè quis imitando assequi possit. Denique cùm & corpore iam verberibus dirè lacerato, eius cruore solum commaderet, ipse velut nullo doloris sensu sustinens, in medio iudicij loco nudus stabat, haud secus ac mundo quodam plagis magnificè glorians, atque in eum modum, vti Paulus au-

Pugilum in causa Imaginum victoria & clades.

Theodori singularis constantia.

1. Cor. 4 v. 9

κόνιων καταστροφαί, καὶ βάσανα πάλιν, καὶ δικαστήρια καὶ φρουραί, καὶ πᾶς ἀδικίας τρόπος κατὰ τῆς εὐσεβείας κινούμενος. ἐντεῦθεν Θεόδωρος σὺν ἅμα τῷ ἀδελφῷ ἐναγόμενος, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐγκαλούμενος· ὑφ' ἧς, ποῖον μὲν εἶδος οὐχ ὑπέστη κολάσεως· μᾶλλον δὲ μαρτυρίας, ποῖον οὐκ ἐστέψατο στέφανον· οὐ τὸν τῆς ὑπομονῆς; οὐ τὸν τῆς παρρησίας; οὐ τὸν ζῆλον, ὃν ἐζηλωκὼς τῷ Κυρίῳ καθ' ἡμέραν διηγωνίζετο; μάρτυς ἐν μάρτυσι· καὶ ὁμολογητὴς δι' αὐτῶν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγώνων γινόμενος. παρίστησι δὲ τὰ ἐκείνου πλέον, ἡ πολυήμερος ἣν ὑπέστη φρουρά, καὶ τὰ πολυειδῆ τῶν κολάσεων, ἃ παῖς παρὰ πατρὸς μέχρι τοῦ δεῦρο διαδεχόμενοι, λήθης τὰ ἀνώτερα γενέσθαι, καὶ διδῶναι γραφῇ πεποιήκασι.

Τούτων δὴ τῶν κολάσεων, πολλοὶ μὲν τῶν συλληφθέντων ἡττήθησαν, κἂν ἡ μεταμέλεια οὐ τὴν 8. ἧτταν ἀνεμαχέσατο· οἱ πλείους δέ, δι' ἐλπίδα, καὶ τὸν εἰς Χριστὸν πόθον, εὐγενῶς κατεφρόνησαν· μεθ' ὧν καὶ ὁ θεοφόρος οὗτος ἀνήρ, μετὰ τοῦ μηδὲν ἐνδοῦναι, πρὸς τὰς ἐπαγγελλομένας εὐεργεσίας, ἔτι καὶ τοῖς ἱμᾶσι καταξαινόμενος, οὐ μὲν οὖν εἴποι τις ὅσην ἐπεδείξατο τὴν καρτερίαν, τοῖς συναθλοῦσιν ἀρχέτυπον ὑπομονῆς, οὐ τὴν μίμησιν εὐπετῆ, γενόμενος. ἀμέλει καὶ τοῦ σώματος ἤδη καταξανθέντος αὐτοῦ ταῖς μάστιξι, καὶ αἵματι τὸ ἔδαφος ἐπιχράναντος, αὐτὸς ὡς οὐδεμίαν τῶν ἀλγεινῶν αἴσθησιν ὑπομείνας, εἱστήκει γυμνὸς ἐν μέσῳ τοῦ βήματος, ὥσπερ τινὶ κόσμῳ ταῖς πληγαῖς ἐγκαλλωπιζόμενος, καὶ θέατρον

ὕτω καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, κατὰ Παῦλον γενόμενος. τοῦ ἐπάρχου δὲ τὴν ἐπίμονον ταύτην γύμνωσιν δυσχεράναντος, Ἐγώ, φησὶν ὁ ἀθλητής, ἐπὶ τούτῳ γυμνὸς ἵσταμαι, ἵν' εἴ τινα τῶν ἀθλητῶν ἀποκάμνοντα τοῖς ἀλγεινοῖς θεάσωμαι, τὸ ἐκείνου ὑστέρημα ἐν τῷ ἐμῷ σώματι εὐψύχως ἀναπληρώσω. οὐχὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς καρτερίας, τῆς παρρησίας, τῆς πρὸς τὸν δεσπότην θερμότητος.

Πάλιν οὖν εἶχεν αὐτοὺς ἡ ὑπερορία, οἰκεῖν νῆσον ἣν συνήθως Ἀφουσίαν καλοῦσι, κατακλεισθέντες. ἀλλὰ τί μοι τὰ ἐντεῦθεν ἀπαριθμεῖσθαι, τὰς φυλακάς, τὰ ναυάγια, τὸν λιμόν, τὰς ἡλιακὰς ἐκκαύσεις; τὰς νυκτερινὰς ψύξεις, τὰς ἐπιβουλάς, τὰς ἐπαναστάσεις, τοὺς καθ' ἡμέραν θανάτους, τὰς πληγὰς πάλιν, τοὺς ῥαβδισμούς, καὶ τὰ ἐπὶ κόρρης ῥαπίσματα. πλὴν ὅτι καὶ ταῦτα τρυφήσαντες μετά γε τῆς πολυημέρου ὑπερορίας, δυεῖν ὕστερον χρόνοις μόνοι τῶν ἄλλων ὑπὸ βασιλικῷ κελεύσματι, φθάνουσι τὴν Κωνσταντινούπολιν. ἔρως γὰρ εἶχε τὸν βασιλέα, κἂν κενὸς ἦν καὶ μάταιος, Θεόδωρον δή που καὶ Θεοφάνην τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας ἔχειν, ἢ πάντων ἄρχειν τῶν πρὸς οὐδὲν αὐτῷ διαφερομένων.

Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον τὰ ἑξῆς δι' αὐτῶν ἐκείνων τῶν τῆς ἐπιστολῆς δηλῶσαι ῥημάτων, οἷς ὁ θεοφόρος οὗτος Θεόδωρος κοινὴν ἅμα τῷ ἀδελφῷ συντεθεὶς τὴν ἐπιστολήν, Ἰωάννῃ τῷ τῆς κατὰ Κύζικον ἐκκλησίας προέδρῳ, καὶ τῷ λοιπῷ πλήθει τῶν ὀρθοδόξων ἐπέστελλε, τὰ οἰκεῖα καταλέγων πάθη, ὅσα συνέβη παθεῖν αὐτοὺς παρ' ἐκείνου δὴ τοῦ θεομισοῦς Θεοφίλου, τῶν θείων ὑπεραθλοῦντας εἰκόνων· καὶ ὅπως μετὰ τὰς πολλὰς αἰ-

ctor est, spectaculum factus & Angelis & hominibus. Præfecto autẽ ægrè ferente quod sic diu nudus consisteret, Ego, inquit Athleta, idcirco nudus ceu pro arena sto, vt si quem pugilum doloribus fatiscentem conspexero, quod illi deest, in meo corpore certa animositate adimpleam. *Col. 1. v. 24.* Euge Viri tolerantiam, dicendi libertatem, erga Dominum feruorem!

Rursus itaque exilio relegantur in Insulam, quam vulgi vsu Aphusiam vocant. At, quid interest ea percensere quæ exinde secuta sunt, carceres, naufragia, famem, Solis ardores, nocturnum frigus, insidias, insurgentes procellas atque insultus, quotidianas mortes, repetita verbera ac plagas, cæsa ora atque colaphos? Cæterum quod & illa, longique ærumnas exilij gaudio ferrent, duobus post annis, soli ex aliis Imperatoris iussu Constantinopolim veniunt. Maiori enim, etsi vano ac inani, Imperator desiderio tenebatur, vt scilicet Theodorum ac Theophanem vnà secum sentientes nancisceretur, quàm vt vniuersos suæ ditionis teneret, quibuscum nulla ei opinionum dissensio erat.

Sanctorũ cruciatus & certamina.

Theophilo tentata eorum constantia.

Enimverò operæpretium sit, quæ deinceps sequuntur, illis ipsis verbis eius Epistolæ declarare, quam vnà cum fratre diuinus hic Theodorus communem componens, Ioanni Cyziceno Episcopo, ac reliquæ Orthodoxorum multitudini, scripsit; ærumnas suas enumerans, ac quæcunque eos mala ferre contigerat à Deo exoso illo Theophilo, dum pro diuinis Imaginibus agone decertant; quomodo item post alia dehonestamen-

ta ac verbera, etiam vultus crudeliter eis inscripti sunt ac compuncti. Sin autem etiam aliqua simplicius atque aggrestius dicta in Epistola conscripta habentur, non idcirco æquis iudicibus ac eruditis imperitus auctor ipse habendus sit; sed ita existimandum, primum quidem, sine delectu vsum illum esse dictione ac nominibus, qui videlicet non tanti rem duceret, nec tantã in eo diligentiam ponendam existimaret. Deinde autem, quod etiam vellet ipsa planè verba, sicut & dicta erant, inter interrogandum ac respondendum, ita simpliciter nulloque ornatu repræsentare. Sic autem ad verbum Epistola habet.

Theodori Epistola ad Episcopum Cyzicenũ de suo & fratris agone.

Maximam facerem iniuriam, si ea quæ in nos gesta contigerunt, silentio traderem, cùm multi audire atque discere desiderent; atque id maximè, quod ad Dei gloriam vulgique vtilitatem, dicta atque audita conferre aliquid valeant; neque verò minus etiam ad impios redarguendos conducant, eorumque doctrinæ imbecillitatem aranearumque telis similem ipsius structuram, certa coniectura euincant. Ac breui post, hæc quoque ait. *Cum ergo venisset, qui tum Imperatoriis iussis ministrabat, atque in insulam Aphusam ascendisset, magna nos celeritate abreptos, duxit in ciuitatem; sanctè asserens, nescire se causam, ob quam raperemur, nisi quod magna cum festinatione, etiamque atque etiam vrgente pracepto, dicebat se missum esse. Venimus itaque in ciuitatem, cum Iulij mensis dies esset octauus. Cumque is qui adduxerat, se solum coram Imperatore stitisset, in prætorio mox iubetur, vt nos carcere includat.*

κίσεις, καὶ αὐτὴν τὴν ὄψιν ἀνηλεῶς κατεγράφησαν. εἰ δέ τινα καὶ ἐγκεῖνται τῇ ἐπιστολῇ ἀφελῶς τε καὶ ἰδιωτικῶς ἔχοντα, οὐκ ἀμαθίαν τούτοις παρὰ τοῖς εὖ κρίνουσι καὶ πεπαιδευμένοις τῷ γράμματι μαρτυρήσει· ἀλλὰ πρῶτα μὲν, τὸ ἀδιαφόρως αὐτὸν χρῆσθαι τῇ λέξει καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ μὴ μέγα ταῦτα ἡγεῖσθαι, μηδὲ σπουδῆς ἄξιον. ἔπειτα δὲ, καὶ τὸ βούλεσθαι ἀκριβῶς αὐτὰ τὰ ῥήματα καθὼς ἄρα καὶ ἐρρέθησαν, ἔν τε ταῖς πεύσεσι, καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν, ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀνεπικοσμήτως παραστῆσαι. ἔχει δὲ πρὸς λέξιν τὰ τῆς ἐπιστολῆς οὕτως.

Ἀδικοίην τὰ μέγιστα, σιωπῇ παραδοὺς τὰ εἰς ἡμᾶς γεγενημένα, πολλῶν ἱεμένων ἀκοῦσαί τε καὶ μαθεῖν· καὶ μάλιστα εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ πολλῶν ὠφέλειαν ἐπειδὴ δυνάμενα, λεγόμενά τε καὶ ἀκουόμενα. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν ἀσεβούντων συντείνοντα, καὶ τοῦ δόγματος αὐτῶν τὸ σαθρὸν καὶ ἀραχνῶδες ἐλέγχοντα. καὶ μετὰ βραχὺ, καὶ ταῦτά φησιν. ὁ τηνικαῦτα τοίνυν τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενος προστάγμασιν ἐλθὼν, καὶ τῇ νήσῳ ἐπιβὰς Ἀφουσίᾳ, σὺν πολλῷ τῷ τάχει ἐξαρπάσας ἡμᾶς, ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν· τὴν αἰτίαν ὅτου χάριν ἠγόμεθα, διαβεβαιούμενος ἀγνοεῖν· πλὴν ὅτι μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, καὶ πολλῆς τῆς ἐπείξεως ἔφασκεν ἀπεστάλθαι. εἰς τὴν πόλιν οὖν ἤλθομεν ἤδη τοῦ Ἰουλίου ὀγδόην ἐπέχοντος· καὶ τῷ βασιλεῖ μόνος ἐμφανισθεὶς ὁ ἡμᾶς ἀγαγὼν, εὐθὺς εἶτα εὐθὺ καθεῖρξεν ἡμᾶς εἰς τὸ πραιτώριον.

Μεθ' ἡμέρας οὖν ἕξ, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, μετάκλητοι πρὸς βασιλέα γινόμεθα, τῆς ἡμῶν ἀφίξεως ἐν τῇ πάντων διανοίαις ἤδη προεγνωσμένης καὶ προσδοκωμένης, ὡς τῷ βασιλεῖ παραστησόμεθα δίκας ὑπέχειν μέλλοντες. καὶ οὐδὲν ἦν ἕτερον ἰδεῖν ἢ ἀκούειν, ἀλλ' ἢ φόβους καὶ ἀπειλάς· τῶν μὲν λεγόντων, Συντόμως ὦ οὗτοι, καὶ ἄνευ πάσης ἀντιλογίας ὑπακούσατε τοῖς βασιλικοῖς διατάγμασι· τῶν δὲ, τὰ ἀνήκεστα παθεῖν εἰ παρακούσοιτε προμαρτυρουμένων· ἑτέρων δὲ φασκόντων, Δαιμόνιον ἔχετε, καὶ ἕτερα τοιαῦτα, καὶ χείρονα κενῶς ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν παραπίπτοντα.

Καὶ ταῦτα μὲν πρὶν τῷ χρυσῷ λεγομένῳ τρικλίνῳ προσβαλεῖν ἠκούομεν· προσβαλόντες δὲ, καὶ τῇ πύλῃ ἐπιβάντες, προάγοντος ἡμᾶς τοῦ ἐπάρχου, ὤφθη ἡμῖν ὁ βασιλεὺς, φοβερὸς ἄγαν καὶ θυμοῦ πνέων, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἱκανῶν περιεστηκότων. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη· καὶ μέχρι τούτου ὁδηγῶν διέστη ἡμῶν ὁ ἔπαρχος, μόνους ἡμᾶς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ βασιλέως καταλιπών. καὶ δὴ προσκυνήσαντας, ἐγγύτερον παραστῆναι θρασυτέρᾳ τῇ φωνῇ σὺν ἀπειλείᾳ παρεκελεύετο. μέχρι οὖν αὐτοῦ γενομένους, ἤρετο, Ἐν ποίᾳ χώρᾳ εἰ πὼν ἐγεννήθητε. ἡμῶν ἀποκρινομένων, Ἐν Μωαβίτιδι, πάλιν ἐκεῖνος αὐτοῖς ῥήμασι, Διατί ἤλθετε ὧδε; καὶ πρὶν ἀποκρίνασθαι, ἐπέτρεψεν ἡμῶν παίεσθαι τὰς ὄψεις. πολλὰς δὲ τὰς πληγὰς οἱ παίοντες ἐντείναντες καὶ βαρείας, ὡς σκοτοδινίας ἡμᾶς πληρωθῆναι καὶ πίπτειν χαμαί· καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦ πρὸς τῷ στήθει χιτῶνος ἐδραξάμην τοῦ παίοντος, εἰς τὸ τοῦ βασιλέως ἂν ὑποπόδιον εὐθὺς κατεβλήθην. κατέχων δὲ τὸ ἱμάτιον, ἐδεχόμην ἀμεταστρεπτὶ τὰς

Post sex itaque dies (nempe quartodecimo eiusdem mensis) accersimur ad Imperatorem, cum in omnium iam animis ceu Imperatori ad luendas pœnas sistendi, oppido venturi præsciremur. Aliud nihil videre erat aut audire, quàm terrores & minas; cum alij dicerent, Quantocius, ô vos, Imperatoris mandatis citra omnem cedite contradictionem; aliis, intolerabilia nos mala passuros, nisi dicto audientes essemus, protestantibus; aliis denique dicentibus, Dæmonium habetis, aliaque einsmodi, hisque deteriora quibus in cassum aures nostræ pulsabantur.

Et hæc quidem audiebamus, priusquam ad Aureum, quod dicitur, Triclinium veniremus. Vbi autem venimus, ac portæ pedem intulimus, preeunte Præfecto, nostris se vultibus Imperator, terribilis valde ac iram spirans, hinc inde stipantium corona, quanta par erat, cinctus objecit. Hora erat quasi decima; quique hactenus nobis comes Præfectus venerat, discessit, solosque in oculis Imperatoris reliquit. Cumque adorassemus, audaci asperaque voce propius adstare iubet. Ad eum ergo prope cum venissemus, interrogauit, dicens, Qua in regione nati estis? Respondentibus nobis, In Moabitide; ille rursum iisdem verbis, Et cur, inquit, huc venistis? nec dumque accepto responso, facies nostras cædi iussit. Multas verò plagas & graues cædentes inflixerunt, adeo vt impleremur vertigine, & humi caderemus. Etenim nisi eius qui cædebat, tunicam in pectore apprehendissem, ad Imperatoris scabellum statim corruissem. Tenens autem vestem, immotus plagas accepi, donec Imperator à per-

Imperatoris hæc aula sanctiosque cubiculum.

cutiendo iussit cessare. Cessantibus autem qui percutiebant, rursus rogauit Imperator, Quid causa fuit cur huc veniretis? Id autem sibi istud volebat, velut quæreret, Quamobrem qui eandem nobiscum nolletis amplecti fidem, communes nobiscum sedes diligere voluistis?

Nobis porro tacentibus, atque in terram cernuis, ad Præfectum qui propè stabat, impudenti ore toruoque oculo conuersus, cum magna ira ac voce aspera verbis eiusce modi sententiam dixit, Tolle hos, atque eorum vultibus hosce inscribe ac insculpe Iambos; tradéque eos duobus Saracenis, vt in suam regionem abducant. Propè verò erat, qui Iambos habebat, qui & eorum auctor extiterat, Christodulus nomine. Cui & legere eos præcepit; hoc quoque adyciens, Etsi non sint elegantes, nihil tibi hoc curæ sit. Id autem dixit, quod non lateret, quàm accuratè in componendis atque edendis versibus versati essemus, nobisque procliue esset istos irridere. Et ideo quidam eorum qui aderant, ei adblandiens, Ne digni quidem sunt isti, ô Domine, vt sint Iambi elegantiores. Præstat autem etiam illos ipsos, vt se habuerunt, hic loci inserere.

Cunctis ad vrbem adire eam volentibus,
Stetere vbi Dei Verbi casti pedes,
Terrarum vt orbis per id queat consistere;
Apparuerunt isti honorando in loco,
Erroris impij mala vasa & reproba,

πληγάς, ἕως παύσασθαι τὸν παίειν ἐκέλευσεν ὁ κρατῶν. παυσαμένων δὲ τῶν παιόντων, ἤρετο πάλιν ὁ βασιλεύς, Τίνος χάριν ἐληλύθατε ἐνταῦθα; ἐβούλετο δὲ ὁ λόγος αὐτῷ, Ὅτου χάριν τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἀσπάσασθαι πίστιν οὐ βουλόμενοι, τὴν μεθ' ἡμῶν οἴκησιν ἠγαπήσατε.

Ἡμῶν δὲ σιωπησάντων, καὶ εἰς γῆν νενευκότων, πρὸς τὸν ἔπαρχον ἐγγύθεν ἑστῶτα, ἰταμῷ τῷ λόγῳ καὶ βλοσυρῷ τῷ ὄμματι ἀποτεινάμενος, λόγον τοιόνδε μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ καὶ τραχύτητος τῆς φωνῆς ἀπεφθέγξατο, Ἆρον αὐτούς, καὶ χάραξον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ἐγκολάψας τούσδε τοὺς ἰάμβους· καὶ παράδος αὐτοὺς δύο Σαρακηνοῖς, καὶ ἀπαγέτωσαν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν γῆν. εἱστήκει δὲ πλησίον ὁ τοὺς ἰάμβους ἔχων, ὃς ἦν καὶ τούτους σκεψάμενος, Χριστόδουλος τοὔνομα· ᾧ καὶ ἀναγνῶναι αὐτοὺς ἐπέταξε, προσθεὶς καὶ τοῦτο· κἂν μὴ ὦσι καλοί, μή σοι μελέτω. τοῦτο δὲ εἴρηκεν, εἰδὼς ὡς ἄριστα ἡμῖν ἤσκηται ἡ τῶν ποιητικῶν σχημάτων ἀκρίβεια, καὶ εἰς ὅσον καταγελασθήσονται, παρ' ἡμῶν. διὰ τοῦτο καί τις παρών, καὶ χαριζόμενος αὐτῷ, Οὐδὲ ἄξιοι εἰσίν, ὦ δέσποτα, οὗτοι, ἵνα καλλίους ὦσιν οἱ ἴαμβοι. καλὸν δὲ καὶ αὐτούς, ὡς εἶχον, ἐνθεῖναι τῷ διηγήματι.

Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν,
Ὅπου πάναγνοι τοῦ Θεοῦ Λόγου πόδες
Ἔστησαν, εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης,

Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξαγριω-
σίας
Πράξαντες αἰσχρὰ δεινὰ δυσ-
σεβοφρόνως.
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστά-
ται.
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κρά-
τους πεφευγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τὰς ἀθέσμους
μωρίας,
Ὅθεν χαραχθέντες ὡς κακοῦργοι
τὴν θέαν,
Κατακρίνονται καὶ διώκονται
πάλιν.

Τούτων δὲ ὑπαναγνωσθέντων, ἀπάγειν ἡμᾶς εἰς τὸ πραιτώριον ἐκέλευε· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς, καὶ τὴν λεγομένην Θερμάστραν ἤδη καταλαβεῖν, φθάσας τις, ἐκέλευεν ὑποστρέφειν· καὶ σὺν πολλῷ τῷ τάχει, τῷ βασιλεῖ παρίστησιν· ὃς καὶ ἰδὼν ἡμᾶς, πρὸς λέξιν οὑτωσὶ ἔφη, Εἰκὸς ὑμᾶς ἀπελθόντας λέγειν ἐκεῖσε, ὡς τῷ βασιλεῖ ἐνεπαίξαμεν· ἀλλ' ἐγὼ πρότερον καταπαίξας ὑμᾶς, ἀπολύσω. οὕτω λέξας περιδυθῆναι ἡμᾶς ἐκέλευεν. ἐκδυθέντων δὲ ἀμφοτέρων, ἐτυπτόμην ἐγὼ, τοῦ βασιλέως ἀπαύστως οὑτωσὶ κράζοντος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὁρκίζοντος τοὺς μαστίζοντας· Οὕτως ἔχεις ἐμέ· δὸς καλά. ἔτυπτον γοῦν καὶ νῶτα καὶ στήθη, χωρὶς οἴκτου παντὸς καὶ φιλανθρωπίας. ἐγὼ δὲ ἐπὶ πολὺ μαστιζόμενος, ἐβόων, Οὐδὲν ἡμάρτομεν εἰς τὴν βασιλείαν σου· καὶ πάλιν, Κύριε ἐλέησον· καὶ, Ἁγία Θεοτόκε, ἐλθὲ εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν. ἔπειτα καὶ τὸν ἀδελφὸν ἔτυπτον παραπλησίως βοῶντα, καὶ, Ἁγία Θεοτόκε, λέγοντα, καὶ αὐτὴ εἰς Αἴγυπτον ἔφυγες βαστάζουσα τὸν Υἱόν. ἔπιδε ἐπ' ἐμὲ διὰ τὴν ὁμοίαν σοι φυγὴν κολαζόμενον. Κύριε, Κύριε, ὁ ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χει-

Cùm multa fecissent ibi perturbatio,
Graniaque quod deesset eis recta fides,
Illinc abacti sunt sicut apostatæ.
Confugientes autem ad vrbem Imperij,
Stultitiam haud reliquerunt nefariam.
Quare notati & inscripti vt malefici,
Damnantur exiguntúrque improbi iterum.

His lectis, iussit nos adduci iterum in prætorium: & postquam egressi essemus, & ad eam quæ dicitur Thermastra, iam venissemus, veniens aliquis, iussit nos reuerti, ac cum multa celeritate, nos Imperatori sistit. Isque nos contuitus, sic ad verbum locutus est, Verisimile est, vos, cum recesseritis, esse dicturos, Illusimus Imperatori? Sed ego, cum prior vobis illusero, tum dimittam. Quo dicto, exui nos vestibus iubet. Cum autem ambo exuti essemus, vapulabam ego, sic assiduè clamante Imperatore, eosque qui cædebant per se ipsum adiurante, Ita habes me? Da bene. Cædebant ergo & tergum & pectus sine vlla misericordia ac miseratione. Ego autem cum diu multumque flagris cæderer, vociferabar, Nihil peccauimus in tuum Imperium; ac rursus, Domine miserere: &, Sancta Deipara, veni in adiutorium nostrum. Deinde etiam fratrem pariter clamantem ceciderunt, atque dicentem, Sancta Deipara, ipsa quoque fugisti in Ægyptum, portans Filium tuum. Respice in me, qui propter similem tui fugam punior. Domine, Domine, qui liberas

Cæsi durius sancti Confessores.

Matth. 2. v. 13.

Ps. 34. v. 10. & 21. v. 29.

pauperem de manu eorum, qui illo fortiores sunt, ne elongaueris à nobis auxilium tuum. Et sic cum ambos, quantum volebat, concidisset, exire iussit. Alius autem rursus egressus, ad nos accurrit, iubens reuerti.

Quidam verò missus ab Imperatore, percontabatur, Quid causæ est, quod de Leonis morte gauisi estis: quodve cùm ad eum accesseritis, non eandem ac ille fidem amplectimini? Ad hac nos, Neque morte Leonis gauisi sumus, sed neque ad eum accessimus; neque fidem propter vos, qui cum tempore mutamini, omnino abolere, aut quicquam nouare sustinemus. Illo autem subijciente, Hactenus sanè, Num sub Leone venistis? Nequaquam, diximus: sed sub eo, qui illo prior Imperium tenuit. At ille, Rectè, rectè, inquit; & ite. Erat autem hic Cursus Logotheta. Tum ad prætorium, cùm iam sero factum esset, venimus.

Præclara vox.

Nempe Nicephorus.

Quatuor dies transierant, cum Præfecto pro tribunali sedente, ad eius audientiam adducimur. Multis ille suppliciorum minis territans, ac cum se prius pœnas illaturum dixisset; tumque etiam facies inscripturum, atque Saracenis traditurum, hortabatur, vt cuius desiderio teneretur Imperator, id præstaremus. Erat cum eo & Christodulus eiusque pater. Nobis autem austerè fortiterque negantibus, atq; ad innumeras sustinendas mortes nosmetipsos paratos dicentibus; fore denique vt eorũ communione nunquam polluamur, eisve quicquam assentiamur, qui Christianã fidem ac confessionem irritam fecerunt, vel si ab eis nobis oculi eruendi sint, vel si corpus igni exurendum, Tum pater Christoduli, velut

Sanctorum constantia.

εἰς τὴν στερεωτέρων αὐτοῦ, μὴ μακρυνῇς τὴν βοήθειάν σου ἀφ᾽ ἡμῶν. καὶ οὕτω συγκόψας ἀμφοτέρους ἐφ᾽ ὅσον ἤθελε, προσέταξεν ἐξιέναι. ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἕτερος, κατέδραμεν ἡμῶν ὑποστρέφειν κελεύων.

Καί τις ἀπὸ τοῦ βασιλέως πεμφθεὶς, ἐπυνθάνετο, Τίνος χάριν τῷ θανάτῳ τοῦ Λέοντος ἐπιχαίρητε, καὶ διατί προσφυγόντες αὐτῷ, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μὴ ἀσπάζεσθε πίστιν. πρὸς ταῦτα ἡμεῖς, Οὔτε τῷ θανάτῳ φησὶ τοῦ Λέοντος ἐπιχαίρομεν, οὔτε μὴν αὐτῷ προσετρέχομεν· οὐδὲ τὴν πίστιν δι᾽ ὑμᾶς τοὺς τοῖς καιροῖς συμμεταβαλλομένους, ἀθετεῖν ὅλως ἢ καινοτομεῖν ἀνεχόμεθα. τούτου δὲ ἀνθυπενεγκόντος, Τέως γοῦν ἐπὶ τοῦ Λέοντος ἤλθετε; οὐχί, ἔφημεν·
10 ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος. ὁ δὲ, Καλῶς, καλῶς, ἔφη, καὶ πορεύεσθε. ὁ λογοθέτης δὲ οὗτος ἦν τοῦ δρόμου. τότε εἰς τὸ πραιτώριον σκοτίας ἤδη γινομένης ἀπηλέθαμεν.

Τεσσάρων δὲ παρελθουσῶν ἡμερῶν, προκαθίσαντι τῷ ἐπάρχῳ, ἀγόμεθα εἰς παράστασιν. ὁ δὲ πολλῶν βασάνων ἀπειλαῖς φοβήσας, καὶ κολάζειν εἰπὼν πρότερον, εἶτα καὶ τὰς ὄψεις χαράσσειν, καὶ τοῖς Σαρακηνοῖς παραδοῦναι, παρῄνει τὸ τοῦ βασιλέως ποιεῖν καταθύμιον. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Χριστόδουλος, καὶ ὁ τούτου πατήρ. ἡμῶν δὲ σκληρῶς ἀπαναινομένων, καὶ μυρίους θανάτους ὑπομένειν ἑτοίμως ἔχειν λεγόντων, καὶ ὡς οὐ χρησόμεθα ποτὲ τῇ κοινωνίᾳ, ἢ κἂν γοῦν τῇ συγκαταθέσει τῶν τὴν Χριστιανῶν πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀθετησάντων, κἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψαιεν· κἂν τὸ σῶμα καύσωσι τῷ πυρὶ, λεγόντων· ὁ τοῦ Χριστοδούλου πατὴρ ἐν χρείας μέρει τοῦ λόγου

τὸν λόγον τοῖς ἐναντίοις ποιούμενος, Οὐδέ ποτε πρὸς τὸν ἔπαρχον ἔφη, προσεκύνησαν οὗτοι εἰκόνα· καὶ τίνα παθόντες ἐνταῦθα ἐληλύθασιν οὐκ οἶδα. πρὸς ὃν αὐστηρῶς ἐγὼ, Ἄπιθι ἔφην ἐντεῦθεν· οὐκ οἶδας τί λέγεις, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦσαι.

Ὁ δὲ ἔπαρχος αὖθις θωπείαις χρώμενος, Μίαν εἶπε, μίαν μόνον κοινωνήσατε, καὶ ἕτερον οὐκ ἀπαιτοῦμεν· καὶ ἔρχομαι καὶ ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πορεύεσθαι ὅποι φίλον ὑμῖν. ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν γελάσας, Ὅμοιόν τι λέγεις κύριε ὁ ἔπαρχος, εἶπον, ὥσπερ ἄν τις ἕτερον ἀξιῶν λέγοι, Οὐδὲν αἰτοῦμαί σε, ἀλλ᾽ ἢ τὴν σὴν ἅπαξ ἀποτεμεῖν κεφαλὴν, καὶ τὸ μετὰ ταῦτα πορεύου ὅπου θέλεις. γίνωσκε τοίνυν, ὡς ἡμῖν καὶ τοῦτο δι᾽ αἰσχύνης ἐστὶ, τὸ τολμᾶν τινὰ ὅλως πρὸς κοινωνίαν ἡμᾶς προτρέπεσθαι, πρὸς ἣν αὐτὸς οὐκ οἶδ᾽ ὅπως παραινεῖς ἥκειν· καὶ μὴ πόρρωθεν πεπεῖσθαι τὸν τοιοῦτον, ὡς ῥᾷον αὐτῷ γῆν καὶ οὐρανὸν ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ποιεῖν, ἢ ἡμᾶς μετατεθῆναι τῆς εὐσεβείας. τότε χαραχθῆναι τὰς ὄψεις ἡμῶν ἐκέλευσε. καὶ δὴ ἔτι τῶν ἐκ τῶν μαστίγων πληγῶν φλεγμαινουσῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἀφορήτους ποιουσῶν τὰς ὀδύνας, διατείναντες ἐπὶ σκαμνῶν, τὰς ὄψεις ἐκόλαπτον. ἐπὶ πολλὴν δὲ τὴν ὥραν ἐκκεντούντων τὰ πρόσωπα, σκότος ἐγένετο δεδυκότος ἡλίου· ὃ καὶ μὴ βουλομένων, τῆς εἰς τέλος ἐπέσχε γραφῆς.

Μέλλοντες δὲ ἐξιέναι, πρὸς τὸν ἔπαρχον, καὶ τοὺς παρόντας, Τὰ χαράγματα ταῦτα, εἴπομεν, εὖ ἴστε, θεασάμενα τὰ Χερουβὶμ, ὑποχωρήσει, καὶ ἡ φλογίνη ῥομφαία, τὰ νῶτα δοῦσα, τῆς εἰσόδου ἡμῖν τοῦ παραδείσου παραχωρήσει, αἰδούμενα τὰς ἡμῶν ὄψεις, τὰς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δεσπότου ἀτίμως οὕτως ἐγχαραχθεί-

COMB.

lus ipse à nobis gratiam initurus, Nunquam hi, inquit ad Prefectum, Imaginem adorauerunt; nec noui quid illis acciderit, vt huc venirent. Ad quem ego seuera increpatione. Abscede, inquam, hinc; nescis quid dicas, nec de quibus affirmes.

At Prefectus rursus blanditiis vtens, Semel, inquit, semel solum communicate, nec aliud exigimus; & ego vobiscum ibo in Ecclesiam; & deinde ite, quò vobis placuerit. Ego verò ei dixi subridens, Simile quid dicis, ô domine Præfecte, ac si quis alium rogans, dicat, Nihil aliud peto, quàm vt semel ceruicem tibi abscindam; & tunc postea vade, quò velis. Scias ergo, hoc quoque nobis esse pudori, quod audeat nos aliquis adhortari ad communionem (ad quam nescio quomodo suades vt accedamus) nec olim persuasum habeat, qui eiusmodi est, procliuius illi esse vt cœlum ac terram sus deque misceat, quàm vt nos à pietate traducat. Tunc iussit inscribi nostros vultus; cùmque adeo, accepta ex verberibus plagæ, quæ turgebant adhuc ac inflammabantur, incredibili nos dolore afficerent; extendentes super scamna, vultus nostros insculpebant. Cùm autem per longum tempus vultus compungerent, Solis occasu ingruentibus tenebris, vel inuiti prohibiti sunt ne scripturam omnem absoluerent.

Egressuri verò diximus Præfecto, & his qui aderant, Hasce literas, probè scitis, videntes Cherubim recedent; flammeusque gladius terga dans paradisi nobis concedet ingressum, qui nostros vultus reuereatur, sic propudiose pro communi Domino exaratos. Vni enim sumus, in quos à seculo eiusmodi scelus patratum sit. No-

Sāctorum dicendi libert.s.

Gen 3. v 24

Theophili singulare in Graptis crudelitatis exemplum.

numque hoc subtilis cruciandi artis inuentum est: quo ipso clementes exhibuistis atque humanos, quotquot aduersum Christianum dogma furiis inuecti Tyranni sæuierunt. In facie autem Christi prorsus agnoscetis, prostabuntque hæ literæ vt à vobis legantur. Ipse namque dixit, Quæcunque fecistis vni ex his minimis, mihi fecistis.

Matth. 25. v. 40.

Hos sermones vt ex Præfecto audiit Imperator, istud dicendum putauit, rationum, puto, perspicuitate attonitus, Id ego si verum esse scirem, eum in modum meæ omnis plebis vultibus hæc inscriberem. Nos verò, cùm alia quoque plura sint, hæc breuius declarauimus, qui eorum quæ gesta sunt, multos testes habeamus: quos, bene scio, hisce plura & apertius esse narraturos, qui scilicet, quæ tunc facta dictaque sunt, nobis melius obseruarunt. Neque enim in angulo aut occulto hæc facta sunt, sed in theatro, ipsoque medio orbe Romano. Et sic quidem Epistola.

Post tam inhumanum autem nouumque supplicium, quod propter cultum diuinarum Imaginum Beati isti subierunt, adhuc cruorem cæsim compunctis vultibus stillantes, in custodiam traduntur. Deinde Iannæ improbis suggestionibus, qui tum eiusdem sententiæ, cuius iniquus Imperator, cum esset, Ecclesiæ clauum tenebat, exilio damnantur. Eos itaque suscipit Apamea Bithyniæ Horum nec humanda corpora post mortem Imperator præceperat; partim vt contumelia eos afficeret; partim etiam, quòd Orthodoxis communiter sic bonam ac desiderabilem possessionem inuideret. Illic igitur

Sancti Apameæ exilio damnati.

σας. μόνοις γὰρ ἀπ' αἰῶνος ἡμῖν πέπρακται τοῦτο, καὶ καινὸν ἐπιτήδευμα εὕρηται· καὶ φιλανθρώπους ἀπεδείξατε πάντας, ὅσοι κατὰ τοῦ θείου ἡμῶν ἐμάνησαν δόγματος. ἐν δὲ τῷ προσώπῳ Χριστοῦ πάντως ἐπιγνώσεσθε, καὶ εἰς ἀνάγνωσιν ὑμῖν παραστήσονται ταυτὶ τὰ γράμματα. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, Ὅσα ἂν ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.

Τούτους τοὺς λόγους ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ ἐπάρχου, ἔδοξε λέγειν ὑπὸ τῆς λογισμῶν ἐναργείας ὡς οἶμαι καταβροντηθείς, Εἰ ἐπιστάμην ἀληθὲς εἶναι τοῦτο, παντὶ τοῦ λαοῦ μου, οὕτως ἂν ταῦτα ἔγραψα. ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων, ἐπιτομώτερον δεδηλώκαμεν, τῶν πραχθέντων πολλοὺς ἔχοντες μάρτυρας· οἵτινες εὖ οἶδα, καὶ τούτων πλείονα καὶ σαφέστερον διηγήσονται, τὰ πεπραγμένα τότε καὶ λεγόμενα, κρεῖττον ἢ ἡμεῖς φυλάττοντες. καὶ γὰρ οὐκ ἐν γωνίᾳ, οὐδ' ἐν παραβύστῳ τινὶ πέπρακται, ἀλλ' ἐν θεάτρῳ, καὶ μέσῃ τῇ οἰκουμένῃ. καὶ οὕτω μὲν ἡ ἐπιστολή.

Ἀλλὰ μετὰ τὴν τοιαύτην ἀπάνθρωπον καὶ καινὴν τιμωρίαν, ἣν διὰ τὴν τῶν θείων εἰκόνων προσκύνησιν οἱ μακάριοι οὗτοι ὑπέστησαν, ἔτι τῷ λύθρῳ τοῦ αἵματος σταζομένων αὐτοῖς τῶν προσώπων, τῇ φρουρᾷ παραδίδονται. εἶτα διὰ τοῦ Ἰαννῆ πονηρᾶς εἰσηγήσεσιν, ὃς τηνικαῦτα σύμφρων ὢν τῷ παρανόμῳ βασιλεῖ, τῆς ἐκκλησίας ἐκράτει, τὴν ὑπερορίαν καταδικάζονται. δέχεται τοίνυν αὐτοὺς ἡ τῆς Βιθυνίας Ἀπάμεια· οὐδὲ ἀξιωθῆναι ταφῆς τὰ τούτων σώματα μετὰ θάνατον ἐπιτεταγμένον ἐκ βασιλέως· τοῦτο μὲν, εἰς ἐκείνους ὑβρίζοντος· τοῦτο δὲ, καὶ κοινῶς φθονοῦντος τοῖς ὀρθοδόξοις, ἀγαθ-

τοιούτου καὶ περιποθήτου κτήματος. δῆλον οὖν ἐκεῖσε ἡ γενναία αὕτη τῆς ἀδελφότητος ξυνωρὶς, τά, τε ὀρθόδοξον ἐκπαιδεύουσα, καὶ πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς ἐργασίας παρακαλοῦσα. ἐπείθον δὲ ἰσχυρῶς, ἅτε μὴ ἐκ τῶν λόγων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον τὴν προτροπὴν ποιούμενοι. ἦσαν γὰρ αὐτοῖς ἀκίνητοι πίστεις, τῆς μὲν ὀρθοδόξου, αἵ τε ὑπὲρ αὐτῆς ἐκκεντήσεις, καὶ αἱ χαλεπαὶ μάστιγες· τῆς δὲ ἀρετῆς, αὐτὸς ὁ βίος καὶ ἡ ἐγκράτεια, μικροῦ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀΰλων φύσιν ἁμιλλωμένη.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῆς ἀναλύσεως, καὶ τῆς πρὸς ὃν ἐπόθουν ἀποδημίας, Θεόδωρος μὲν, καὶ γήρᾳ καὶ νόσῳ· πρὸς δὲ καὶ κακοπαθείᾳ τῇ ἐκ τῆς φρουρᾶς πιεζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ φρουρᾷ χερσὶ τοῦ δεδημιουργηκότος Θεοῦ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν παρατίθησιν, ἄμωμον μὲν τῇ πράξει τὸν βίον· ἄπταιστον δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὸν λόγον διατηρήσας· ἀνεπίληστον τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας μνήμην καταλιπών· ἅτε δὴ καὶ ταύτην τὴν ἡμέραν τὸ τοῦ βίου τέλος δεξάμενος, καθ' ἣν καὶ ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων Στέφανος, τῷ ἴσῳ ζήλῳ τὴν τελείωσιν δέχεται.

Θεοφάνης δὲ, τὸ τίμιον ἐκεῖνο καὶ ἀδελφικὸν σκήνωμα, μετά γε καὶ ἄλλων ἀνδρῶν εὐσεβῶν, καὶ ὅσους εἰκὸς ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνδραμεῖν, ὡς τοῦ ἐκεῖθεν ἁγιασμοῦ καὶ τῆς χάριτος μὴ διαμαρτεῖν· πολλοῖς τιμήσας ἐγκωμίοις καὶ ᾄσμασι, ξυλίνῃ λάρνακι κατατίθησι, καὶ παρ'
11. ἑαυτῷ συντηρεῖ· τοῦτο μὲν, 11 καὶ τῆς ἀφθονίας αὐτὸ θαυμάζων· τοῦτο δὲ, καὶ τῇ τῶν ἀγώνων μνήμῃ καλλωπι-

generosum par illud fratrum degebat, ac tum orthodoxam fidem docebat, tum ad virtutis præstanda opera prouocabat. Suadendi autem vi multa pollebant, quod non tam verbis, quam rebus ipsis adhortationem adhibebant. Erant enim probationum inconcussa momenta; rectæ quidem fidei, quod pro ea compuncti erant, ac verberũ atrocitatem pertulerant; virtutis verò, ipsa vitæ institutio ac continentia; tanta scilicet, quâ & cum incorporea natura, æmula fere virtute contendebant.

Quod verò etiam tempus resolutionis vocabat, & ad eum cuius desiderio tenebantur, profectionis, Theodorus quidem cum senio tum morbo, ac præterea longa carceris maceratione atque ærumna oppressus, in ipso carcere animam suam in manus Dei Creatoris deponit; cùm scilicet, ad vitam quidem quod attinet, actionis cultu sese immaculatum seruasset; quodque ad rationem, pietatis rationibus ac fide, ab offensione noxaque omni immunem; nulla delendam obliuione sui martyrij memoriam relinquens; ea nimirum ipsa die vitæ finem nactus, qua & Martyrum primus Stephanus pari & ipse zelo consummationem suscepit.

Theodorus in carcere mortuus.

Theophanes autem cùm venerandum illud ac fraternum corpusculum, adjunctis etiã aliis viris piis, ac quotquot par erat eo tẽpore adesse, vt eius, qui illinc erat, sanctificationis ac gratiæ munere, minimè frustaretur, multis encomiis atque canticis esset prosecutus, in arca lignea deponit, & apud se seruat, partim quidẽ incorruptionis ergo admirans; partim verò etiam certaminum memoria glo-

Leg. ἀφθαρσίας, vt & Lipom Interpr.

rians; impij Tyranni affatim iussionem ridens, qui nec sepultura dignanda voluerat, quæ cœlestibus tabernaculis meritò essent inferenda. Deinde etiam in Canones eius refert certamina; partim quidem pro lugubri planctu atque nænia (cui nefas indulgere) laudum cantica proponens; partim verò etiam, eorum qui conuenerãt desiderium solans. Aiunt enim quendam Senem, cùm per illud tempus multo pietatis zelo ferretur, tum Imperatoris minas spreuisse, tum nec ipsi quidem vitæ suæ pepercisse, vt fide procumbens ad beati Viri reliquias, eius quæ inde manabat, gratiæ particeps fieret. Cumque præsens loco adstitisset, quo tempore emigrare è corpore contigit, id est, ad Deum proficisci, illique obtigisset, vt è canentium vnus numero esset; affirmabat postea, audiuisse se tunc temporis suauissimam ac admirandam vocem psallentium è cœlis; siue quis Angelicam eam cogitauerit, siue aliam quandam Dei nutu per aëra sonantem; nouit Deus ac quotquot par est talia vt perspiciant.

Cœlestis hymnodia hora transitus.

Sic itaque diuini Theodori Corpusculum arca seruabat, ac copiosis assiduè miraculis clarescebat. Cùm autem rursum Deus in bonitate ac miserationibus respexisset, & velut caligo, impietas dissoluta esset, rectumque dogma denuo vires assumeret, cùm iam è viuis Deo inuisus Theophilus excessisset; reuertuntur quidem ab exilio, qui propter Christum patria ac Ecclesiis ejecti erant; reuersus verò est & magnus Theophanes, cùm esset Martyr, ac susceptis Christi causa stigmatibus honestaretur; mercedem confessionis, aliam quidem à Deo, magnam sci-

Miracula ad Theodori reliquias.

Ecclesiæ pax. Theophanes Nicænus Episcopus.

ζόμενος· μακρὰν ἐγγηράσας, τῷ τοῦ δυσσεβοῦς ἐπιτάγματι· ὃς οὐδὲ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἐβούλετο τὰ τῶν οὐρανίων σκηνῶν ἄξια. εἶτα καὶ 12 ἐν 12.
κανόσι τὰ αὐτοῦ παλαίσματα καταλέγει· ἅμα μὲν, ἀντὶ θρηνῳδίας, ὡς μὴ θέμις ὄν, τὰς ὑμνῳδίας παρατιθείς· ἅμα δὲ, καὶ τῶν συνεληλυθότων τὸν πόθον παραμυθούμενος. λέγεται γάρ τινα τῶν γερόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πολλῷ τῷ τῆς εὐσεβείας ζήλῳ φερόμενον, ὑπεριδεῖν μὲν καὶ βασιλικῆς ἀπειλῆς, ἀφειδῆσαι δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς, ἵνα πίστει τῷ τοῦ μακαρίου προσπίπτων λειψάνῳ, χάριτος ἐκεῖθεν μετάσχοι. ἐπιστὰς οὖν τῷ τόπῳ κατὰ τὸν τῆς ἐκδημίας καιρὸν, εἴτ' οὖν πρὸς Θεὸν ἀναλύσεως, καὶ εἷς τῶν ᾀδόντων γενόμενος, ἐβεβαίου τὸ μετὰ ταῦτα, ὡς εἴη τότε φωνῆς ἄνωθεν ψαλλόντων, ἡδίστης καὶ θαυμασίας ἀκούων· εἴ τε τις ἀγγελικὴν ἐννοήσει ταύτην, εἴ τε τινα ἄλλην νεύματι Θεοῦ γινομένην, Θεῷ δῆλον ἂν εἴη, καὶ ὅσοις τὰ τοιαῦτα διορᾷν ἄξιον.

Οὕτω μὲν οὖν τὸ τοῦ θείου Θεοδώρου λείψανον ἡ λάρναξ ἐτήρει, ἀφθόνοις θαύμασι διὰ παντὸς σημειούμενον. τοῦ Θεοῦ δὲ καὶ αὖθις ἐν χρηστότητι καὶ οἰκτιρμοῖς ἐπιβλέψαντος, καὶ τῆς ἀσεβείας ὥσπερ ἀχλύος ἐκ μέσου διαλυθείσης· τοῦ τε ὀρθοδόξου δόγματος πάλιν κρατυνομένου, ἤδη Θεοφίλου τοῦ θεομισοῦς ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, ἐπανήκεσαν μὲν ἀπὸ τῆς ὑπερορίας οἱ διὰ Χριστὸν, καὶ τῆς ἐνεγκαμένης καὶ τῶν ἐκκλησιῶν ἀπηλαμένοι· ἐπανῄει δὲ καὶ ὁ μέγας Θεοφάνης, μάρτυς ὢν, καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ στίγμασι σημειούμενος.


μισθὸν τῆς ὁμολογίας, ὅλον μὲν παρὰ Θεοῦ μέγαν ἀναφαίρετον προσδεχόμενος, τὸ νῦν ἔχειν, τῆς Νικαίας τῆς Βιθυνίας παρὰ τὴν εὐσεβῶν θρόνον ἀποσεμβάνων.

Χρόνος δὲ τὸ μετὰ ταῦτα συχνὸς, καὶ ὁ θησαυρὸς ἄγνωστος· τὸ πολύαθλον φημὶ σῶμα, Θεοδώρου τοῦ μακαρίτου. ἔνθα γὰρ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ καταλέλειπτο, ἐκεῖσε δὴ καὶ κείμενον διετέλει. ἀλλὰ τὴν εὐσεβῶν τὶς καὶ φιλοθέων ἀνθρώπων, τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸς κοινωνὸς εἶναι τοῖς ἀθλητῶν βουλόμενος, τὴν τοῦ μακαρίου τούτου σώματος μετακομιδὴν, ἐκ τῆς Ἀπαμέων ἐπὶ τὴν Χαλκηδόνα ποιεῖται, ὕμνοις ἐξ ὕμνων αὐτοῦ παραπεμπομένου· καὶ χερσὶν ἱερέων καὶ μοναχῶν, ὡς θέμις, διακομιζομένου. οὗ δὴ καὶ ἱερὸν δειμάμενος φροντιστήριον, ἐκεῖσε τὸν θησαυρὸν ἀποτίθεται· καὶ νῦν ἔστι πᾶσι τοῖς προσιοῦσι παρέχων ῥῶσιν ψυχῆς, ῥῶσιν σώματος, παντὸς νοσήματος καὶ πάθους ἀπαλλαγὴν, εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

licet & quæ auferri non poteſt, expectans : in præſentia autem Nicææ Bithyniæ Sedem piorum concertantibus ſtudiis ornans.

Longum poſtea tempus effluxexerat ; ac theſaurus ignotus erat ; quod inquam beatæ memoriæ Theodori corpuſcuſculum multis certaminibus perfunctum erat. Iacebat enim, quo loco à fratre relictum fuerat. Vir tamen quidam religioſus ac pius, qui ipſe quoque aliqua ratione cum Athletis coronarum ſocius eſſe ſtudebat, beati Viri corpus Apamea Chalcedonem transfert : quod quidem perpetuis canticis proſequebantur, & manibus, vt par eſt, portabant, Sacerdotes & Monachi. Quo in loco cùm ſacrum ædificaſſet monaſterium, illic deponit theſaurum : & nunc omnibus accedentibus animæ robur præſtat ac corporis, atque ab omni morbo & languore liberat; ad laudem Dei Patris ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, nunc, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Theodori Corporis tranſlatio Chalcedonem.



AD
S. THEODORI GRAPTI
AC CONFESSORIS
VITAM.



HANC Theodori Grapti Vitam, vt hîc repræsentarem, post longam rationum mecum disceptationem, euicit, quod æquum putaui, vt qui Nicephori Patriarchæ certamen in causa Imaginum grauiter descripserat, suum ipse quoque eadem serie (eodem Byzantij theatro, eadem ipsa ætate exhibitum) meo hoc syntagmate, eius Vrbis rerum gestorumque, perscriberet. Tanti scilicet visum, sin Martyris, at certè egregij Confessoris, non ita paucos versus, in lucem publicam dare, vt iis, qua ipse edidit lingua, Fideles recreentur, & ad paria animentur certamina, cùm præsertim non paucis locis etiamnum aperta palæstra sit, furente Christi ac Imaginum hoste.

Lipomanus, exque eo Surius ad Decembris 26. (id est, VII. Kal. Ianuarij) Vitam hanc Latinè retulit; exque more, ceu quid ἀδέσποτον, Metaphrastæ tribuit. Certiori tamen conjectura eidem fortè adscribi possit ex Metaphrastis characteris luminibus, quæ ex Psello in suo de Symeonum scriptis syntagmate constituit Leo Allatius. Ipse, qui ad manum non habuerit, censere non potuit: etsi exstare in Romanis Bibliothecis vel audierat vel meminerat, vt in sua de Theodoris Diatriba scripsit. Auctor hic cum Logotheta in Chronico penitus consentit, quibus in exilio & carcere narrant Theodori obitum, cuius vitam alij ad Theodorum & Michaëlem Augustos trahunt. Vtvt sit, significat auctor, se diu à Theodori obitu scripsisse, vt & Metaphraste fortè recentior sit, cuius & characterem sit imitatus, & secutus, quæ ille pauca verioraque Chronico suo inseruerat. Eius Vitæ ac scriptionis præcipua pars, Epistola est eiusdem Theodori; quæ & mihi ratio vel maxima fuit, vt hîc repræsentarem. Ipso statim titulo, Lipomani Interpres, siue ipse Romanus Codex, Martyres indigetat ambos fratres, istudque eorum

Martyrium vocat. Noster castigatius, Theodotum duntaxat, ipsumque Confessorem, adscribit, ac eius Vitam indigetat; quod ad ipsum tota scriptionis collineat intentio, sitque ipse in exilio defunctus, clarior proinde Confessionis titulo: cùm Theophanes Nicænus deinde Episcopus, in pace quieuerit. Martyrem tamen ipse auctor in fine scribit ἐπανῄει δὲ καὶ ὁ μέγας Θεοφάνης, μάρτυς ὤν, καὶ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ στίγμασι σεμνυνόμενος. *Reuertitur & Magnus Theophanes, ipse Martyr, & quibus pro Christo stigmatis inustus erat, glorians:* quibus verbis, eius vocis significationem velut restringit, vt non propriè Martyrem velit, sed ita Testem, vt vita incolumi, ferendo tormento, pietatis testimonio fructus sit: quos Confessores antiquo vsu Ecclesia dicit; Martyrij titulo iis relicto, quos tormentorum vis ipsa, in Christi confessione, seu aliàs tuenda pietate ac asserenda, vitâ extruserit: queis sic extrusis, certa victoria est atque gloria; cùm victores Confessores nihil subinde vinci prohibeat, grauiusque offendere; cuiusmodi, Cyprianus & alij deplorant; vt non satis cautum videatur, eos qui strenuum aliquid confessione egerint, eo vno titulo, ac cum reliqua deinceps vitæ ratio nos lateat, inter sanctos haberi atque beari. Quo in genere nonnihil indulgentius quandoque acciderit. Methodius tamen vnum hoc ad conjecturam satis existimauit, vt dignus Episcopatu Theophanes censeretur, quod confessionis notas has ac stigmata vultu præferret, quæ de re scribit Logotheta. Καὶ ἐν μὲν ἐξορίᾳ τελευτᾷ ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος· οὗ τὸ λείψανον ἐν τῇ Χαλκηδόνι μονῇ τοῦ Μιχαηλίτζη, αὐτὸς ὁ κτίσας Μιχαὴλ ὕστερον ἀπεκόμισεν. ὁ δὲ ἀοίδιμος Θεοφάνης μέχρι Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας διήρκεσε, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μεθοδίου πατριάρχου γενομένου χειροτονεῖται μητροπολίτης Νικαίας· ὡς καί τινας ἀσχάλλοντας ἐπὶ τῇ τούτου χειροτονίᾳ καὶ λέγοντας, Ὅτι Σύρος ἐστί· καὶ τίς οἶδεν εἰ ὀρθόδοξος ὑπάρχει, μηδενὸς αὐτῷ μαρτυροῦντος. ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Μεθόδιος, λέγων, Ἐγὼ ὑπὲρ ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἐπιφέρεται (δείξας τὴν ἐν τῷ προσώπῳ γραφὴν) κρείττονα οὐ θέλω. *Ac quidem Theodorus in exilio diem obit, cuius Corpus Chalcedonem in Monasterium quod Michaëlitze vocant, ab ipso qui condidit, Michaële, postea translatum est. Inclytus autem Theophanes, ad Michaëlem vsque ac Theodoram superstes, à sancto Methodio, qui fuit Patriarcha, Metropolita Nicænus ordinatur; adeò vt quidam, eam ægrè ferrent ordinationem, atque dicerent, Homo Syrus est; & quis nouit an sit Orthodoxus, cùm nemo ei testimonium deferat? Ad quos Methodius, Egó nullum aliud melius testimonium desidero, quàm quod ille præfert; ostendens Iambis inscriptum vultum.* Quibus omnino βιογράφῳ consentit.

Ex his emendandi Continuator Vaticanus; itemque Ioannes Scylitz & Cedr. qui ex illo mutuati sint, nec non auctor Orationis in festum Restitutionis Imaginum, qui omnes æquè superstitem Theodorum & Theophanem ponunt, ac conuiuio adhibent, quo Confes-

sores à Theodora excepti sunt. Græci quoque in Menæis vnum celebrant Theodorum, qui in exilio vnus ipse Confessor decesserit. Sic 27. Decemb. quo illi die sancti Stephani Protomartyris festum celebrant. Καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ καὶ αὐταδέλφου Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. *Sancti Patris nostri ac Confessoris Theodori Grapti ac fratris Theophanis Carminum scriptoris.* Clarius in Synaxario. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, ἀδελφοῦ Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ. περιορισθέντες ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ἐν ᾗ πρὸς Κύριον ὁ μέγας ἀριστεὺς Θεόδωρος ἐξεδήμησε. *Missi sunt in exilium, in quo magnus pugil Theodorus migrauit ad Dominum.* Addunt Romanæ tabulæ Theodorum in exilio expirasse, *in carcere inclusum.* Idipsum clarius hic ipse auctor, senio pariter & morbo; ad hæcque carceris ærumnis, in ipso carcere animam Deo commendasse, tradit; quo Martyrij titulo omni rigore, propior existit. Quodque ita auctores relati, aliis, quos magis probo, silentibus, in eo conuiuio referunt Theophanis acerbius responsum ad Theodoram Augustam, ex iis notis, quibus vultus inscripti essent, cum Theophilo eius marito, se, coram Christo iusto iudice iustè disceptaturos, fabula videri possit, omnisque fortè illa molitio, liberandi animam Theophili precibus Sacerdotum ac Coufessorum, eius ipsius auctoris, qui sic inconcinnè virum iam mortuum illi conuiuio adhibuerit, quem alij secuti sint. Maiori portento Continuator Vaticanus: Τούτοις ἐναρίθμιοι Θεοφάνης ὁ τῆς Σμύρνης καὶ ὁ αὐτοῦ Θεόδωρος ἀδελφός. At vnde natum Theophanis Grapti istud cognomen? Nolim auctoris, qui eruditus est, & dignus luce, imperitiæ adscribere. Scripserit ille, ὁ Σύρος, vel ὁ τῆς Νικαίας, quod sic deprauatum antiquario sit. De suo ergo illo Theophane illam historiolam narrat, seu fabellam, vti alij de Theophane Episcopo Nicæno, sed omnes vnà conuiua fratre Theodoro olim defuncto. Scylitz. καὶ ὁ τούτου ὁμαίμων Θεόδωρος· vbi Gabius, *Et illius consanguineus Theodorus:* sed hoc liberius, *illius frater germanus*, vti reliqui, ἀδελφός, αὐτάδελφος· nec aliud Scylitz. vox reddenda fuit; nec in Cedreno Xylander aliter reddidit. Auctor Orationis illius Dominicæ τῆς ὀρθοδοξίας liberalior est, additque & Theophanem Magni Agri præpositum seu Sigrianum, ipsum qui scripsit Chronica; quem tamen nulla coniectura est tandiu vixisse. Præterea etiam addit Theodorum Studitam, quem adhuc vigente persecutione diem obiisse, ex Naucratij eius successoris Epistola encyclica satis liquet. Nec quod in Triodio Dominica illa 1. Quadragesima Naucratius habetur loco Theodori, & Arsatio iungitur, quod notauit Baron. aliud efficit, quàm quod Nicephorus Callixtus recens auctor, cuius sunt illa omnia Triodij Synaxaria, ita emendauerit; non quod vetus auctor illius Orationis non sic commentus sit: cuius proinde inde laborat fides; Sic passim ipsæ se sorices produnt, dum multa in vna narratione per inscitiam struunt, nihil ipsa cohærentia:

rentia: quo in genere & Latinis inque Gallia non semel peccatum, non leui fidei historicæ labe, viris doctis animaduersum est. De Theophane Magni Agri Præposito, lampadem trado erudito Viro & amico Danieli Papebrochio S. I. proximè vulgando sociis curis cum erudito pariter Viro ipsoque amico Godefrido Henschenio eiusdem S. amborum Martio.

1. Χριστὸς ἐκεῖθεν. Natum apud Bethlehem Christum, certa fides est: vnde ergo, *Hierosolymis secundum carnem?* An quod ipsa Maria Hierosolymis nata in sancta Probatica, id est, in domo Ioachim Hierosolymis prope Probaticam piscinam? Quaresm. lib. 4. cap. 12. peregr. 3. Damasc. Orat. 1. in Natiuit. S. Virginis, vt quidem ipse reddebam. *Nata nobis est Dei mater in sancta Probatica, ex qua Agnus Dei nasci voluit, qui tollit peccatum mundi.* Num & quia Bethlehem sic vicina Hierosolymis est, vt quasi eius suburbanum haberi possit: quocirca etiam quotannis Hierosolymorum Antistes, eiusque plebs, in die Christi Natali stationem in eo oppido, ad locum speluncæ stationem habebant: quod Sophronius Patriarcha tantis deplorat abs se præstari non posse, obsessâ à Saracenis sancta Ciuitate, illa Oratione, quam post Peltanum ad eum diem iterum repræsentaui in Biblioth. PP. Concionat. & ex Card. Maz. Codice absolui.

2. Εἰ καὶ πάσης τῆς περὶ αὐτῶν φιλοτιμίας ἀνώτερος ἦν. Lipoman. Interpr. fortè legerit περὶ αὐτῆς, redditque, *etiamsi esset excelsior, qu.m vt ex eis vllam laudem ambiret.* Sed nulla hæc ratio. Planè enim aduersatiua superius illud respicit, quo dixit, omnem ἐν ὀλίγῳ, sic *breui tempore*, disciplinam adeptum esse; quæ tamen tanta in eo esset, vt æmulationem omnem excederet: cùm soleat, qua sic breui quis scientia imbuitur, defunctoria ac imperfectior esse.

3. Ἐκεῖνον τὸν πρεσβύτην, καὶ διδάσκαλον. Lipomani Interpr. *Magnus ille senex.* Redditur quidem illa vox etiam *Senior*, quod ætatis esse possit: hîc tamen Ordinis est, ac Ecclesiasticæ dignitatis atque muneris, significans Sacerdotem secundi ordinis; sicque auctor paulò superius distinxit, cùm adjecit, ὅτος ὢν τῆς τῆς ἐκκλησίας, ac bene ibi idem Interpres, *Presbyterum* reddidit.

4. Ταῦτα βλέπων. His componenda Menæa ad 11 diem Octobris, quo Theophanis memoriam Græci recolunt: vt cum dicunt, missos ad Theophilum, Theodorum & Theophanem à Patriarcha Hierosolymitano, Libellum deferentes, compendio ferè historico loqui intelligantur, nec tam respicere quòd primò missi sunt, quàm quòd illustrius certamen desudarunt. Libellus ille, nihil aliud videatur, quàm Epistola ad eundem Theophilum paulò superiùs mihi edita. Verisimile enim est Patriarcham Hierosolymitanum Synodicam suam ad eos direxisse velut notos virosque strenuos ac probatæ fidei, qui Theophilo offerrent, cum ij per Michaëlis indulgentiam aliqua

remiſſione potirentur, ac Theophilus Imperium iniens, mitius aliquid in Orthodoxos præferret.

5. Τῷ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιπηδήσαντι λῃστρικῶς. Nempe Theodotus hic Caſſiteras, Sedis illius incubator, pulſo Nicephoro. Theodorum margini adſcriptum habet Surius, literæ commutatæ mendo. Fuit hic præcipuus adjutor Leoni inſtauranda Iconomachorum ea hæreſi, cuius eo negotio ſtruem multis proſequuntur Continuator Vaticanus, & alij. Nauatæ illi eius operæ ἆθλον, τὸν τῆς ἱεραρχίας θρόνον ἐλάμβανε κατὰ τὸν τοῦ θείου πάσχα καιρὸν, inquit idem; *præmium accepit Pontificalem thronum circa feſtum Paſche.*

6. Δολίως περιτρέπει. Lipomani Interpr, nihil ſacra verba attendens, ac locum Ambacum, ad quem reſpicit auctor, *Dei populum per fraudem euertat.* Legeris & ipſe ἀνατροπὴν θολερὰν, quod & Baſil. & Argent. Biblia repræſentant, vti etiam Conradus Kircherus, vbi Sixt. Vatabl. & alij „θολερὰν· quæ melior lectio: *turbidam ſubuerſionem*; tum ſcilicet, cum ex crapulâ, mens animi ſede deijcitur. Alia verſio, ἔκστασιν ὀχληρίαν· *amentiam turbidam*, vti exponit Hieronymus.

7. Τὴν βασιλίδα καταλαμβάνουσι. Lipomani Interpr. parum erudite, quod ſequitur, τοῦ νέου βασιλέως, cum voce βασιλίδα, jungit, redditque *Veniunt in regiam noui Imperatoris.* Sic & ſupra τὸ, βασιλίδα, redditi *regiam.* At liquet ſignificare Reginam, ac ſubintelligi τῶν πόλεων, quomodo Græci paſſim Conſtantinopolim ſuam indigetant; *Vrbium reginam.* Ego paulò Latinius, *Vrbem Auguſtam.* Auctor Iamborum Sanctorum vultibus inſcriptorum, τὴν πόλιν τοῦ κράτους· *Imperij Vrbem.* At quis regiam noui Imperatoris audiat, velut eius noua regia eſſet, aut alia quàm ſuperiorum Conſtantinopoli Imperatorum. νέου βασιλέως genitiuus abſolutus eſt; miror q; ceſpitare, qui vel procul Græciam ſalutauerit. Regiam, βασίλειον & βασίλεια vocant, τὰ ἀνάκτορα.

8. Ἡ μεταμέλεια τὴν ἧτταν ἀνεμαχέσατο. Velut inſtaurato prælio, victores à clade effecit. Quæ eius vocis trita acceptio eſt. Hinc apud Plutarch. in Apophth. cùm Argiui dicerent, ſe τὴν προτέραν ἧτταν ἀναμαχεῖσθαι, dixit quidam ſe mirari an duarum ſyllabarum acceſſione facti eſſent fortiores, quàm antea: nempe intelligens de præpoſitione ἀνὰ, quæ ſic extrahit vim ſimplicis, μάχεσθαι, quod eſt pugnare. Nihil inſcitius, quàm quod Lipomani Interpr. *Pænitentia aduerſus victoriam rebellauit.* Quid hic ſenſus? quæ phraſis?

9. Αὐτὴν τὴν ὄψιν ἀνηλεῶς κατεχάραξαν. Eſt hæc pœna, quam ſequentibus ipſe Theodorus refert, ipſis Iambis adſcriptis, quibus ſic deformi ſpectaculo duroque cruciatu inſcripti facies ſunt ac compuncti, non quod reddit Lipomani Interpr. *eis crudeliter compuncti fuerunt oculi*; ac ſi excæcatos vellet; quod longè à vero eſt. Sed videtur ille doctus ex Lexico, qui primò obuiam vocis cuiuſque ſignificationem ex eo ſibi arriperet. nec ſatis vtriuſque linguæ proprietates aut calleret, aut attenderet. Sic inferius in Theodori Epiſt.

ἐπιτρέψαι ἡμῶν παίεσθαι τὰς ὄψεις· reddit, *Iussit nobis verberari oculos*: certè in facies cædi, ac colaphos dari: vixque tandem ad finem, se ipse ille, vt vultum redderet, emendauit.

10. Ἀλλ' ὅτι τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύοντος. Paulò hæc anteriorem arcessunt Theodori & Theophanis aduentum Constantinopolim, quàm explicatum Vitæ auctori sit in superioribus, vbi sub Leone venisse tradit, atque id, vt laboranti per eius nouitates fidei Constantinopoli, suppetias irent. Hîc autem Theodorus, ipse se venisse Michaële Curopalata siue Rancabe Imperatore, siue ad eum, tradit; Is enim est qui ante Leonem Imperium gessit. Quæro qui nodum soluat. Num ad illum primùm missi, & vt Syriæ laboranti à Saracenis opis aliquid ab eo corrogarent; quo breui à Leone oppresso, ipsoque Leone nouante fidem, fidei subsidio in Græcia manserint, ac cum Leone congressi, quæ superius perscripta sunt egerint ac passi sint. Lipomani Interpr. *eo imperante qui te præcessit*; quasi loquatur cum Theophilo, non cum Logotheta Cursus, quem is ad interrogandum misisset. Ac siquidem Michaele Balbo Theophili decessore ac patre Imperatore, primùm venerunt, falsa omnia quæ iis gesta narrata sunt Leone Imperatore, cui Michaël ille successit. Nihil ergo ille ad rem, nihilque ex fide Interpretis; nisi Græca alia, ipsaque prorsus mendosa habuit.

11. Καὶ τῆς ἀφθαρσίας αὐτὸ θαυμάζων. Hic plane alter titulus, quo operæpretium existimauit Theophanes, vt arca lignea conderet fratris sui corpusculum, ac venerationi haberet: eius scilicet integritas, ac quod castè Theodorus vixerat, niueumque candorem longæ passionis cruoribus rubricarat. Vocem ἀφθωρίας antiquarij Regij, facile fuit ex illa ἀφθαρσίας, fallentibus oculis, aut festinante calamo, nec satis attenta mente exscribi; cùm alioqui nullus hîc sensus videatur. At neque Lipomani Interpr. suum ἀφθαρσίας, quicquam aptè reddidit: *partim quidem procurans ne corrumperetur*. Ergo in arca immune à corruptione putauit fore Theodori corpusculum, vel Ægyptiaco antiquo more vnguentis condiuit? Rem planè ex vsu pauperis Monachi & exulis, atque sub ferro & compedibus gementis! qui & ipse carcerem coleret; siquidem in eo Theodorus animam in manus Domini tradidit. ἀφθαρσία, eam propriè corporum integritatem dicit, quæ Virginum existit, non qua aspersis vnguentis ac mumia, illa à tabo liberantur, diuque iis durata ac exsiccata conseruātur; quod Magnus Antonius etiam atque etiā cauit ne in suo corpusculo fieret, vt in eius Vita Magnus Athanasius auctor est. Græci itidem nihil magis in defunctis corporibus optant, quàm vt puluis pulueri reddatur; nisi fortè singulari miraculo aliquando Deus corpus aliquod ab ea immune corruptione seruet, in cuius cultum impendatur pia religiositas fidelium. Quorum discrimen Leo Allatius, Epistola de quorundam hodie Græcorum opinationibus ad

Paulum Zacchiam, ab illis ſceleratorum corporibus aperit, quibus dæmones in Græcia non rarò abutuntur, ſeruantque & ipſa integra, horrenda ſanè velut tympani ſpecie, obnigra, fœtida; cuiuſmodi ferè eorum, qui anathematis vinculo adſtricti humanis excellerunt; ac donec συγχωρήσεως diploma pro eis impetretur à ſuo Antiſtite. In quo tamen vulgaris aliquid erroris non male idem olet, dum & à damnatorum pœnis ea indulgentia liberari defunctos eiuſmodi (quippe ſæpius grauium delictorum reos ac vaſa diaboli) videntur velle.

12 Ἐν κανόσι τὰ αὐτῦ καταλέγει. Vocant κανόνας Græci, quibus diuinas perſoluunt laudes; ac conſtant 9. Odis; Odæ ſingulæ, ſtrophis aliquot ſiue modulis: ita tamen nouem Odas numerant, vt à prima ad tertiam tranſeant; cuius rei rationem petat qui volet ex eruditi Viri ſodalis mei P. Goar τ̃ μακαρίτου Euchologicis. Horum auctores Canonum, ſeu aliorum modulorum Græci Ποιητὰς & Μελῳδοὺς vocant, nos *Cantores*, inter quos magni Damaſcenus ac Theophanes Graptus, cuius extat Canon in fratrem Theodorum 27. Decembris, eiuſque Acroſtichis iſta eſt,

Τοὺς σοὺς ἀδελφὲ, γνησίους πλέκω κρότους.

Tuas veras frater, necto laudes.

Nec fere aliter, qui eruditiores Poëtæ ſunt ac Cantores Eccleſiaſtici, ſed quibus primis literis ſingulos modulos ac ſtrophas inchoant, vno aliquo verſu, ſeu Iambo, totum Canonis argumentum à fronte repræſentant. Hæc ſcilicet Ἀκροστιχίς. Nec abs re erit, religioſè pariter ac fraternæ pietatis monumentum ſubnectere; vt cùm non liceat tota ipſa Menæa, pro ſua mole ac per vitæ anguſtias, ex amicorum voto, Latinis vocibus reddere ac euulgare, vel paucis obiter iiſque lectis liceat vel guſtum facere: vti factum in Andreæ Cret. Magno Canone, item Canone in ſanctæ Mariæ Natiuitatem, eiúſque in Chriſti Natale Idiomelis, inque Theophanis Magni Agri Canone, ipſoque hîc Theodori Grapti, auctore Theophane ipſo Grapto, eius & fratre & certaminum ſocio atque coronæ. Antè tamen nobile excerptum ipſius Theodori Grapti de Euchariſtia, ex Sorbonæ Codice, ex quo S. Nicephori cum Leone ſumpta diſputatio, hîc repræſento; vnde ditare poſſit liber Officiorum Venerabilis Sacramenti Pariſiis nuper non minimo ſucceſſu productus, poſſit & mea ad diem illi ſacram Bibliotheca Patrum Concionatoria: quantumvis eius in eo ampla ſeges; vt valde contumax ſit, qui tanta preſſus teſtium nube nolit etiamnum ſapere, ac de Euchariſtia Eccleſiaſticè ſentire.



ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΠΤΟΥ,

ὑπὲρ τῆς ἀμωμήτου τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

EX LIBRO S. THEODORI GRAPTI,

DE INCVLPATA CHRISTIANORVM FIDE.

Fr. IOANNES BAPTISTA ROVSSEL, *hisce nonus Tiro, ludebat.*

Ἡμεῖς τὰ ἄχραντα τοῦ Χριστοῦ μυστήρια, οὔτε εἰκόνα οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκείνου λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελοῦνται, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τεθεωμένον. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ λέγοντος, Ὅτι ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς παρεδίδου, Λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου, λέγων· οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. ὡς γὰρ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὴν σάρκα διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ ὑπεστήσατο. εἰ χρὴ δὲ καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι. ὥσπερ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταλαμβάνεται· καὶ οὐκ αὖ ὑπονοοῦμεν ἕτερον σῶμα γίνεσθαι παρὰ τὸ πρότερον· οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυῶς ἐπικλήσει τοῦ ἱερεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ μεταβάλλεται. τοῦτο μὲν καὶ ἡ τοῦ ἱερέως αἴτησις ἔχει. καὶ οὐ δύο ταῦτα νοοῦμεν, ἀλλ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πιστεύομεν γίνεσθαι. ἀντίτυπα δ' εἰ

Nos intemerata Christi Mysteria, neque Imaginem neque figuram Corporis illius appellamus: etsi illa signis ac ænigmate peragantur; sed ipsum Christi Corpus deitate affectum. Sic enim ait ipse, Quia *nisi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ioan. 6. v. 54. Hoc quoque discipulis tradebat dicens, *Accipite, & comedite Corpus meum*; nequaquam figuram corporis mei. Quemadmodum enim ex beatâ Virgine carnem sibi per Spiritum sanctum condidit (quod quidem si iuuat, ex his declarare licet, quæ in nobis vsu ipso contingunt) sicut panis & vinum & aqua, in eius qui manducat & bibit, naturâ corpus & sanguinem transeunt; neque tamen aliud esse corpus, ac erat antea, dicamus; sic sanè Sacerdotis inuocatione, ac Spiritus sancti accessu, hæc ipsa in Corpus & Sanguinem Christi conuertuntur. Hoc enim vnum habet Sacerdotis petitio: Neque hæc, duo esse cogitamus; sed vnum idemque fieri credimus. Figura verò (Græcis ἀντίτυπα) si vspiam dicta

ſint, non poſt conſecrationem, ſed antequam fiat conſecratio, appellata ſunt. Cum igitur dixit, Si circumſcribis, diuidis Chriſtum; aut etiam Verbum pariter circumſcribis; conſequens erat vt diceret, Quia ſi immolas, diuidis Chriſtum; corpus enim, non naturam diuinitatis immolas. Pontifex enim Magnus noſter & hoſtia & agnus & victima, ea ratione qua homo, & eſt & dicitur. Aut igitur, quòd ſic opinaris, Verbum immolas, propterea quòd vna perſona eſt, ac ſubſiſtentia; aut disjungis, quod humanam carnem immolas.

του λεχθέν, οὐ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἁγιασθῆναι, ἐκλήθησαν. ἐπεὶ οὖν ἔλεγεν, Ὅτι ἐὰν περιγράφῃς, μερίζεις τὸν Χριστὸν, ἢ καὶ τὸν Λόγον συμπεριγράφεις, ἀκόλουθον ἦν λέγειν αὐτῷ, Ὅτι εἰ θύεις, μερίζεις τὸν Χριστόν· τὸ γὰρ σῶμα ἱερεύεις, οὐ φύσιν θεότητος. ἀρχιερεὺς μὲν ἡμῶν ὁ μέγας, ἱερεῖον τε καὶ ἀμνὸς καὶ θῦμα καθὸ ἄνθρωπος ἐστί τε καὶ λέγεται. ἢ τοίνυν συσφάζεις καὶ τὸν Λόγον κατὰ τὸν σὸν λόγον διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν, ἢ χωρίζεις θύων τὸ ἀνθρώπινον.

Eadem ferè, pauloque explicatiora Ioannes Damaſcenus lib 4. cap. 14. Itemque in VII. Synodo Epiphanius Diaconus Act. vi. tom. III. necnon & antiquiores, in quibus ambo Theodori, Heracleota & Mopſueſtenus in Toloſana Poſſinij Catena: ex quibus prior, Τοῦτό μου, φησὶν, ἐστὶ τὸ σῶμα, καὶ τοῦτο τὸ αἷμα· ἵνα μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ὅτι ὁ ἄρτος αὐτὸ, ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ τὸ αἷμά ἐστι, μεταποιούμενον εἰς σάρκα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἀρρήτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Alter verò, Οὐκ εἶπε, Τοῦτό ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου, καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου· ἀλλὰ, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ αἷμά μου. & quæ ſequuntur; quæ ſic aduerſari ſuæ doctrinæ ſenſerunt nonnulli nouæ Eccleſiæ Euangelicique Miniſtri, vt falſi dicā præſidium illi quærendum putauerint, habueritq; neceſſe Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Carolus de Monchal eius Vrbis Archiepiſcopus, qui librum miniſtrarat, ſyngrapha ſua illius auctoritatis pondus vindicare, quod ſincerus & antiquus Codex, Græca manu olim exaratus. Ad ἀντίτυπα quod ſpectat, quodque negant Damaſc. Epiphanius Diaconus & Theodorus Graptus, ſic vocari ſymbola poſt conſecrationem, non facile admittatur. Quicquid enim ſit de Baſilio, qui in Liturgia poſt verba Dominica ita vocat, & an voluerint iſti auctores præterea requiri inuocationem Spiritus ſancti ad conſecrationem, veramque eorum in Chriſti Corpus & Sanguinem tranſmutationem; qua de re noſter P. Goar in Euchologicis, eſſetque operoſius inquirendum in Damaſceno & an faciat ſatis Cardinalis Beſſarionis ſolutio, peti ſcilicet vt fiant nobis Corpus & Sanguis Chriſti, quæ iam ipſa ſunt, ex verbis Dominicis; id eſt, vt eorum fructum aſſequamur; liquet tamen Gregorium Theologum Oratione funebri in Sororem ſuam & 1. Apologet. Cyrillum Hieroſolymitanum Catech. 5. Myſtagogica, & alios ita appellaſſe; neque

id quicquam veritati Euchariſtiæ officere. Euſtathius quoque, quem citat Epiphanius Diaconus, ſolum loqui videtur reſpectu cœleſtium, quomodo non negat Damaſcenus diuina Myſteria vocari *ἀντίτυπα*, ſed apertè affirmat, ad calcem eius capitis. *ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος· τότε δὲ νοητῶς, διὰ μόνης τῆς θέας*: *Quod per illa nunc participes ſimus Deitatis Chriſti; tunc autem mente, hoc ſolum quòd contueamur.* Quæ eſt ſumma ac perfecta Dei participatio, prorſuſque vera, vltra quam aliud nihil expectemus, ipſi Deo facti ſimiles, quantum nanciſci natura creata ac intelligens poteſt: *ἀντίτυπα* eo ſenſu, *exemplaria* vocat in Paulo Interpres Latinus; provt exemplar, non ipſam principalem formam dicit quaſi in eſſe rei, ſed eius quandam velut deſignationem ac vmbram. Sicque reuera, quæ in Euchariſtia vnio eſt per ſymbola, quantumvis ipſa vera, eáque verè ſuſceptis myſticè immolatis Chriſti Corpore & Sanguine, vmbra quædam eſt ac figura vnionis illius, qua vnum cum Deo clarè viſo, intimo eius illapſu vt forma intelligibilis ac intellecta, illiuſque vitali mente ipſa contactu, erimus. Argumentum à circumſcriptione vel ſeparatione ne effingi Chriſtus imagine poſſit, ſcitè Theodorus à Chriſti in Euchariſtia veritate elidit, à qua eadem etiam Cyrillus Neſtorium reuincit; ſic altè fidelium animis doctrina inſederat, quam tantis amoliri ſtudent noui Euangelici; qua de re in Bibl. Patrum Concion. vbi teſtium nubes ab Ignatio ac deinceps mihi producta: cum quo dolendum, qui ea re diſſentiunt, in ſuis diſceptationibus interire; ſic non *ἀδιάφορον*, hæc Catholica fides.





Τοῦ αὐτοῦ μηνὸς [Δεκεμβρίου] κζ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΠΤΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΑΔΕΛΦΟΥ Θεοφάνους τοῦ Ποιητοῦ, Κανὼν, οὗ ἡ ἀκροστιχίς·

Τοὺς σοὺς ἀδελφὲ, γνησίως πλέκω κρότους.

Θεοφάνους. Ὠδὴ ά. ἦχος δ'.

Θαλάσσης τὸ Ερυθραῖον πέλαγος.

Menſis Decembris die 27.

THEODORI GRAPTI GERMANI FRATRIS Theophanis Cantoris, Canon, cuius ſingularum ſtopharum literæ primæ hoc Græcè ſonant.

Veras tuas, frater, necto laudes.

Auctor Theophanes. Ode 1. Tonus 4.

Θαλάσσης τὸ Ερυθραῖον πέλαγος.

INſcriptum venerando tuo vultui titulum, dum cernunt Cherubim; lignum vitæ peruium concedunt: flammeus gladius omni reuerentia, ſapientiſſime Theodore, tibi tergum vertit.

Impoſitus erat Chriſti Regis capiti in ligno Crucis exaratus titulus; at tuus, Vir ſapientiſſime, titulus tuo inſculptus vultui eſt, decentiſſimè in eo exaratus.

Exaltatus in Cruce Dominus eſt, eiuſque lanceæ ictu apertum latus: tu verò in ſcamno extentus, pungentis ferri aculeos fortiter ſuſtinuiſti, qui velut inſignis aries, facer myſta, obſignareris.

Omnigena ſapientia ornatus, Pater Theo-

Τὸν τίτλον τῆς σῆς τιμίας ὄψεως, ἰδόντα παραχωροῦσι τὰ Χερουβεὶμ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς· ἡ φλογίνη ῥομφαία δὲ, πανευλαβῶς τὰ νῶτα σοι δίδωσι, πάνσοφε Θεόδωρε.

Ὁ τίτλος τῇ κορυφῇ ἐπέκειτο τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, ἐγκεχαραγμένος ξύλῳ τοῦ σταυροῦ· ὁ σὸς τίτλος δὲ πάνσοφε, ὄψει τῇ σῇ κεκολαπται κεχαραγμένος εὐπρεπέστατα.

Ὑψώθη ἐπὶ σταυροῦ μὲν Κύριος, καὶ διανύγη πλευράν· σὺ δὲ ταθεὶς ἐν σκάμνῳ καρτερῶς τὰς κεντήσεις ὑπέμεινας, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἱερομύστα, σφραγιζόμενος.

Σοφίᾳ παντοδαπῇ κοσμούμενος, πάτερ

πάτερ Θεόδωρε, τὸν πρωτοστάτην ἤλεγξας σαφῶς τῆς κακίστης αἱρέσεως· ὑπομονῇ τῶν ἔργων δὲ, τούτου τὰς φρένας κατεπάτησας.

Theodore, pessimæ antesignanum hæreseωs palam arguisti; rebusque exhibita forti patientia, illius spiritus ac sensum conculcasti.

Θεοτοκίον.

In Deiparam.

Σοφίας τῆς ὑπερσόφου γέγονας δοχεῖον, πάναγνε Θεογεννῆτορ, μόνη τῶν πιστῶν σωτηρία καὶ ὕμνησις· σὺ γὰρ ἡμῖν γεγέννηκας τὴν πάντων θείαν ἀπο.ύτρωσιν.

Sapientiæ quæ omnem sapientiam vincit, vasculum castissima Dei Genitrix fuisti, sola fidelium salus & laudatio: tu namque omnium diuinam redemptionem nobis genuisti.

Ὠδὴ γ'. Εὐφραίνεται ἐπὶ σοί.

Ode 3. Εὐφραίνεται ἐπὶ σοί.

Οὐκ ἔχων ὅ,τι ταῖς σαῖς διδασκαλίαις ἀντειπεῖν, ὅσιε, εἰς αἰκισμοὺς τρέπεται, ὁ Ἑλληνικῆς βίας ἔμπλεως.

Ὑπέστης καρτερικῶς τὰς ἐπὶ νώτου καὶ στηθῶν μάστιγας διὰ Χριστὸν, θεόπνευστε, καὶ τὰ ἐπὶ κόρρης ῥαπίσματα.

Σοφίᾳ πνευματικῇ καὶ προθυμίᾳ λογισμοῦ ἤσχυνας τὸν δυσσεβῆ Λέοντα, τοῖς ἱερωτάτοις σου δόγμασιν.

Ἀπαύστοις ὑπομοναῖς καὶ καρτερίᾳ
1. τῶν δεινῶν ἔθραυσας 1 τὴν μανικὴν,
ὅσιε, βδέλλαν, τῇ μαχαίρᾳ τοῦ
Πνεύματος.

Cum non haberet quid tuæ doctrinæ opponeret, Vir sancte, ad verbera ac cruciatus vertitur, qui Græcanicæ vis tyrannus plenus esset.

Sustinuisti fortiter propter Christum à tergo ac pectore inflicta verbera, Vir à Deo afflate, atque genis impactas alapas.

Spiritali sapientia atque animi alacritate, impium Leonem sacratissimis tuis doctrinis confudisti.

Iugi patientia atque malorum tolerantia furiosam sanguisugam, Vir sancte, gladio Spiritus sauciasti.

Θεοτοκίον.

In Deiparam.

Δαβὶδ καθὰ κιβωτὸν ἐν Βηθλεὲμ προφητικοῖς ὄμμασι, μῆτερ Θεοῦ, βλέπει σε, βρέφος τὸν ὕψιστον φέρουσαν.

Te, Dei Mater, Dauid propheticis oculis in Bethlehem velut Arcam, Infantem, ipsum supremum Deum, gestantem vidit.

Ὠδὴ δ'. Ἐπαρθέντα σε ἰδοῦσα ἡ ἐκκλησία.

Ode 4. Ἐπαρθέντα σε ἰδοῦσα ἡ ἐκκλησία.

Ἐφαπλούμενος σανίδι κατεκεντήθης, ὡς προσκυνῶν Θεόδωρε
Χριστοῦ τὴν εἰκόνα καὶ τῆς Θεομήτο-
2. ρος, 2 Θρᾳκὸς ἀγριότητι καὶ βαρ-
βαρικῇ ἰταμότητι.

In assere explicatus ferro compunctus es, vt qui Christi Deique Matris Imaginem, Theodore, coleres, nempe Thracis ferocia Barbarique hominis procaci audacia.

A teneris annis Domino miniſtrans, feruentique ac iugi in eum deſiderio æſtuans, Martyrum rurſus cruore ſplendidiſſimè enituiſti.

Solis more lucidiſſimus ab Oriente exortus, confeſſionis tuæ radios, magnique ac ſtrenui animi pugnacis conſtantiæ, Vir diuine, emittis.

In Deiparam.

Benedictus qui venit in Bethleem, ceu miſericors, Deus Verbum ex innupto tuo vtero, caſtiſſima; ipſum nunc roga ac obſecra, vt ad te confugientibus ſalutem præſtet.

Ode 5. Σὺ Κύριέ μου φῶς.

Alienam terram habitans, præter incolatus ipſas ærumnas, exilij mala ac duriſſimos carceres ſuſtinuiſti, Vir tolerantis animi.

Nunc verè gaudeas victricem adeptus coronam, in diuini Martyrum Principis læta die lucemque afferente.

Quam à puero habuiſti pietatem animi ſcopo propoſitam, in finem vſque ſeruaſti; immota conſtantia, inuicte Theodore, perſeuerans.

In Deiparam.

Infracti roboris arma, Te, aduerſum hoſtes opponimus; Te noſtræ ſalutis anchoram ac ſpem, Dei ſponſa, habemus.

Ode 6. Θύσω σοι μετὰ φωνῆς.

Agonum ſudore etiamnum madens, Agonothetæ, quicquid in crea-

Λειτουργήσας ἐκ νεότητος τῷ Δεσπότῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνένδοτον τὴν ἔφεσιν ἔχων, Μαρτύρων ἐν αἵματι αὖθις ἐκοσμήθης φαιδρότατα.

Φαεινότατος ὡς ἥλιος, Θεοφόρε, ἀνατολῆς ἐξορμήσας, ἀκτῖνας ἐξέπεμψας τῆς ὁμολογίας σου, καὶ τῆς μεγαλόφρονος καὶ γενναιοτάτης ἐνστάσεως.

Θεοτοκίον.

Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος Θεὸς Λόγος ἐν Βηθλεὲμ ὡς εὔσπλαγχνος, ἐξ ἀπειρογάμου, Πάναγνε, κοιλίας σου· ὃν νῦν ἐκδυσώπησον σῶσαι τοὺς εἰς σὲ καταφεύγοντας.

Ὠδὴ ε΄. Σὺ Κύριέ μου φῶς.

Τὴν ξένην κατοικῶν, ξενιτείας ἐφ' ἄλγεσιν, ἀλγήματα ἐξορίας καὶ φρουρὰς ὠμοτάτας ὑπέστης, καρτερόψυχε.

Νῦν χαίροις ἀληθῶς, νικηφόρον στεφάνωμα δεξάμενος ἐν ἡμέρᾳ τῇ φαιδρᾷ καὶ φωσφόρῳ, τοῦ θείου Πρωτομάρτυρος.

Ἣν εἶχες ἐκ παιδὸς εὐσεβείας ὑπόθεσιν, ἐτήρησας μέχρι τέλους, ἀπερίτρεπτος μείνας, ἀήττητε Θεόδωρε.

Θεοτοκίον.

Σὲ ὅπλον ἀρραγὲς κατ' ἐχθρῶν προβαλλόμεθα· σὲ ἄγκυραν καὶ ἐλπίδα τῆς ἡμῶν σωτηρίας, Θεόνυμφε, κεκτήμεθα.

Ὠδὴ ς΄. Θύσω σοι μετὰ φωνῆς.

Ἱδρῶτι τῶν ἀγώνων εἰσέτι σταζόμενος ἀγωνοθέτῃ παρέστης, τῷ δι-

ἁγίᾳ κρίσει πᾶσαν τὴν κτίσιν κυβερνῶντι, θεοφόρε παμμάκαρ Θεόδωρε.

Οὐδέν σε τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐχώρισεν. οὐκ αἰκιζόμενον σῶμα, οὐ θανάτου ψῆφος ἀπειλουμένη· οὐ ζημία τῶν προσόντων, θεόφρον Θεόδωρε.

Υἱὸς ὢν καὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας Θεόδωρος, πλήρης φωτὸς μετέστης πρὸς τὸ φῶς τὸ θεῖον αὐξανομένης τῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς μειουμένης, θεόληπτε.

Θεοτοκίον.

Σὲ μόνην τὴν ἀκανθῶν ἐν μέσῳ εὑράμενος ὡς καθαρώτατον κρίνον καὶ κοιλάδων ἄνθος, ὦ θεομῆτορ, ὁ νυμφίος, ἐκ τῆς γαστρός σου Λόγος προέρχεται.

Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Γραπτοῦ, ἀδελφοῦ Θεοφάνους τοῦ ποιητοῦ.

Στίχοι.

Αὐχεῖν ἔχει, τί καὶ Θεόδωρος μέγα,
3 Ἐκ γῆς ἀπαίρων ὡς μέγα στίξ εἰς θέαν.

Οὗτος ὁ ἅγιος Θεόδωρος, ἅμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Θεοφάνει, περὶ Θεοφίλου τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων μεγάλως ἐπαρρησιάσαντο· ὑφ᾽ οὗ καὶ τὰς ὄψεις κατεγράφησαν. οὕτω ἐν τοῖς μετώποις ἐγράφησαν προστάξει Θεοφίλου τοῦ βασιλέως τοῦ Εἰκονομάχου, δι᾽ ἰάμβων στίχων· καὶ παραπεμφθέντες ἐν τῇ ἐξορίᾳ, πρὸς Κύριον ὁ μέγας ἀριστεὺς Θεόδωρος ἐξεδήμησε. λέγεται δὲ γέροντά τινα ἐπιστάντα τῷ αὐτοῦ

tis est iusto regenti iudicio, diuine ac beatissime Theodore, coram oblatus es.

Nihil te à charitate, quæ est in Christo, separauit; non corpus verberibus aliisque dehonestamentis affectum; non mortis intentata sententia; non facultatum iactura, Theodore diuino sensu prædite.

Filius lucis atque diei, Theodore, cum esses, plenus luce ad diuinam commigrasti Lucem, dum augescit dies noxque decrementa sentit, Vir Deo plene.

In Deiparam.

Qui Te solam inter medias spinas velut purissimum lilium ac florem conuallium, ô Dei Mater, sponsus nactus est, tuo ex vtero Verbum progreditur.

Sancti Patris nostri Theodori Grapti, fratris Theophanis Cantoris.

Versus.

Habet magnum quid & Theodorus quo glorietur,
Soluens e terra magnus ad spectaculum Versus.

Sanctus Theodorus, vnaque frater eius Theophanes, magna dicendi libertate pro venerandis ac sacris Imaginibus erga Theophilum Imperatorem vsi sunt; à quo etiam eorum perscripti vultus. Nempe Iambis versibus à Theophilo Imperatore Imaginum impugnatore exaratis frontibus, in exilium missi sunt; in quo positus nagnus ac strenuus pugil Theodorus, migrauit ad Dominum. Ferunt autem senem quendam qui eo

ad Dominum commigrante præsens fuerat, Angelorum cantica audiuisse, ipsumque vnum fuisse ex iis, qui funus cantico prosequerentur. Qui autem in vultu scripti Iambi erant, in hunc se modum habebant.

πρὸς Κύριον ἐκδημίας ἀγγελικῶν ἐπακοῦσαι ᾠδῶν· καὶ αὐτὸν ἕνα τῶν ᾀδόντων γενέσθαι. ἦσαν δὲ καὶ οἱ διὰ ἰάμβων γραφέντες τῷ προσώπῳ στίχοι, ἔχοντες οὕτω.

Iambici versus, ferro cãdenti à Theophilo Imperatore in sancti Theodori vultu ac fratris eius Theophanis, inscripti.

Στίχοι ἰαμβικοὶ γραφέντες τῷ προσώπῳ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Θεοφάνους παρὰ Θεοφίλου βασιλέως ἐν σιδήρῳ πυρωθέντι.

Cunctis ad Vrbem adire, &c.

Πάντων ποθούντων κ. τ. ἑ.

Ode 7. Εν τῇ καμίνῳ.

Ὠδὴ ζ. Εν τῇ καμίνῳ.

Rectæ fidei zelo accensus, Vir sapientissime, impuræ scelestæque Hæreseos serpens virus, audacter confodisti; qui clames, Benedictus es Deus meus & Dominus.

Sermonem sapientiæ, sermonem doctrinæ, sermonem scientiæ, sermonem documentorum omni pietate nitentium, tibi, Pater, Deus Sermo largitus est; qui clames, Benedictus es Deus meus & Dominus.

Exortus velut sol ex Oriente, pietatis fulgorem in terra sparsisti, Christi Imaginem colendam, collustrata mente, Pater Theodore, docentem.

Πεπυρωμένος τῷ ὀρθοδόξῳ ζήλῳ, παμσοφε, βρόδσιν μιαρᾶς αἱρέσεως καὶ δεινῆς θρασυλέως ἐξεκέντησας. Εὐλογημένος εἶ ὁ Θεός μου, κραυγάζων, καὶ Κύριος.

Λόγον σοφίας, λόγον δογμάτων, λόγον γνώσεως, λόγον διδαγμάτων, πάτερ, πανευσεβῶν, Θεὸς Λόγος σοι δεδώρηται. Εὐλογημένος εἶ, ὁ Θεός μου, κραυγάζων, καὶ Κύριος.

Εξανέτειλας ἐκ τῆς ἑώας ὥσπερ ἥλιος. αἴγλην εὐσεβείας ἐσπείρας ἐπὶ γῆς, εἰκόνος τὴν προσκύνησιν Χριστοῦ φωτίζουσαν καὶ διδάσκουσαν, πάτερ Θεόδωρε.

In Deiparam.

Θεοτοκίον.

Ornata, glorificata superessulges, Dei Mater, virginitatis nitore, eo tibi corpore genito ac pannis inuolu-
Iob 38. v. 9. to, qui velut fascia, terram caligine inuoluit.

Κεκοσμημένη, δεδοξασμένη, ὑπερλάμπουσα φέγγει παρθενίας μῆτερ Θεοῦ, μετὰ σώματος γεννήσασα καὶ σπαργανώσασα, τὸν ὁμίχλῃ τὴν γῆν σπαργανώσαντα.

Ode 8. Χεῖρας ἐκπετάσας Δανιήλ.

Ὠδὴ η. Χεῖρας ἐκπετάσας Δανιήλ

Pro. 28. v. 1. Velut leo, Vir beatissime, confidens, obfirmato mentis proposito,

Ὡς λέων παμμάκαρ πεποιθὼς, ψυχῆς στερρότητι, ὡς εἶδεν ἰάμβους,

4. τὸν τῆς αἱρέσεως πρόβολον, ἐκ τῆς μανίας τὴν ἐπώνυμον, ὃν καταπλήξας τοὺς λαοὺς, χαίρων ἐκραύγαζες, Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον.

hæresis propugnatorem, ab insania ac furore nuncupatum hominem non formidasti; quo populis exterrito, gaudio clamabas, Benedicite omnia opera Domini Dominum.

Κοσμήσας ἀνδρείᾳ τὸν θυμόν· τῇ σωφροσύνῃ δὲ, μάκαρ, τὸ ὅσιον, τὸν νοῦν φρονήσεως ἔμπλεως κεκτημένος διετέλεσας· δικαιοσύνῃ δὲ τὰς σὰς φρένας ἐρρύθμισας, καὶ κραυγάζεις, Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Iræ vim, fortitudine ornasti; sobrietate ac castitate, Vir beate, vim cupiditatis; prudentia plenus mente extitisti; iustitia, animi sensus composuisti; ac clamas, Omnia opera Domini, Dominum collaudate.

5. Ῥαγδαίως φερόμενον δὲ τὸν ῥοῦν τὸν τῆς αἱρέσεως, πάτερ, ἐξήρανας τοῖς σοῖς συντάγμασιν, ὅσιε, καὶ πανσόφοις ἀποδείξεσι τὰς μηχανὰς τῶν ἀσεβῶν καταστρεψάμενος, καὶ κραυγάζων, Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Vehementi impetu præcipitantem hæreseωs gurgitem, libris, Vir sancte, scriptis exsiccasti, sapientissimis demonstrationibus impiorum euersis machinis, ac clamans, Omnia opera Domini, Dominum collaudate.

Θεοτοκίον.

In Deiparam.

Ὁ πλάσας τὴν φύσιν κατ' ἀρχὰς τὴν τῶν ἀνθρώπων Θεὸς, ταύτην ἐνδύεται ἐκ τῆς ἀχράντου σου, πάναγνε, καὶ ἁγίας γαστρὸς, σήμερον ἐν Βηθλεὲμ προφητικῶς ἀποτικτόμενος· ὅθεν πάντες σε εὐλογοῦμεν Μαρία θεόνυμφε.

Qui à principio humanam Deus naturam formauit, hanc ex intemerato sanctoque vtero tuo, castissima, induit; qui, vt propheticis editum oraculis est, hodie in Bethlehem nascatur. Idcirco omnes te, Maria Dei sponsa, cantico laudamus.

Ὠδὴ θ'. Λίθος ἀχειρότμητος.

Ode 9. Λίθος ἀχειρότμητος.

Τῷ θείῳ βαλλόμενος πόθῳ, τῶν διωγμῶν τὰς περιστάσεις, ῥᾷον ἀπέφερες, θεόφρον, καὶ τοῦ διώκτου τὴν ἀγριότητα καταβαλὼν, ἀπείληφας τὸν τῶν ἀγώνων, πάτερ, στέφανον.

Diuino saucius amore, persecutionum ærumnas malaque leuius sustines, diuino sensu prædite Vir; prostratáque persecutoris sæuitia, certaminum palmam, Pater, accepisti.

Ὄλβον ἐπουράνιον εὗρες καὶ διαμένουσαν οἰκίαν ἀντὶ τῆς μακρᾶς ἐξορίας καὶ ξενιτείας καὶ μεταβάσεως· καὶ νῦν τρυφῆς λαβόμενος τῆς αἰωνίου ἀπολαύσεως.

Cœlestem felicitatem nactus es ac domum permanentem, longi illius exilij vice ac incolatus, quodque alia ex aliis subinde loca mutares; nũcque æternas delicias adeptus delectaris.

Ὕμνον τῷ δεσπότῃ προσφέρων,

Qui laudis canticum Domino of-

fers, Vir beate, exora iugiter pro mea, tui contubernalis fratriſque infirmitate, vt qui vnà vitam egimus, impartiendæ deitatis munus ſimul conſequamur.

μάκαρ, δυσώπησον ἀπαύστως ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας καὶ συσκηνίας καὶ ἀδελφότητος, ὅπως ὁμοῦ βιώσαντες, τύχωμεν ἅμα τῆς θεώσεως.

In Deiparam.

Θεοτοκίον.

Quæ altiore nunc ratione quàm vt mente concipi poſſit aut ſermone efferri, Deum Verbum, Virgo, in Bethlehem peperiſti, ac pannis inuoluiſti, vt verè Dei filiam Deique Genitricem, Te, magnificamus.

Σὲ τὴν ὑπὲρ νοῦν τε καὶ λόγον, ἐν Βηθλεὲμ τὸν Θεὸν Λόγον σήμερον τεκοῦσαν, παρθένε, καὶ ἐν σπαργάνοις τοῦτον ἑλίξασαν, ὡς ἀληθῶς θεόπαιδα καὶ Θεοτόκον μεγαλύνομεν.



AD

THEOPHANIS GRAPTI

IN THEODORVM GRAPTVM CANONEM.



SVNT hîc fere expedita omnia; ipſa eadem Canone laudata, quæ habet eiuſdem Theodori Vita; etſi magis immoratur, in iis, quæ contigerunt ſub Theophilo, quod fuerint reliquis illuſtriora, ac quibus Theodorus feliciter agonem conſummauit. Pauca duntaxat hæc annotata.

1. *Τὴν μανικὴν βδέλλαν.* Vox eſt ſemel duntaxat extans in Scriptura, Pro. 30. v. 15. vt & Hebraïca, quæ ita redditur, עלוקה Vulg. ſanguiſugam vocat: etiam Rabbi Chimchi, *hirudinem*: etſi non deſint qui aliter exponant. Ritè autem vſurpauit Theophanes in Leonem Armenum, vere hirudinem ac tyrannum, qui deceſſorem, à quo fuerat prouectus, ſolio dejecerit, aliaque inſatiabili cupiditate deliquerit, qualia exponunt, qui τῶν νέων βασιλέων Vitas à Theophane Chronographo ſunt proſecuti.

2. *Θηρὸς ἀγριότητι.* Qui Syrus eſſet Theophanes, Moabitide or-

tus, velut conuitio sic Leonem Romanum in Oriente Imperatorem compellat, cuius Imperij sedes Constantinopoli & in Thracia erat. Vicissim Græci Syros suspectos habebant, quasi Seuerianos aut Iacobitas, seu alia simili hæresi laborantes; quod & ipsi obiectum Theophani, dum Nicænus Episcopus præficiendus erat, vt ex Logotheta ante retulimus: quod tamen crimen Methodius ex ipsis eius tantæ confessionis insigniis vultusque dehonestamento fidei causa, depulerit.

3. Ἐκ γῆς ἀπείρων. Erat editis ἀπείτων, quod est palam mendosum; vt sunt alia plura in Menæis. Quod sequitur, ὡς μέγα σὺ ξ εἰς θέαν: allusio est ad Iambos faciei insculptos candenti ferro, & infuso atramento; quibus Theodorus Magnus quidam Versus atque meritò admirandus dignusque spectaculo erat. Sic passim Græci vno alteroque Iambo versiculo, quod potissimum est eius Sancti cuius festum agunt, ante synaxarium, seu eius historiæ breuem summam, perscribunt; nec, velut Latini, ex communibus, sed ex propriis Sanctum quemque laudant.

4. Τῆς μανίας τὸν ἐπώνυμον. Leonem notare existimo, vt sit idem quod alij θηριώνυμον vocant: quasi à bestia nuncupatum, eiusque cum nomine furore plenum. Sic in Scriptura leo sumitur tum laudatè, spectata eius fortitudine, ac quod Rex bestiarum est, quomodo Christus Leo metaphoricè dicitur, eiusque typo Iudas, Gen. 49. tum illaudate ac vituperio, ob sæuitiam iramque implacabilem, sicque diabolus metaphoricè à Petro, Leo appellatur. Vtrumque Theophanes vna hac strophe expressit Leonis fiduciam Theodoro adscribens, eiusque furorem Leoni Armeno, qui est ille hæresis πρόβολος, qui iam extinctam ac iacentem, alterius ipse Leonis æmulus & Isauri, instaurauit. Illud, ὃν κατεπλήξας τοῖς λαοῖς, suspectum videri possit: quid si λάοις *saxis exterruisti*, quod argumenta Theodori vocet. Vel certè scriptum, magisque genuinum videtur, ὃν κατέπληξαν οἱ λαοί. Sic clara antithesis, Non formidasti, cuius terrore expauescebant populi; qui scilicet, re & nomine Leo rugiret, hæresis patronus ac vindex, ipse nimirum vt leo confidens. Accedit quod verbum καταπλήσσω, neutrum potius, quàm actiuum est; etsi actiuè etiam reperitur.

5. Τὸν ῥοῦν. Erat τὸν νοῦν aperto errore; nec enim mentis est, sic ῥαγδαίως ferri, sed fluxus aquarum, vastique gurgitis, cui hæresim comparat Theophanes; ipsaque exsiccandi seu arefaciendi metaphora euincit. Quàm vber campus viro Ecclesiastico, quicquid eiusmodi Canonum est ac Officiorum Græcorum libris Ecclesiasticis, siue editis, siue manu exaratis, refundenti Latio, inque omnia doctè animaduertenti; furfuresque iis aspersos (recentiorum præsertim licentia, hæresi, schismate, inscitia laborantium) grauiore censura exsufflanti. Id quàm vtile!



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΕΡΜΑΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΛΟΓΟΣ εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ σεβασμίου ναοῦ τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἅγια σπάργανα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

Ex Regio Cod. Paulò aliter conceptus titulus apud Lipomanũ, debuitque hic addi, *Et in adoratione Zonæ eiusdẽ S. Deiparæ.*

GERMANI ARCHIEPISCOPI

CONSTANTINOPOLITANI, ORATIO, in Encænia venerandæ Ædis ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis, inque ſanctas Faſcias Domini noſtri Ieſu Chriſti.

F. FRANCISCO COMBEFIS Interprete.

Pſal. 86. v. 3 GLoriosa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei; diuinus nobis in Spiritu ſuccinit Dauid; verè rurſus clariſſimè, de qua dicta ſunt glorioſa; nimirũ ciuitatem magni Regis apertiſſimè vocans, citraque omnem dubitationem, eam quæ verè electa eſt, cunctiſque eminet; non altius faſtigiatis ædibus, non tumulis ſurrigentibus; ſed quæ diuinarum excellentiumque virtutum magnificentia, ac præſtanti puritate, caſtiſſima ac immaculatiſſima Dei Genitrix Maria longè præcellit. In qua, qui eſt verè Rex regum & Dominus

ΔΕδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, ὁ θεῖος ἡμῖν ἐν πνεύματι ὑπέψαλλε Δαβίδ· πάλιν ὄντως ἀριδηλότατα, περὶ ἧς δεδοξασμένα λελάληται, καθὼς τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου πόλιν δὴ ταύτην οἶμαι σαφέστατα καὶ ἀναντιρρητικώτατα, τὴν ὄντως ἐκλελεγμένην, καὶ πασῶν ὑπερέχουσαν φάναι· οὐχ ὑπεροχῇ δομημάτων, καὶ 1 ὕψει γεωλόφων ἐπαρμάτων· ἀλλὰ τῇ μεγαλοφυΐᾳ τῶν ἐνθέων ὑπερηρμένην ἀρετῶν, καὶ τῇ καθαρότητι ὑπερέχουσαν Μαρίαν τὴν ὑπεραγνον, καὶ ὑπερά- 1.

τὴν ἀμώμητον Θεοτόκον· ἐν ᾧ ὁ ὄντως ὢν βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων κατεσκήνωσε. μᾶλλον δὲ, ἐν ᾗ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατῴκησε σωματικῶς.

Αὕτη ὄντως δεδοξασμένη πόλις· αὕτη νοητὴ Σιών. ταύτην, οἶμαι, καὶ Δαβὶδ θεόθεν προανεφώνησεν. εἰ δέ τις καὶ τὸν ταύτης οἶκον δεδοξασμένην πόλιν καλέσειε, οὐκ ἔξω τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ καλοῦ φήσειεν. εἰ γὰρ οἷς τὰ ὀνόματα ἐπὶ τῆς γῆς ἐπικέκληνται, εἰς μακρὸν τὴν μνήμην τῆς κλήσεως διασώζουσιν· ἄλλων δὲ ὧν οὐδὲ διὰ χειλέων δίκαιον τὰ ὀνόματα φέρειν, στῆλαι καὶ τεμένη, καὶ εἴδωλα μέχρι καὶ τῆς σήμερον, εἰ καὶ τῇ φήμῃ μόνῃ ἀλλ' οὖν περιεκτέτανται, καὶ ὡς αὐτοὶ περιόντες, ταῖς τῶν ἀφελεστέρων ὠσὶ διακωδωνίζονται, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς θεοδοξάστου καὶ πανυμνήτου κόρης τῆς παναχράντου καὶ παναμώμου. εἰ γὰρ αὕτη πόλις ἔμψυχος τοῦ βασιλέως ἐχρημάτισε Χριστοῦ, δικαίως ἄρα καὶ ὁ ταύτης πανάγιος ναὸς, οὗ καὶ τὰ ἐγκαίνια σήμερον ἑορτάζομεν, πόλις δεδοξασμένη ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται. πόλις οὐκ ἐπιγείῳ καὶ θνητῷ βασιλεῖ πολιτογραφοῦσα τοὺς ὑπὸ χεῖρα· ἀλλὰ τῷ ἐπουρανίῳ, τῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον παραπέμποντι, καὶ βασιλείαν τὴν ἑαυτοῦ τοῖς αὐτῷ ἑπομένοις παρέχοντι.

Ἐγκαινίων δὲ, ὦ τίμιον καὶ σεπτὸν ἀκηκοότες ἀκροατήριον, μὴ νεοκτίστοις οἰκοδομαῖς καὶ ἀρτιπαγέσι κατασκευαῖς τὸ τῶν ἐγκαινίων ὑπολάβητε ὄνομα, ἀλλὰ τὸν ἐν πνεύματι καινισμὸν, καθ' ὃν ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος, τὸ παλαιὸν καὶ

Comb.

nus dominantium, habitauit; vel potius, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitaculum corporaliter habuit.

Hæc verè gloriosa ciuitas; hæc spiritalis Sion. Hanc, puto, diuinitus Dauid corde præsago, altè prædicauit. Sin autem etiam quispiam eius sacram Ædem, Ciuitatem gloriosam vocauerit, nihil veritatis honestique metas excesserit. Si enim ij, quorum nomina in terra celebrata sunt, appellationis memoriam in longos annos conseruant; aliorumque nihilominus, quorum nomina in labiis ferre nefas, tituli, delubra ac simulacra vsque in hodiernum diem, etsi nomine tantum vocisque sono, at protracta tamen sunt, velutque ipsi forent superstites, simpliciorum auribus perstrepunt; quid de gloriosa omnique laude dignissima, intemeratissima illa ac immaculatissima puella Virgine, quispiam dixerit? Siquidem enim hæc animata Christi Regis ciuitas extitit, meritò etiam eius sanctissima Ædes, cuius & hodie Encænia celebramus, gloriosa ciuitas estque pariter ac nuncupatur. Nempe ciuitas, non terreno ac mortali regi subjectos adscribens ciues; sed cœlesti, qui ipsum sequentes transmittit in vitam æternam, regnoque suo impertit.

Eius sacra Ædes.

Simile.

Encænia verò, seu Templi dedicationem (venerandi charique Auditores) cùm auditis, ne recens extructis ædificiis, ac modò compactis ædibus Encæniorum nomen contineri putetis; sed quæ in spiritu renouatio est, hanc verò istud velle,

Spiritalia animique renouatione, Encænia.

qua, homo noster interior, veteri ac lacero peccati exutus habitu, nouumque pietate constantem indutus, in nouitate vitæ suas ipse rationes instituit ac viuit. His & intemeratissima delectatur; quibus nimirum, virtutibus pieque ac religiosè institutis vitæ rationibus noui incedentes, sic & Castæ castis castè Encæniis gaudio fruamur; ac velut ad ipsam coram, cunctosque videntem accessuri, sic eius venerandam adituri Ædem, cuncta componamus, atq; omnia in melius mutemus; actionem scilicet & rationem & contemplationem. Nihil eorum quæ nostra sunt, existat die indignum; non pedis incessus, non risus dentium (vt aiunt) non vestis ornatus tendat ad indecorum. Quid dico? Ipsos quoque componamus animi cogitatus. His verò etiam omnibus misericordia præeat, qua Deus colitur, vt animo ac corpore noui, intemeratissimæ Dei Matris secundum carnem Encæniorum diem, nouè celebremus.

διερρωγὸς τῆς ἁμαρτίας ἀποδυόμενος ἔνδυμα, καὶ τὸ νέον τῆς εὐσεβείας περιβαλλόμενος, ἐν καινότητι ζωῆς πολιτεύεται. τούτοις καὶ ἡ παναμώμος εὐφραίνεται· οἷς αὖ ἀρεταῖς, καὶ τῇ κατὰ Θεὸν εὐσεβεῖ καινιζόμενοι πολιτείᾳ, οὕτω καὶ τῶν ἁγνῶν τῆς ἁγνῆς ἁγνῶς ἐγκαινίων κατατρυφήσωμεν· καὶ ὡς αὐτῇ παρούσῃ μέλλοντες προσιέναι, οὕτω τῷ ταύτης σεβασμίῳ ναῷ προσερχόμενοι, πάντα ῥυθμίσωμεν, καὶ πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβαλλώμεθα· πρᾶξιν τε καὶ λόγον, καὶ θεωρίαν. μηδὲν ἔστω ἡμῶν τῆς ἡμέρας ἀνάξιον· μὴ βῆμα ποδὸς, μὴ γέλως ὀδόντων, τὸ δὴ λεγόμενον· μὴ στολισμὸς ἐσθῆτος πρὸς τὸ ἀπρεπὲς ἐκτρεπέσθωσαν. τί οὖν φημί; καὶ αὐτὰς τὰς ἐνθυμήσεις ῥυθμίσωμεν. τούτων δὲ πάντων προπρευέσθω καὶ ἔλεος, ᾧ Θεὸς θεραπεύεται, ὡς ἂν καινοὶ ψυχῇ τε καὶ σώματι, τὴν τῶν ἐγκαινίων τῆς παναχράντου τοῦ Θεοῦ κατὰ σάρκα μητρὸς ἡμέραν, καινῶς ἑορτάσωμεν.

S. Mariæ Zona, & Dominicæ Fasciæ.

Vna enim cum illa, etiam venerandæ ac pretiosæ eius Zonæ depositio atque adoratio (pariterque ipsius Filij intemeratissimarum ac venerabilissimarũ illarum Fasciarum) splendescit. Zonæ, inquam, illius, quæ sanctissimum illud corpus adstringebat, inque vtero latentem Deum circuncingebat. Zonæ illius, quæ eleganter atque lepidè Dei Arcam perornabat. Zonæ illius, quæ sæpe intemeratas Intemeratissimæ lactis stillas hauriebat. Nemoque aliquis, eorum, quibus procliuis vituperandi animus, absurdum ducat, quòd velut animata ista, allo-

Συνεκλάμπει γὰρ ταύτῃ καὶ ἡ τιμίας καὶ σεβασμίας αὐτῆς ζώνης κατάθεσις καὶ προσκύνησις· καὶ τῶν παναχράντων τοῦ ταύτης υἱοῦ σπαργάνων τῶν τιμιωτάτων. ζώνης ἐκείνης, ἡ τὸ πανάγιον ἐκεῖνο περιέσφιγγε σῶμα, καὶ τὸν ἐν κοιλίᾳ κρυπτόμενον Θεὸν περιέβαλλε. ζώνης ἐκείνης, ἥ τις τὴν τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν ὡραίως κατεκόσμει, καὶ σεμνοτάτως. ζώνης ἐκείνης, ἡ πολλάκις ἐκ τῶν ἀχράντων τῆς παναχράντου τοῦ γάλακτος κατεσπαίνετο σταλαγμῶν. καὶ μήτις ἀπεικὸς εἶναι ἡγήσοιτο τοῦτο τῶν μεμψιμοίρων, ὡς ἐμψύ-

χεῖς διηγησόμεθα, καὶ τὴν εὐφημίαν προσοίσομεν.

Εἰ γὰρ ἀγγεῖον μύρῳ προσομιλῆσαν κἂν πρὸς βραχὺ, καὶ τούτου κενωθέντος οὐδὲ μέχρι πολλοῦ τὴν εὐωδίαν διαφυλάττειν, τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς, τὸ ὄντως ἀκένωτον ἐκεῖνο καὶ θεῖον μύρον, τὸ καθαρώτατον λέγω τῆς Θεοτόκου σῶμα καὶ παναμώμητον, περιειλησάσης ζώνης, καὶ συμπλακείσης μέχρι πολλοῦ· οὐκ εἰς αἰῶνα τὴν εὐωδίαν τῶν ἰαμάτων περιφυλάξει, καὶ τοὺς πίστει καὶ πόθῳ προσιοῦσιν ἐμπλήσειεν; εὐωδίαν, οὐχὶ θηλυντικήν τινα καὶ ἀπόβλητον, ἀλλὰ θείαν καὶ πανσέβασμον· παθῶν ψυχῆς τε καὶ σώματος θερμοτάτην ἰάτρειαν. καὶ εἰ τὸ ἄψυχον ἀγγεῖον, ὥσπερ ἐφημεν, τῷ ἀψύχῳ μύρῳ προσομιλῆσαν, ὧδε τῆς τούτου μεταλαμβάνειν ποιότητος, τί καὶ φαίημεν περὶ τῆς τῷ ἐμψύχῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου προσεγγισάσης κατοικητηρίῳ. οὐ προσδραμούμεθα; οὐ προσπεσούμεθα; οὐχὶ κάθαρσιν ψυχῆς τε καὶ σώματος παρ' αὐτῆς λαβεῖν αἰτησόμεθα ἐκ παντός; τί δέ· οὐχὶ καὶ ὡς ζώσῃ διαλεξόμεθα, καὶ εὐφήμους ᾠδὰς προσαγάγωμεν; τοῦτο δὴ καὶ ποιήσωμεν.

Ὦ ζώνη, ἡ τὴν τῆς ζωῆς πηγὴν περιζώσασα, καὶ ζωὴν παρέχουσα τοῖς σὲ τιμῶσιν αἰώνιον. ὦ ζώνη, ἡ τὰς τῶν σοὶ προστρεχόντων ὀσφύας, νέκρωσιν μὲν κατὰ παθῶν δωρουμένη, ἀνδρείαν δὲ πρὸς πρᾶξιν ἀρετῶν καὶ ἐνέργειαν. ὦ ζώνη, ἡ τὸ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀναστέλλουσά τε καὶ περισφίγγουσα· καὶ τοὺς ἀοράτους τε καὶ ὁρατοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν συμποδίζουσα. ἀλλ' οἷα γάρ μοι συμβέβηκε, τῷ πόθῳ τῆς Παναγνου νυττόμενον, καὶ τῇ τοῦ λόγου ῥύ-

quimur, faustisque ominibus prosequentes laudamus.

Si enim vas, quod vnguentum ad breue tempus continuit, vel eo effuso, diu odorem seruat; quid dixerit quispiam de eâ Zona, quæ verè inefusum illud ac diuinum Vnguentum (purissimum inquam ac immaculatissimum Dei Genitricis corpus) diu inuoluit ac complexa est? Num in æuum, curationum fragrantiam seruabit, eosque qui fide ac amore accedunt, suauitate complebit? Fragrantiam scilicet non eiusmodi quæ effœminet ac reproba sit, sed quæ diuina omnique veneratione prosequenda; quæ denique morbos animi ac corporis acerrima vi profliget atque depellat. Ac, siquidem vas inanime, vti diximus, hoc comparatum habet, vt eius vnguenti quod continuit qualitate imbuatur, quid de illa dicemus quæ animato Dei Verbi habitaculo adhæsit? Non accurremus? non procidemus? non emundationem animi & corporis ex ea consequi omnino flagitabimus? Quid vero? non & tanquam viuentem alloquemur, laudisque cantica offeremus? Id certè faciamus.

Curationū ius in sanctæ Mariæ Zona.

O Zona, quæ vitæ fontem cinxisti, atque iis qui te colunt vitam æternam præbes! O Zona, quæ eorum qui ad te accurrunt quæ lumbis inest libidinem extinguis, iisque fortitudinem ac robur ad præstandas virtutes atque optima gerenda tribuis! O Zona, quæ nostræ naturæ imbecillitatem contrahis atque adstringis, hostesque nostros tum visibiles, tum qui oculorum aciem fugiunt, impedis! Sed quid mihi accidit, vt dum Castissimæ compunctus desiderio sermonis impetu fe-

Mariæ laus, Filium recreat.

ror, Fasciarum oblitus sim? At neque mirum; dum enim laudatur Mater, Matris amans Filius propensè lætatur ac iucundatur. Sed & legi naturæ cedentes, quanquam res naturam excedunt, Matri primum honorem persoluimus. Neque prorsus, qui omni prorsus bonitate superior sit, Dominus repudiabit. Tanquam enim qui verè ex ea homo procedere voluerit, ac eius Filius audire, ipse totus misericordiæ visceribus affluens, quod audaciæ videatur (quippe humana præsumptum consuetudine) non ingratum habebit. Verùm cum Fasciarum meminerim, rursus ad eam quæ peperit prouehor. Hæc enim castis suis manibus illas confecit. Hæc infantili more, qui Magnus Dominus est, maternis manibus in eis inuoluit. Hæc, illis adstrictum in sinu gestans, lactabat, ipsum nimirum qui omni naturæ spiritum dat ac escam.

At, ô Fasciæ, quæ liberatorem Dominum inuoluistis, ac nostrorum catenas delictorum dissoluistis! O Fasciæ, quæ fortem Dominum constrinxistis, nostrique generis imbecillitatem roborastis! O Fasciæ, quæ fideles quidem muniatis, tutoque vndique præsidio seruetis; aduersarios verò vinciatis ac profligetis!

Sed ô Fasciæ & Zona veneranda; sanctimoniam mihi, roburque & propitiationẽ atque salutẽ tribuite; mihi pariter ac iis, qui venerandum hoc templum adeunt, ac adoratione funguntur! O veneranda Zona, quæ tuam vndique Ciuitatem ambis ac foues, atque à grassantium Barbarorum tutam insidiis præstas! O Zona pretiosa quæ Deum Verbum in

μὴ καταπαιζόμενον, τῶν σπαργάνων ἐπιλαθέσθαι. καὶ οὐ θαυμαστόν· μητρὸς γὰρ δοξαζομένης, ὁ δὲ φιλομήτωρ υἱὸς συνευφραίνεσθαι. ἀλλὰ καὶ νόμῳ ὑπείκοντες φύσεως, εἰ καὶ ὑπὲρ φύσιν τὰ πράγματα, τῇ μητρὶ πρῶτον τὸ γέρας ἀφοσιώσωμεν. καὶ οὐκ ἀποπέμπεται κύριος πάντως, ὁ ὑπεράγαθος. ὡς γὰρ ἀψευδῶς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς προελθεῖν εὐδόκησε, καὶ υἱὸς αὐτῆς κληθῆναι ἠξίωσεν, ἀποδέξεται τὴν τόλμαν ὡς κατὰ ἄνθρωπον γεγονυῖαν ὁ πολυεύσπλαγχνος. πλὴν σπαργάνων μνησθεὶς, πάλιν πρὸς τὴν τεκοῦσαν ἀνάγομαι. αὐτὴ γὰρ ταῦτα ταῖς ἁγναῖς αὐτῆς χερσὶ κατεσκεύασεν. αὐτὴ βρεφοπρεπῶς τὸν μέγαν κύριον χερσὶ μητρῴαις ἐν τούτοις ἐνείλισσεν. αὐτὴ σὺν τούτοις τοῦτον ἐγκόλπιον φέρουσα, ἐγαλούχει, τὸν πάσῃ φύσει πνοὴν καὶ τροφὴν παρεχόμενον.

Ἀλλ' ὦ σπάργανα, τὸν ἐλευθερωτὴν κύριον ἐνειλήσαντα, καὶ τὰς ἡμετέρας τῶν παραπτωμάτων σειρὰς διαλύσαντα. ὦ σπάργανα, τὸν κραταιὸν κύριον περισφίγξαντα, καὶ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν ἀσθένειαν ἀναρρώσαντα. ὦ σπάργανα, πιστοὺς μὲν φρουροῦντα τε καὶ περιφυλάττοντα· τοὺς ἐναντίους δὲ δεσμοῦντα, καὶ καταβάλλοντα.

Ἀλλ' ὦ σπάργανα καὶ ζώνη σεπτή· νέμοιτέ μοι τὸν ἁγιασμόν, τὴν ῥῶσιν, τὸν ἱλασμόν, τὴν ὑγείαν· ἐμοί τε, καὶ τοῖς πόθῳ τῷδε προσιοῦσι καὶ προσκυνοῦσι σεπτῷ σηκῷ. ὦ ζώνη σεπτὴ, ἡ τὴν σὴν πόλιν περικυκλοῦσα καὶ περιέπουσα, καὶ βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἀνεπιβούλευτον διασώζουσα. ὦ ζώνη τιμία, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον ἐγγάστριον ὄντα περιειλήσασα,

καὶ τὴν τῶν ἰάσεων εὐλογίαν ἐκεῖθεν πλουτήσασα, καὶ ἡμῖν ἀποπέμψασα. ὦ ζώνη φαιδρὰ, ἡ τὸ τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ μητρὸς τὸ ὑπέραγνον σῶμα σεμνοπρεπῶς περισφίγξασα, κἀκεῖθεν τὴν ἀφθαρσίαν ἀμφιασαμένη, ἀπαρασάλευτος καὶ ἄφθαρτος μένουσα, ὡς εἰς ἡμᾶς τις λόγος τῆς ἀληθείας καταλήλυθεν.

ptis per Auream portam egressus est. Cumque ad Tribunalis aream venissent, videbantur sibi qui missi erant extructa Palatia stupēdi decoris videre. Vbi autem ex equis descendissent, Eunuchus admirandam eos scalam ascendere iussit: tumque immittens clauem auream ac splendidam, cubiculum aperuit. Atque vt Magister Strategius dicebat, pauimentum omne auro signato stratum ac plenum erat: acceptaque palâ, Eunuchus, singulis bulgidiis quater centenas auri libras immisit, nempe simul nimirum octogies centenas; quibus traditis, ad Imperatorem remisit: clausoque coram claue cubiculo, in quo aurum signatum erat, ait ad eos, Vos afferte Imperatori, vt in fabricæ opus effundat. Eunuchus ibi relictus: illi venientes, quod acceperant Imperatori aurum deferunt. Illéque stupens, Quonam, inquit, profecti estis, quisve is Eunuchus existit? Illi cuncta ordine referre: esseque vim auri immensam per eius cubiculi solum sparsam. Expectabat Imperator rediturum Eunuchum; at cassâ expectatione, qui à pedibus esset, puerum ad eum misit. Nactus puer locum, quo conspecta palatia, nullas habentem domos, reuersus cuncta Imperatori narrauit. Quibus ille in stuporem actus, ac rem cognoscens, Verè, ait, miraculum illud factum est, vt sciamus omnes; ac magnificè Deum collaudauit.

Cùm autem altare ædificaturi essent, ac per vitreas porticus lucem illaturi, præcepit Architectus vno concham meatu ad lucem aptari: tumque mutato consilio, duplici aptari præcepit, per duas apsides, ne

Diuinâ reuelatione, trina ad lumen altaris inducta fornix.

locus nullis suffultus tignis, qualia Nartheciac lateribus fuerant adhibita, nimio pondere grauaretur. Reliqui artifices contra obnitebantur, vnicam cameram altari illuminando sufficere. Angebatur itaque Magister fabrûm quidnam facto opus, quòd Imperator quandoque vnam apsidem, quandoque duas fieri iuberet. Dum itaque staret tædio affectus, atque animo anxius esset, feriâ quartâ, horâ quintâ apparuit ei Angelus Domini, toto Imperatorem aspectu referens atque habitu, veste regali, rubris calceis, aitque Artifici, *Placet vt triplici ad lucem meatu, tripliciq;de irradiante porticu concha fiat, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti:* moxque ab oculis illius euanuit. Ille stupore perculsus, in Palatium confestim succedit, austeriusque objurgans Imperatorem, contráque nitens, Tu, inquit, Imperator, non vnum vnoque proposito loqueris. Hactenus clamitabas vnam porticum, tumque aliàs duplicem, ad lucem altari conuehendam, extruendam esse: nunc autem penè mihi confecto opere, ipse adstans dicis, Triplex camera lucem altari dabit, propter fidem Trinitatis? Imperator, vt se illâ die nec pedem è Palatio extulisse cognouit, exploratè cognouit Angelum Domini esse, qui Artifici locutus sit; aitque ad illum, Vti tibi locutus est, ita & feceris. Omnes autem pilæ interius exteriusque ferreis vectibus ferruminatæ tenentur, vt inter se hæreant, & immotæ consistant. Omnes oleo obductæ ac calce: ita demum variorum marmorum incrustationes superinductæ.

προσέταξεν γενέσθαι δίφωτον, διὰ
δύο ἀψίδων, διὰ τὸ μὴ δέξασθαι
βάρος, ὅτι ἐκεῖ ἰκριώματα οὐκ ἔθην-
το, ὥσπερ ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ εἰς τὰ
πλευρὰς τοῦ ναοῦ. τῶν δὲ λοιπῶν τε-
χνιτῶν ἀπλεγόντων, ὡς μία καμάρα
φωτίζει τὸ θυσιαστήριον. καὶ ἀδημο-
νοῦντος τοῦ πρωτοοικοδόμου τί ἂν
ποιήσῃ, ὅτι ποτὲ μὲν λέγει ὁ βασι-
λεὺς μίαν ἀψίδα γενέσθαι, ποτὲ δὲ
δύο· καὶ ἑστῶτος αὐτοῦ καὶ 25 ἀκηδιῶν- 25.
τος. ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ὥρᾳ ε΄, ἐφάνη
αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου ἐν ὁμοιώματι
τοῦ βασιλέως μετὰ βασιλικῆς ἐσθῆτος
καὶ ἐρυθρῶν πεδίλων, καὶ φησὶ τῷ
τεχνίτῃ, Θέλω ἵνα μοι ποιήσῃς
τρίφωτον τὸν μύακα, καὶ διὰ τριῶν
στοῶν, εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ
καὶ ἁγίου Πνεύματος. παρευθὺ δὲ
ἀφανὴς ἐγένετο. καὶ καταπλαγεὶς ὁ
μαΐστωρ, παρεγένετο ἐπὶ τὸ παλά-
τιον, καὶ αἰτιᾶται τὸν βασιλέα αὐ-
στηρῶς, Ὅτι σύ, βασιλεῦ, λόγον
ἕνα οὐκ ἔχεις. μέχρι τοῦ ἄρτι ἐβόας
ποιεῖν με μίαν στοάν· ποτὲ δύο, ἐν
τῷ θυσιαστηρίῳ· καὶ ὅταν ἐτε-
λείωσα τὸ ἔργον, παρέστης μοι λέ-
γων, Ὅτι τρεῖς καμάραι φωτί-
ζουσι τὸ θυσιαστήριον διὰ τὴν τῆς
Τριάδος πίστιν; ὡς δὲ ἐγνώρει-
σεν ὁ βασιλεύς, ὅτι τοιαύτῃ ἡ-
μέρᾳ ἐκ τοῦ παλατίου οὐκ ἐξῆλ-
θον, ἀκριβῶς ἐπέγνω ὅτι ἄγγε-
λος Κυρίου ἦν ὁ λαλήσας σοι·
καὶ ὡς εἶπέν σοι, οὕτως καὶ
ποίησον. πάντες δὲ 26 οἱ κίο- 26.
νες, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ὑπὸ σι-
δηρῶν μοχλῶν κρατοῦνται ἐγκε-
χλιασμένοι πρὸς τὸ ἀλλήλους
κρατεῖν, καὶ εἶναι ἀμετακινή-
τους. ἡ δὲ ἔμπλασις πάντων τῶν
πεσσῶν, μετ' ἐλαίου καὶ ἀσβέ-
στου· καὶ οὕτως ἐπάνω ἀνέστη-
σαν τὰς ποικίλας ὀρθομαρμαρώ-
σεις.

Ἀπέστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς Τρώϊλον
τὸν κουβικουλάριον, καὶ Θεόδωρον
ἔπαρχον καὶ Βασιλίδην κυέστορα ἐν
τῇ Ῥόδῳ νήσῳ, καὶ ἔκαμον ἐκεῖσε
27. μετὰ τοῦ πηλοῦ 27 βήσαλα ἰσόσταθμα,
ἰσομήκη παμμέγεθα, σφραγίζοντες
οὕτως, Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ
οὐ σαλευθήσεται. βοηθήσει αὐτῇ
ὁ Θεὸς τὸ πρὸς πρωὶ πρωΐ. καὶ
διαμετροῦντες αὐτῶν τὴν ποσότη-
τα, ἀπέστελλον τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ
σταθμὸς τῶν δώδεκα βησάλων ἐκεί-
νων, ἡμετέρου ἐστὶ σταθμὸς εἷς, διὰ
τὸ εἶναι τὸν πηλὸν ἐκεῖνον ἐλα-
φρὸν πάνυ, καὶ σπογγοειδῆ, καὶ κοῦ-
φον καὶ λευκόχροον. δι' ὀλίγου φαίνε-
28. ται ἰδιωτικῶς ὅτι 28 κισηρεῖν ἐστὶν
ὁ τροῦλλος· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, ἐλαφρὸν
δὲ ὑπάρχει καὶ λευκόν. μετὰ ταῦτα δὲ
ἀνῳκοδόμησαν τὰς τέσσαρας ἀψῖ-
δας εὐμεγέθεις· καὶ ἀρξάμενοι κυ-
λίειν τὸν τροῦλλον, ἕως δώδεκα βησά-
λων ἐτίθουν· καὶ ἀναμεταξὺ τῶν δώ-
δεκα βησάλων, ἐποίουν οἱ ἱερεῖς εὐ-
χὴν περὶ συστάσεως τῆς ἐκκλησίας. καὶ
ἐποίουν οἱ κτίσται κατὰ δώδεκα βήσα-
λα ὀπήν, ἐμβάλοντες τὰς ὀπαῖς τί-
μια καὶ ἅγια διαφόρων ἁγίων λεί-
ψανα, ἕως οὗ ἐτελείωσαν τὸν τροῦλ-
λον. ἦν δὲ ὁ ἐσωτερικὸς ὄρθιος ἱστά-
μενος. καὶ εἶθ' οὕτως [ἐμουσίασαν
καὶ ὀρθομαρμάρωσαν αὐτὸν, καὶ εἰς
τοὺς πεσσοὺς καὶ εἰς τὰς στοὰς, καὶ εἰς
τὰ μεγάλα κιόνια ἔβαλον λείψανα
ἁγίων ἐπισήμων.] πληρώσαντες
δὲ τὰς περικαλλεῖς καὶ λαμπρὰς
ὀρθομαρμαρώσεις, κατεχρύσωσαν
τάς τε ζεύξεις τῶν ὀρθομαρμάρων,
καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν κιονίων, καὶ
τὰ ἐγγλύμματα, καὶ τοὺς κοσμή-
τας τῶν ὑπερῴων, τῶν τε διορόφων
καὶ τριορόφων· ἐχρύσωσε πάντα
ἐκ χρυσίου καθαροῦ· τὸ πάχος τὸ σύμ-
παχον τοῦ χρυσώματος, δακτύλων

Missi ab Imperatore in Insulam Rhodum Troilus Cubicularius, Theodorus Præfectus & Basilides Quæstor, qui ibi exque luto Rhodio paris ponderis & longitudinis quàm maximos coctos lateres fieri curarent, ita inscriptos, *Deus in medio eius, & non commouebitur: adjuuabit eam Deus valde diluculo*; commensaque magnitudine lateres Imperatori mittebant. Istiusmodi duodecim lateres, vnum ex nostris pondo æquabant; quòd id genus luti leue sit, spongiosum, tenue ac candidum; Adeoque parum abest, quin rudis vulgi opinione, Trulla pumicea esse credatur. Haud tamen ita se res habet. Sed leuis, candidique nitoris est. Tum quatuor ingentis molis extructæ fornices: indeque exorsi Trullæ tornato opere fabricam, duodecimo laterum ordine cùm fastigiassent, pro Ecclesiæ structurâ Sacerdotibus preces fundentibus, structores quotâ quaque duodecim laterum serie relicto foramine, veneranda sanctaque diuersorum Sanctorum pignora immittebant, donec armato opere Trulla perficeretur, surrectoque fastigio insolentis fabricæ Trulla consistebat; quam adeò musiuo opere perornarunt, ac marmoribus incrustarunt. In pilas & porticus maioresque columnas, illustrium Sanctorum Reliquias miserunt: Explerisque elegantis ac magnifici operis incrustationibus, auro obduxerunt; ac tum crustarum commissuras, tum columnarum capitella, cælaturasque ac superiorum ædium peristylia secūdæ pariter atque tertiæ concamerationis, cuncta auro puro obduxit: auri laminæ obducentes, duorum digi-

Besala, coctique lateres mirâ leuitate & candore Rhodo aducti.

Psal. 45. v. 6.

Trullæ religionis plena extructio.

torum spissitudinis: tecta omnia à superioribus ædibus secundæ concamerationis & lateribus, & templi naue circumpositis, quatuorque narthecibus, ex auro vitreo pellucida magnificentissimè obduxit, & vsque ad vestibula adjacentia, superioresque ædes, & columnas, & marmora. Templi quoque pauimentum, pretiosis variique generis marmoribus, tum porphyreticis subuirentibus, tum reliquis roseo rubore variegatis; perpolitis stratisque perornauit: latera verò foris & circumvicina, pretiosis ingentisque molis lapidibus constrauit.

Sacrarij, ac loci altaris S. Sophiæ descriptio.

Altaris locus ac sacrarium, ex argento limpidissimo: peristylia & columellas ingentis magnitudinis, argentea cuncta conflauit cum eorum ostiolis: cuncta argentea auro delibuta. Mensas quatuor columnis innixas in sacrario erexit, ac columnas auro obduxit. Septem Sacerdotum sedilia cum Antistitis throno, ac columnis quatuor, vtrinque posita, auro obduxit. Ducensque religioni ingredi in aditum quod Cyclium, (uelut à circulo & orbe) vocant, quod est infra gradus, SANCTA SANCTORVM illud appellauit. Erexit verò columnas ingentis molis, ipsasque argenteas auro delibutas, cum Ciborio atque Liliis. Ciborium autem argento encaustum fecit. Supra Ciborium, globum auro solidum, ponderis librarum centum & octodecim; liliáque aurea pensatia libras sex: supraque illa, auream Crucem cum lapillis pretiosis, iisque rarissimis, octoginta librarum pondo statuit. Eiusmodi verò quidpiam

Velut exiguus orbis & circulus. Sancta Sanctorũ

Ciborium, apsis minor columellis fulta, sacrã mensãmtegens.

δύο· τοὺς ὀρόφους ἅπαντας, ἀπό τε τῶν ὑπερῴων τῶν διορόφων, καὶ τῶν ἐκ πλαγίου, καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν πέριξ, καὶ τῶν τεσσάρων ναρθήκων, κατεχρύσωσε τὰ ὄροφα ἐξ ὑελίνου χρυσοῦ λαμπροτάτου· καὶ μέχρις τῶν πέριξ προαυλίων, κατεχρύσωσε, τά τε ὑπερῷα καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰς ὀρθομαρμαρώσεις. τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ πολυτελῶν καὶ ποικίλων μαρμάρων [διά τε καὶ Ῥωμαίων πηγασοισίων, καὶ τῶν λοιπῶν ῥοδοποικίλων·] καὶ στιλβώσας κατέθηκε καταστρώσας 29 αὐτά. τὰ δὲ πλάγια, τὰ ἔξω καὶ πέριξ, κατέστρωσε πολυτίμοις λίθοις καὶ μεγίστοις. 29.

Τὸ δὲ θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροτάτου, στῆθια καὶ κίονας εὐμεγέθεις, ἀργυρᾶ πάντα πεποίηκεν σὺν ταῖς πυλαῖσιν αὐτῶν. πάντα ἀργυρᾶ χρυσέμβαφα. τραπέζας δὲ τέσσαρας τῷ θυσιαστηρίῳ ἔστησεν ἐπὶ τοὺς κίονας, καὶ αὐτοὺς κατεχρύσωσε. τὰς δὲ βάσεις τὰς ἑπτὰ τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθίζονται σὺν τοῦ ἀρχιερέως θρόνου, καὶ τῶν τεσσάρων κιόνων κατεχρύσωσε, στήσας εἰς τὰ ἑκάτερα μέρη· ἀναδύων τε εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ εἰλύματι τοῦ καλουμένου Κυκλίου, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω τῶν βαθμίδων, τοῦτο Ἅγια ἁγίων προσηγόρευσεν. ἔστησε δὲ κίονας εὐμεγέθεις, καὶ αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τοῦ κιβουρίου, καὶ τῶν κρίνων. τὸ δὲ κιβούριον, ἀργυρέγκαυστον ἐποίησεν. ἐπάνω δὲ τοῦ κιβουρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν σταθμὸν λίτρας ριή, καὶ κρίνα χρυσᾶ σταθμῶντα λίτρας ϛ'· καὶ ἐπάνω αὐτῶν, σταυρὸν χρυσέον μετὰ λίθων πολυτελῶν καὶ δυσπορίστων. ὅς τις σταυρὸς εἷλκε καὶ

σταθμὸν λιτρῶν ό. ἐποίησε δὲ μη-
χανὴν τοιαύτην. βουλόμενος γὰρ
κρείττονα τὴν ἁγίαν τράπεζαν ποιῆσαι,
καὶ πολυτελῆ ὑπὲρ χρυσίον, προσκα-
λεσάμενος ἐπιστήμονας πολλοὺς, εἰ-
ρηκὼς αὐτοῖς τοῦτο. οἱ δὲ ἔφησαν
αὐτῷ, εἰς χωνευτήριον ἐμβάλωμεν
30. χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους παντοίους, 30
καὶ μαργαρίτας καὶ ζάμβυκας, χαλ-
κὸν, ἤλεκτρον, μόλιβδον, κασσίτερον
σίδηρον, ὕελον, καὶ λοιπὴν πᾶσαν με-
ταλλικὴν ὕλην· καὶ τρίψαντες ἀμ-
31. φότερα αὐτῶν 31 εἰς ὅλβους καὶ δή-
σαντες, ἐπὶ χωνευτήριον ἔχυσαν καὶ
ἀναμαξάμενα τὸ πῦρ, ἀνέλαβον
ταῦτα οἱ τεχνῖται ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
ἔχυσαν εἰς τύπον· καὶ ἐγένετο χυτὴ
παμμιγὴς ἡ ἁγία τράπεζα· καὶ εὐθ-
ὺς ἔστησεν αὐτήν· ὑποκάτωθεν δὲ
ταύτης ἔστησε κίονας, καὶ αὐτοὺς ὁλο-
χρύσους μετὰ λίθων πολυτελῶν. τὴν
δὲ θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ
ἀτιμήτων λίθων πεποίηκε, καὶ κατε-
χρύσωσεν αὐτήν. τίς γὰρ θεάσεται
τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ μὴ
ἐκπλαγείη. ἢ τίς δυνήσεται κατα-
νοῆσαι ταύτην, διὰ τὸ πολλὰς
χροιὰς καὶ στιλπνότητας ἐναλλάσσειν·
εἰς τὸ ταύτης εἶδος ὁρᾶσθαι, ποτὲ
μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυ-
ρίζον. εἰς ἄλλο μέρος σαπφει-
ρίζον ἐξαστράπτον· καὶ ἁπλῶς
εἰπεῖν, ἀποστίλλειν οβ´ χροιὰς,
κατὰ τὰς φύσεις τῶν λίθων καὶ μαρ-
γαριτῶν, καὶ πάντων τῶν με-
τάλλων.

Ἐποίησε δὲ καὶ πυλῶνας κάτωθεν καὶ ἄνωθεν ἐξ ἐλεφαντίνων γλυπτῶν κεχρυσωμένων, τὸν ἀριθμὸν τξέ. ἐν δὲ τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ τοῦ λουτῆρος ἐποίησε πυλῶνας ἠλεκτρίνους· καὶ ἐν τῷ νάρθηκι, ἠλεκτρίνους πύλας

Sacra mēſa de cunctis pretioſis opere fuſili conflata.

piā cōmentus eſt. Cùm ſanctæ Menſæ maiorem præſtantiam conciliare vellet, atque auro pretioſiorem efficere, complures artis peritiſſimos accerſens, cum eis rem contulit: quorum hæc ſententia ac conſilium fuit; aurum, argentum, omnis generis lapillos, margaritas & vniones ac zambycas; æs, ſuccinum, plumbum, ſtannum, vitrum, reliquamque metallicam materiam in fornacem iniicerent: Terentes verò quæque hæc ac ſubigentes, colligantéſque, in vas fuſorium infundebant: conceptoque igni ac liquata cùm extraxiſſent, artificibus in modulum, ſeu formulam, vt vocant, eliquantibus, tantâ hac ſpecierum varietate commixta, ſancta Menſa emerſit; quam tum Imperator erexit, illique columnas, ipſas auro ſolidas, ac pretioſis lapillis interſtinctas, ſubjecit. Sacræ Menſæ Mare (eius cauum receſſum dicamus) inæſtimabilis pretij lapillis conſtrauit, & auro obduxit. Quē enim ipſa ſe oculis ingerens ſacræ Menſæ ſpecies in ſtuporem non agat? quiſve mente aſſequi poſſit, quòd longè plurimos alios ex aliis colores ac micatus mutet? ita ſcilicet, vt eius quandoque ſpecies auro rutila videatur, aliàs argenti candore nitere, modò ſaphirinũ fulgorem radiare; atque, vt verbo dicam, duos ſupra octoginta colores, pro ſpecierum varietate, lapillorum, vnionum cunctorumque metallorum, euibrare.

Fores eburneæ & electrinæ.

Fecit verò etiam fores in inferioribus & ſuperioribus ædibus ex ebore cælato, auro obductas, numero trecentas ſexaginta quinque. In priore autem Lutri ingreſſu, fores fecit electrinas; in Narthece item portas ex electro tres: ex iis duas iuſtæ medio-

critatis; duarum autem mediam longè maximã ex argento & auro rutilã: eius ostiola,auro obduxit:trium harũ portarum interiora, pro lignis nouis, lignis ex Arcâ communiuit.Cúmque etiam pauimentum ex auro solidum vellet sternere,non sedit ea mens cõsiliariis, ne qui postremis temporib. futuri essent tenues egenique Imperatores, hæc sibi diriperent. Qui autem Imperatoris animum à consilio auocarunt,Philosophi & Astronomi Maximianus & Hierotheus fuerunt, viri Athenienses qui dicerent, extremis temporib. ventura obscura Imperia,ac fore vt hęc auferãtur.De illorũ itaq; cõsilio,omissa molitio est.In singulos autẽ dies, bis mille miliarisiorum summã in aggerem mittens Imperator,terræ cõmiscebat;impletoq; penso,artifices vespere exportantes puluerem, sibiq; rapientes,quæ condita erãt miliarisia offendebãt. Hoc ita agebat Imperator, vt illi gaudentes,alacri animo in opus incũberent.

ũ.

Et quidem materia,vti in superiorib. dictum est,septem annorum spatio cũ dimidio collecta, inq; vsum reposita est: Templi verò structura ac absolutio,tantâ illâ, quam dixi, operarum turbâ, cunctisque strenuè omnique diligentiâ laborantibus ad annos nouem ac menses duos producta est.

Sugestum & Solea.

Suggestum cum Soleâ,sardonychis struxit, insertis quoque lapillis cum columellis auro solidis, & crystallis & carbunculis & sapphiris; aurique ingenti vi Soleæ superiora obduxit. Habebat & Trullum aureum margaritis, lychnitariis, smaragdis interstinctum. Suggesti Crux, centum auri librarum pondo erat. Sed & Catenulæ & lucernaria rotundis teretibusque margaritis ornata:galeri auro

καὶ πυλῶνας τρεῖς, δύο ἑκατέ-
ρους· καὶ μέσον τῶν δυοῖν, μεγί-
στην ἀργυρᾶν χρυσέμβαφον, τὰς
παραπύλας αὐτῆς χρυσώσας· ἔσω-
θεν δὲ τῶν τριῶν πυλῶν ἀντὶ ξύ-
λων καινῶν, ἔβαλεν ἐκ τῶν τῆς κι-
βωτοῦ ξύλων. βουλόμενος δὲ καὶ
τὸν πάτον ὁλοάργυρον ποιῆσαι, οὐ
συνεβούλευσαν αὐτῷ, διὰ τὸ εἰς
ἔσχατα πένητας ἄνακτας ἁρπάζειν
αὐτά. οἱ δὲ ἀναπείσαντες αὐτὸν,
ἦσαν Ἀθηναῖοι φιλόσοφοι καὶ ἀ-
στρονόμοι Μαξιμιανὸς καὶ Ἱερό-
θεος, λέγοντες, ὅτι ἐπὶ ταῖς
ἐσχάταις ἡμέραις βασιλεῖαι ἀμυ-
δραὶ ἐλεύσονται, 32 καὶ ταῦτα 32.
ἀφελοῦνται. ἐκ τῆς βουλῆς αὐ-
τῶν ἐᾶσαι τοῦτο. καθ' ἑκάστην δὲ
ἡμέραν ἔβαλεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν
χοῦν χιλιάδας β' μιλιαρήσια,
καὶ ἔμιγνυον εἰς τὸν χοῦν· καὶ
ὅτε ἐπλήρουν τὸ ἔργον οἱ τεχνῖ-
ται, τῇ ἑσπέρᾳ, ἐσκύλευον τὸν
χοῦν, καὶ εὕρισκον τὰ μιλιαρήσια.
τοῦτο δὲ εἰς χαρὰν τοῦ'' [illegible] ἐποί-
ησεν ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰς προθυ-
μίαν. καὶ ἡ μὲν ὕλη, καθὼς προεῖ-
πον, ἐπορεύθη εἰς χρόνους ἑπτὰ
ἥμισυ, καὶ ἀπετέθη. ὁ δὲ ναὸς ἐκ-
τίζετο καὶ ἐπληρώθη παρὰ τῶν
εἰρημένων ἀνδρῶν χιλιάδων δέ-
κα, μετὰ ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς
πολλῆς εἰς χρόνους θ' καὶ μῆνας β'.

Τὸν δὲ ἄμβωνα 33 μετὰ τῆς σωλέας
ἐποίησε μετὰ σαρδονύχων, ἐντιθέμε-
νος καὶ πολυτίμους λίθους σὺν κιό- 33.
νων ὁλοχρύσων, καὶ κρύων καὶ ἀσπί-
δων καὶ σαπφείρων, καὶ χρυσίον πολὺ
ἐνέδυσε τὰ ἐπάνω τῆς σωλέας. εἶχε
δὲ καὶ τροῦλλον χρυσοῦν. μετὰ μαρ-
γαριταρίων καὶ λυχνιταρίων
καὶ σμαράγδων. ὁ δὲ σταυρὸς τοῦ
ἄμβωνος, εἶχε χρυσίου λίτρας ρ'.
εἶχε δὲ καὶ 34 σειρὰς καὶ λυχνίτας σὺν 34.
μαργαριταρίων ἀποδοτῶν. ὁλό-

χρυσᾶ δὲ πιττάκια ἀντὶ στηθαρίων εἶχεν ἄνω ὁ ἄμβων.

35. 35 Τὸ δὲ στομίδιον τοῦ Φρέατος, ἤχθη ἀπὸ Σαμαρείας. τούτου γὰρ χάριν ἐκλήθη Ἅγιον Φρέαρ, ὅτι ἐν αὐτῷ ὡμίλησε τῇ Σαμαρείτιδι ὁ Χριστός. αἱ δὲ σάλπιγγες αἱ χαλκαῖ αἱ ἱστῶσιν ἐν τῷ Φρέατι τῷ ἁγίῳ, ἀπὸ Ἱεριχὼ ἐκόμισαν αὐτάς, 36 ἃς εἶχον οἱ

36. ἄγγελοι τότε εἰς μίμησιν, ὅτι ἔπεσον τὰ τείχη Ἱεριχῶ. ὁ δὲ τίμιος Σταυρὸς ὁ ἱστάμενος σήμερον ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, τὸ μέτρον ἐστὶ τῆς ἡλικίας τοῦ Χριστοῦ καὶ Κυρίου ἡμῶν, ὃς ἀκριβῶς ἐμετρήθη παρὰ τῶν πιστῶν καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ διὰ τοῦτο ἐνέδυσαν αὐτὸν ἄργυρον καὶ λίθους παντοίους, καταχρυσώσαντες αὐτόν· καὶ μέχρι τοῦ σήμερον ἰάσεις ποιεῖ, καὶ νοσήματα καὶ δαίμονας ἀπελαύνει. ἐν παντὶ δὲ κίονι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω, ἓν ἕκαστον λείψανον ἔχει ἐνθρονιασμένον.

Ἐποίησε δὲ καὶ σκεύη ὁλόχρυσα τῶν δώδεκα ἑορτῶν, ἅμα καὶ ἅμα, ἀπό τε εὐαγγελίων ἱερῶν, χερνιβοξέστων, ὀρκιολίων, δισκοποτηρίων, δίσκων· ἐποίησε πάντα ὁλόχρυσα διὰ λίθων καὶ μαργαριταρίων. ἀριθμὸς τῶν ἱερῶν σκευῶν χιλιάς μία· 37 ἐνδυταὶ

37. διὰ λίθων σωληνωταί, τ'. στέμματα ἑκατὸν, ἵνα ἔχωσι μία ἑκάστη ἑορτὴ ἴδια ποτηροκαλύμματα. δισκοκαλύμματα ὁλόχρυσα διὰ μαργαριταρίων καὶ λίθων τιμίων χιλιάδος μιᾶς. εὐαγγέλια κδ' ἔχοντα ἀνὰ ρ'' ρ'' β'. θυμιατήρια ὁλόχρυσα διὰ λίθων λϛ'. λυχνίτας τ', ἐχούσας σταθμὸν ἀνὰ λιτρῶν μ'. πολυκάνδηλα καὶ βοτρύδια τοῦ τε ἄμβωνος καὶ τοῦ βήματος σὺν τῶν δύο γυναικιτῶν καὶ τοῦ νάρθηκος ὁλόχρυσα, χιλιάδες ϛ'.

solidi, columellarum loco suggesti superiora tegebant.

Putei os, ex Samariâ aduectum; idcirco enim sacer Puteus vocatus est, quod in eo Christus Samaritanam allocutus est. Tubæ æreæ in sancto 4. Puteo constitutæ, ab Hierichuntide allatæ; ipsæ nimirum quas tunc Angeli imitatione tenebant, cùm Hierichuntis muri corruere. Quæ autem nunc in Sceuophylacio veneranda Crux visitur, Christi Domini staturæ mensura est, ad eius diligenter rationem Hierosolymis composita, virorum fidelium ac præstantium operâ. Idcirco etiam argento, omnisque generis lapillis conuestientes, auro obduxerunt, hactenusque sanitates operatur, morbosque fugat ac dæmonia. Insingulis quibusque columnis superiorũ pariter inferiorumque ædium, sacra pignora collocata ac Reliquiæ.

Sacer Puteus, Tubæ Hierichuntinæ. Ioan. 4. v 6 Iof.6 v.5.

Crux ad Christi staturam miraculorum effectrix.

Fecit & duodecim solennitatum vasa aurea, alia atque alia: à sacris Euangeliis, malluuiis politis, vrceolis, calicibus, discis seu patenis; cuncta auro solida fecit, lapillis ac margaritis ornata. Sacrorum vasorum numerus ad millena excurrens. Interulæ, vaginæque tubi in morem lapillis interstinctæ, trecentæ; coronæ, centum; eâ scilicet ratione, vt vnaquæque solennitas, sua poculorum ac calicum tegumenta haberet. Discorum lanciumq; operimẽta auro solida, margaritis ac pretiosis lapillis interstincta, mille; Euãgelia 4. supra viginti; habẽtia singula quæq; duo cẽtenaria. Thuribula aurea lapillis ornata, triginta sex: Cãdelabra trecẽta, librarũ põdo singula quadraginta. Multorum luminũ candelabra botrique in morem constipata, suggesti pariter sacrique Tribunalis, necnon muliebris vtriusque Cu-

Vasorum vis ginens,

biculi atque Narthecis, auro solida, sex millia. Trecenta sexaginta quinq; prædia ex Ægypto & Indiâ omnique Oriente ac Occidente in Templi vsum & procurationem Regio diplomate addicta: singulis quibusque festiuitatibus mille olei mensuræ constitutæ, vini trecentæ: panes propositionis mille. Simili quoque ratione Sacerdotum Ministrorumque vices sanxit, Clero adlegens tum Sacerdotes, tum ad extremos vsque Templi Ministros, mille; Cãtatrices centum, in duas hebdomadas diuisas. Concessæ Clero pro cuiusque gradu etiam vicinæ in circuitu cellæ: Cantatricib. ad habitandũ, assignata duo monasteria.

Fecit Cruces quinque, singulas põdo librarum centum, omnis generis lapillis pretiosis magnificè ornatas: cuiusque pretium, octies centenarum librarum habebatur. Item Candelabra duo aurea lapillis ornata, cum maximis vnionibus, quæ & quinquies centenarum librarum auri æstimationis erant. Alia quoque duo aurea sculptáque ingentis magnitudinis candelabra; pedes aurei, quorum singuli centum librarum pretij erant, vt starent ante aurea, crystallisque ac lapillis pellucentia candelabra. Alia verò ingentis molis fabricatus est argento solida quinquaginta, viri altitudine candelabra, in sacrario reponenda. Ad Ambonem cum Soleâ subductus sumptus Ad millies enim centenas libras eius tributi summa contributa, quod Satobari Persarum Regi aliisque multis Constantinus Magnus indixerat. In Templi structuram omnem, atriorumque ac circumjacentium vicinarum ædium, extra sacra vasa, ac reliquas species, quæque vniuersim toto ex Imperio libe-

Lup. Σαϐάρι.

ἐπικύρωσε δὲ καὶ 38 κτήματα 38.
τξέ· ἀπὸ Αἰγύπτου καὶ Ἰνδίας
καὶ πάσης ἑώας καὶ δύσεως,
ὑπάρχοντα εἰς τὴν διοίκησιν τοῦ
ναοῦ, ἐκτυπώσας μιᾷ ἑκάστης
ἑορτῆς δίδοσθαι ἔλαιον μέτρα χίλια,
καὶ οἴνου μέτρα τ΄. ἄρτους
τῆς προθέσεως χιλίους. ὁμοίως
καὶ τοῖς 39 ἐφημέροις ἐξέθετο, 39.
κληρώσας ἱερεῖς τε καὶ
ἕως ἐσχάτου τῶν ὑπουργούντων
τῷ ναῷ χιλιάς μία, ᾀδούσας ρ΄,
μεριζομένας εἰς ἑβδομάδας δύο.
δίδοται δὲ τῷ κλήρῳ καὶ κελλία
εἰς τὰ πέριξ κατὰ τὴν τάξιν
αὐτῶν· καὶ ταῖς ᾀδούσαις,
σκηνώματα δύο ἀσκητήρια.

Σταυροὺς δὲ ἐποίησε πέντε, σίνοντας
χρυσοῦ ἀνὰ κεντηνάριον
ἕν· καλλωπίσας αὐτοὺς ἀπὸ παντοίων
λίθων πολυτελῶν, ὡς ἀνατιμᾶσθαι
τούτους ἀνὰ ρ΄΄ ρ΄΄ η. καὶ
μανάλια δύο ὁλόχρυσα διὰ λίθων
σὺν μαργάροις μεγίσταις, ἃ καὶ
ἀπετιμήθη χρυσοῦ κεντηνάρια ε.
καὶ ἕτερα μανάλια δύο ὁλόχρυσα
γλυπτὰ παμμεγέθη, τοὺς δὲ πόδας
αὐτῶν ὁλοχρύσοις τιμωμένοις
ρ΄΄ α΄, ἵνα ἵστανται ἐπάνω τῶν χρυσῶν
καὶ χρύων μαναλίων. ἕτερα
δὲ εὐμεγέθη ἐποίησε μανάλια
ὁλοάργυρα πεντήκοντα ἀνδρόμηκα,
τοῦ ἵστασθαι εἰς τὸ θυσιαστήριον.
εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα ἐξωδιάσθη
σὺν τῷ σωλέᾳ. πάκτον γὰρ ἐλάμβανε
μέχρι τῶν χιλίων ρρ΄΄, ὃ
μέγας Κωνσταντῖνος ἐποίησεν ἐκτυπώσας
ἀπὸ Σαροβάρου Περσῶν
βασιλέως, καὶ ἑτέρων
πολλῶν. ὁ δὲ ναὸς ὅλος σὺν τῶν
ἔξω καὶ πέριξ, ἔχων ἔξοδον
χωρὶς τῶν ἱερῶν σκευῶν καὶ
τῶν λοιπῶν 40 εἰδῶν, καὶ 40
τῶν κατὰ δωρεὰν προσελθόντων

ἀπὸ πάσης τῆς βασιλείας ρ́ ρ́ " ϖ́.

Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μόνος ἤρξατο, καὶ μόνος ἐτελείωσε τὸν ναὸν, μηδενὸς ἑτέρου συνδρομὴν ποιήσαντος, ἢ οἱανδήποτε οἰκοδομὴν. Θαῦμα δὲ ἦν ἰδεῖν ἐς τὸ κάλλος,

41. καὶ 41 τῇ πολυτελεῖ ἰδέᾳ τῶν μαργαριτῶν δίκην θαλάσσης, ὁρᾶσθαι καὶ ποταμῶν ἀεὶ ῥέοντα ὕδατα. τὰς γὰρ τέσσαρας ῥίνας τοῦ ναοῦ, ὀνόμασε τοὺς δ' ποταμοὺς τοὺς ἐξερχομένους ἐκ τοῦ παραδείσου, καὶ ἔδωκεν νόμον, ἵνα κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἵστασθαι ἐν αὐτοῖς ἕνα ἕκαστον ἀφορίζομένους. ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς ὀμβριακὰς δώδεκα, καὶ λέοντας λιθίνους ἐρευγομένους ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ κοινοῦ λαοῦ. ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ πλευρᾷ τοῦ δεξιοῦ γυναικίτου, ἐποίησε θάλασσαν μέχρι σπιθαμῆς, ἵνα ἀνέρχεται τὸ ὕδωρ, καὶ κλίμακα μίαν, ὅπως ἄνω τῆς θαλάσσης διέρχωνται οἱ ἱερεῖς. ἔκτισε δὲ καὶ σιφώνιον δεξαμένης ὀμβρίων ναμάτων, καὶ ἔγλυψε λέοντας δώδεκα, παρδάλεις δώδεκα, δορκάδας δώδεκα, ἀετοὺς καὶ λαγωοὺς καὶ μόσχους καὶ κορώνας, καὶ αὐτοὺς ἀνὰ δώδεκα, καὶ ἐκ τῶν φαρύγγων αὐτῶν, ἐμεῖσθαι τὸ ὕδωρ διὰ μηχανημάτων, εἰς τὸ τοὺς ἱερεῖς νίπτεσθαι καὶ μόνους. ἐκάλεσε δὲ καὶ τὸν τόπον Λεοντάριον, καὶ Μητατώριον, ὅτι ἐκεῖσε ἀνήγειρε κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα πορευομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ, ἐκεῖσε καθεύδῃ. τὴν δὲ ὡραιότητα καὶ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους τοῦ κεχρυσωμένου ναοῦ, ἀπὸ ὀρόφους ἕως ἐδάφους, τίς ἰσχύει διηγήσασθαι.

Ὅμως τελειώσας τὸν ναὸν καὶ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα τῇ κβ' δεκεμβρίου μηνὸς, εἰσῆλθεν ἀπὸ τοῦ

raliter donata sunt, expensæ octogies centenæ libræ.

Lup. Termillies bisque centies centena.

Porrò solus Iustinianus Templum occœpit, solusque nullo alio operam conferente, aut ædium partem exædificante, absoluit. Pulchritudo aspectu mirabilis; quà, margaritarum omnigenâ varietate rutilantium maris instar atque fluminum aquæ fluere viderentur. Quatuor enim Templi fines (id est, Nartheces) quatuor flumina è paradiso exeuntia vocauit; legemque posuit, vt quisquis sacris arceretur, pro delictorum modo in eis stationem haberet. Ad phialam fecit duodecim pluuiales porticus, leonesque aquam eructantes, è quibus vulgus lauaret. In dextro autem latere dextri gyneciti, mare fecit vnius cubiti, vt aqua ascenderet; vnáq; scalam, vt supra mare Sacerdotes transirent. Pro canali ac piscinâ, imbre depluentes latices posuit, sculpsitque leones duodecim, pardos duodecim, damas duodecim, aquilas atque lepores, vitulosque & corniculas, singula quæque duodecim, quæ ipsa certo quodam machinarum ductu aquam euomendo, solis Sacerdotibus lauandi copiam faciant. Vocauit & locum Leontium. Metatorium appellauit, quod triclinium spatioso ambitu auro laqueatum eam in rem extruxit, vt se illic, cùm in Templum processurus esset, somno recrearet. Decorem verò ac excellentem pulchritudinem Templi auro obducti illoque perſplendentis à summo tecto ad ima pauimenti, quis pro majestate enarrare possit?

Templo absoluto sacrisque illatis donariis, vigesimâ quartâ Decembris mensis, solenni pompâ è Palatio, ad

Augustaei fores ipsa basilicæ as

maiores, ad forū, quod Augustæū dicitur, spectantes.

Iustiniani liberalitas Salomonis æmula.

Augustæi atrium, quà ad Horologium iter patet, quadrigis vectus ingressus est; mactauitque boues mille, oues sex millia, ceruos quingentos, sues mille, gallinas pullosque decem millia, deditque pauperibus ac egenis. Tritici quoque modios triginta millia. Distributa hæc ac erogata die illâ pauperibus trium horarum spatio, tumque ingressus Iustinianus Imperator cum Cruce, ac Eutychio Patriarchâ comite: exq. Patriarchæ manibus elapsus, à Regiis foribus solus ad Ambonem vsque procurrit; extensisque in cœlum manibus, ait, *Gloria Deo, cuius dignatione eiuscemodi opus perfeci, Vici te, Salomon* Peractâque introitûs pompâ, sparsiones consulares fecit; Magistroque Strategio iactante ac effundente, ter centenas auri. libras populo distribuit. In crastina autem Templi Apertionem fecit, tanta iisque plura holocautomata mactans, cunctosque ad vsque sancta Theophania, diebus quindecim, dapibus accipiens, muneraque elargiens, ac Deo gratias agens. Inque hunc modum desideratum opus suum absoluit.

Templi Dedicatio: hoc ἀνοίξια, ἐνθρονισμὸς, & similia.

Durauit autem superbi operis Trulla, Magno Iustiniano auctore, suggestumq; longè sumptuosissimum omnique admiratione dignum, cum Soleâ, varióque Templi pauimento, annis septemdecim. Viuis autem exempto Iustiniano, eius ex sorore nepos Iustinus rerum potitus est: cuius Imperij secūdo labente anno, feriâ quintâ, diei horâ sextâ Trulla concidit, stupendumq; Ambonem ac Soleam, sardonychosque & zambycos & sapphiros ac margaritas, cum aureis cancellis ac columellis contriuit. Quatuor tamen fornicis columnæ, ac

παλατίου. μετὰ [illegible] 42 τὸν πυλῶνα τοῦ Αὐγουσταίου τοῦ εἰσερχομένου εἰς τὸ ὡρολόγιον, καθεζόμενος ἐπὶ ἅρματος τετραίππου, καὶ ἔθυσε βόας α΄, πρόβατα ͵ς΄· κάπρους φ΄· σύας α΄· ὄρνεις καὶ ἀλεκτρυόνας ἀνὰ χιλιάδας δέκα, καὶ δέδωκε πένησι καὶ τοῖς δεομένοις· καὶ σίτου μόδια χιλιάδας λ΄, ταῦτα διῃρῶν πένησιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ μέχρι ὥρας τρεῖς· καὶ τότε εἰσόδευσεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐτυχίου· καὶ ἀποδράσας τῆς χειρὸς τοῦ πατριάρχου ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἔδραμε μόνος μέχρι τοῦ ἄμβωνος· καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶπε, Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ καταξιώσαντί με τοιοῦτον ἔργον ἀποτελέσαι· Νενίκηκά σε Σολομών. καὶ μετὰ τὸ εἰσοδεῦσαι, ἐποίησεν ὕπατα, καὶ δέδωκε τῷ λαῷ κεντηνάρια τρία διὰ Στρατηγίου μαγίστρου ταῦτα χέοντος εἰς τὸ ἔδαφος· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐποίησε 42 τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ, τοσαῦτα καὶ πλείονα ὁλοκαυτώματα θύσας, καὶ μέχρι τῶν ἁγίων θεοφανίων δι᾽ ἡμερῶν πεντεκαίδεκα κλητορεύων πάντας καὶ ῥογεύων, καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. καὶ οὕτως ἐτελείωσε τὸ ἱερὸν ἔργον αὐτοῦ. 42.

Διήρκεσε δὲ 43 ὁ νεωτερικὸς τροῦλλος, ὁ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ κτισθεὶς, καὶ ὁ ἄμβων ὁ πολύολβος καὶ πολυθαύμαστος σὺν τῇ σωλέᾳ καὶ τοῦ ποικίλου πάτου τοῦ ναοῦ, χρόνους ιζ΄· μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἐκράτησεν Ἰουστῖνος 44 ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ τῆς βασιλείας, καὶ εἰς τὸν δεύτερον χρόνον αὐτοῦ, ἡμέρᾳ ε΄, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, ἐγένετο πτῶσις τοῦ τρούλλου· καὶ συνέτριψε τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμβωνα, καὶ τὸν σωλέαν τούς τε σαρδονύχους καὶ ζαμβύκους καὶ σαπφείρους καὶ μαργαρίτας σὺν τῶν χρυσῶν στηθίων. αἱ δὲ ἀψῖδες καὶ

43. 44

καὶ πάντες καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς χαμόντας ἐκεῖσε μηχανικοὺς, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, τί τὸ συμβὰν εἰς τὸ χαλάσαι τὸν τροῦλον. οἱ δὲ φησὶν, εἶπον τῷ βασιλεῖ, ὅτι ὁ θεῖος σου σπεύσας ἐπῆρε τὰς ἀντινύκτας τὰς ὄντας ἐν τῷ τρούλῳ ξυλίνους, καὶ ταχέως ἐμουσίωσεν αὐτόν· καὶ ὅτι ὑψηλὸν ἐποίησεν αὐτὸν πρὸς τὸ πανταχόθεν ὁρᾶσθαι. καὶ ὅτι τὰς σκαλώσεις κόπτοντες οἱ τεχνῖται ἔρριπτον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτῶν [βάρους]
45. ἐσπαράσσοντο τὰ θεμέλια, καὶ 45 [ἐκ] ἤλαβε βλάψιν ὁ τροῦλος. οὕτως οἱ τεχνῖται ἔφησαν τῷ βασιλεῖ. εἶπον δὲ αὐτῷ, Ὅτι ἐὰν κελεύσῃς δέσποτα, ἵνα γένηται ὁ τροῦλος ἐπίπεδος κυμβαλικῶς, ἀπόστειλον εἰς τὴν Ῥόδον, καθὼς καὶ ὁ θεῖός σου ἐποίησε, καὶ ἐκ τῆς ταύτης πηλοῦ, καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης σφραγῖδος, ἰσοσταθμα βήσαλα τῶν προτέρων μέτρων ἀγάγωσι. καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἤγαγον τὰ βήσαλα ἀπὸ τῆς Ῥόδου καθὼς καὶ πρότερον· οὕτως τοίνυν καὶ πάλιν
46. ἐκαμώθη ὁ τροῦλος, 46 κόψαντες ἐκ τῆς προτέρας τρούλου ὀργυίας δεκαπέντε, ποιήσαντες αὐτὸν τυμπανικὸν, φοβούμενοι, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι, ἐάσαντες τὰ ξύλα καὶ τοὺς κριοὺς τῶν ἀντινύκτων χρόνον ἕνα, ἕως οὗ ἔγνωσαν πῆξαι τὴν πέψιν τὸν τροῦλον. τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὴν σωλέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν εὐδαπανὸν διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων, καὶ στηθέων ἀργυρῶν μετὰ περιστερῶν ἀργυρῶν μετὰ τῆς σωλέας. τροῦλον δὲ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι, ὡς εἶπον, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. εἰς δὲ τὸν πάτον, μὴ δυνηθεὶς εὑρεῖν τοιαῦτα πολυποίκιλα καὶ μέγιστα ἀβάκια, καὶ

ædificia reliqua inconcussa mansere. Quare Imperator accitis Architectis, sciscitabatur ab eis, Quid tandem accidisset. vt ita laxata Trulla concideret. Responderunt Quòd Auunculus tuus sublatis citius quàm par erat ligneis destinis, quibus Trulla sustentabatur, musiuo opere exornare studuerit, quodque sublimem eius verticem paulò altius fastigiauerit, quò vndique conspicua foret: ac demum quòd artifices, scalas pendulosq; gradus & sustentacula cædentes, projecerint; hinc enim factum, vt Trullæ necdum satis excoctæ fundamenta dissilirent. Sic ferè artifices suggessere. Insuper addidere, Si velit ipse cymbali in morem Trullam planam construere, Auunculi secutus consilium in Rhodum insulam mittat, exque luto Rhodio pariter signatos, eiusdem ac priores ponderis lateres aduehendos iubeat. Iussit Imperator, paresq; prioribus adducti lateres. Sic rursus Trullæ fabrica excitata, vlnis duntaxat quindecim è priore culmine excisis, ipsâque tympani formâ composita, ne eius rursus procliuis ruina foret Ligneæ substructiones ac fulcimenta annum integrum relicta, donec excocto humore coagmentatam Trullæ fabricam artis periti cognouere. Cæterum Ambonem & Soleam, quòd non pari sumptu æmulâque magnificentiâ possent extruere, vili hæc schemate ex lapidibus & columnis argento obductis, argenteisque cancellis cum septis in orbem argenteis, atque Soleâ, construxerunt. Expensarum mole deterritus Imperator, Ambonis copulam extruere noluit. Sternendo solo ac pauimento, quòd eiusmodi variegatæ maximæque tabulæ non occurrerent, mis-

Trullæ vnde ruina, eiusque humiliori formâ instauratio.

ſo Manaſſe Patricio ac Præpoſito in Preconneſum, illic marmora fecit, qualia nunc terram colore referentia viſuntur, ac quæ praſini coloris, fluiorum quandam ſpeciem in mare præcipitantium ingerunt.

Cùm verò tholorum fulcimentis atque deſtinis exciſis, ligna depoſituri eſſent, Eccleſiam aqua implentes cubitorum ſeptem altitudinis, inque aquam iactantes, illaceratis fundamentis ligna projecerunt; ſicq; adeo, muſiuo opere exornarunt. Quocirca non deſunt qui & Iuſtiniani ex ſorore nepotem Iuſtinum, eam extruxiſſe dicant. Falluntur tamen, qui hæc dicunt. Nos autem demus gloriam ſancto Deo noſtro, qui ſtupendi operis Templi eiuſmodi ſtructuram incolumem conſiſtere voluit, vt in ipſum ingrediamur, ac, quæ deceant Chriſto Deo, laudes offeramus: quia ipſum decet gloria, honor, poteſtas & adoratio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ἀποστείλας 47 Μανασσῆ πατρικίῳ 47.
καὶ πραιποσίτῳ ἐν Προικοννήσῳ,
ἐποίησεν ἐκεῖ τὰ μάρμαρα, καθὼς
ὁρῶνται εἰς ὁμοιώματα τῆς γῆς· τὰ δὲ
πράσινα εἰς ὁμοιώματα τῶν ποταμῶν ἐμβαινόντων ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Ὁπότε δὲ 48 ἔκοπτον τὰς σκα- 48.
λώσεις τῶν τρούλλων, καὶ ἤθελον
καταβιβάζειν τὰ ξύλα, ἐγέμισαν
τὴν ἐκκλησίαν ὕδωρ μέχρι πηχῶν
ἑπτὰ, καὶ ἔρριπτον τὰ ξύλα
ἀποθεούμενοι εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἐκ
ἰσσαρέσωντο οἱ τιμέ κι. καὶ εἶθ'
οὕτως ἐμουσίωσαν αὐτήν. καὶ τούτου
χάριν λέγουσι τινὲς, 49 ὅτι καὶ 49.
[Ἰουστινιανοῦ] Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς
αὐτὸν ἔκτισεν. ἀλλὰ ψεύδονται τοῦτο λέγοντες· ἡμεῖς δὲ, δῶμεν δόξαν τῷ ἁγίῳ Θεῷ ἡμῶν, τῷ ἐχαρίσαντι αὐταρκέσαι ὁ τοιοῦτος ἀξιοθαύμαστος ναὸς, τοῦ εἰσιέναι ἐν αὐτῷ, καὶ ἀναπέμπειν Χριστῷ τῷ Θεῷ πρεπούσας αἴνους· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ, κράτος καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

AD



AD
LIBRVM DE ÆDIFICIO SANCTÆ SOPHIÆ,
INCERTO AVCTORE.



NTER tanta Magni Iustiniani Ædificia, quæ singulari ac luculento opere prosecutus est Procopius Rhetor, principem merito locum tenet Magnæ Ecclesiæ structura, titulo S. Sophiæ, omnem magnificentiam superans, orbisque miraculum, ac insigne Christianæ pietatis in Christianissimo Principe monumentum. Scripserunt plures; non ita multis Procopius; Theophanes ac sequaces vix perstrinxerunt: aliquantò plus immoratus Glycas: Codinus de Origin. ac quem Lambecius limatiorem ex Regiâ Luparâ produxit, benè multa habet; sublegitque cùm Glycâ, quem Anonymum produco, multis partibus cunctis aliis copiosiorem, ac cuncta persequentem. Eius nactus copiam ex Viri Clarissimi Raphaëlis Dufrene gentilis mei aduectâ nuper ex Italiâ librorum gazâ: Habet Logothetæ ex multis collecta Chronographia, ferè initio, extráque seriem, ac velut tractatum peculiarem: possitque hic Logotheta ex temporum ratione ipse Metaphrastes esse; vir verè ει σπάνος· sicque asserte docet Hippolytus Thebanus relatus à Leone Allatio in eodem; qui & illam eius Chronologiam maximi facit. Pauca mihi necessariò adnotanda, quibus maximè ipse emendari textus possit ac dilucescere. Mirum enim quantas tenebras inscitі, vel Scribæ, vel Interpretes, his ipsis quæ de sanctæ Sophiæ templo, paulò antiquioribus scripta sunt, obfudere: quorum amborum non longius nobis arcessenda exempla, quæ se primis statim lineis ad fastidium obtrudant, ac clarè admodum non inutilem mihi hoc argumento positam operam, dum vel modicè defungi liceat, ostendant.

1. Δρομικὴν. Græci δρομικὴν ἐκκλησίαν vocant, quæ oblonga Circi penè figuram refert, vnoque ductu tenditur, quorum primum bene notauit Petr. Lambecius. Georgius Dousa, illud Codini de eadem seniori Magna Ecclesia Constantino Magno ædificata,

περίβλεψιν ἀνήγειρε δρομικήν, ἀπεριδιονήτως admodum reddit, cùm tamen eum vis vocis δρομικὸς, non penitùs fugerit. *Eam, vbi antea Circus fuerat, extruxit.* Nec enim ille, vel quem assectatur, Anonymus, quod erat ante Constantinum referunt, sed quod primùm olimque condidit Constantinus, & incendium absumpsit, ac Iustinianus augustiori forma instaurauit: Inscitè verò Leunclauius Glycæ Interpr. (cuius Versionem Luparensis Philippi Labæi editio repræsentat, ipsam totis apicibus incolumem, quam meliori cedere præstitisset & vt non solùm catholicum ac ὀρθόδοξον, sed & non prorsus ineruditum, quantùm eius paulò sequior ætas ferebat, auctorem proderet;) quod ita Glycas habet, à Constantino olim, ξυλότρουλλον καὶ δρομικὴν conditam eam Ecclesiam, reddit ipse, *quæ Trullam ligneam ac versatilem haberet:* τὸ ξυλότρουλλον, notat P. Labbe, in Fontisebr. Cod. legi ξυλόδρομον· quod aliud mihi monstrum: nec aliud ipse aduertit, aut suffigit. Ecclesiam aut Trullam versatilem, etsi ligneam qui me doceat, magnus sit: nisi fortè eiusmodi putamus quæ turbinis in morem gyro versaretur. Nugæ. Non malè Phauor. δρόμος, καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων [emendo, τρεχόντων] καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποκειμένου τόπου τοῖς τρέχουσι καὶ δρομικὸς, ὁ ἐπιτηδειότατα ἔχων εἰς τὸν δρόμον. *Vox* δρόμος, *tum de iis dicitur, qui currunt, tum de loco subiecto, in quo currunt. Item* δρομικὸς, *qui habilis est ad cursum;* alterutro scilicet modo, ac paulò antè, δρόμοις, γυμνασίοις Sophocl. in Electr. Loca in quibus iuuenes cursu exercerent: nostri, *Circum* dicunt. Malè ergo Leuncl. ex Lexicis doctus, quibus altera tantùm & vulgaris significatio adscripta habetur. Quam Magnæ Ecclesiæ primam structuram reliqui Magno Constantino adscribunt, vnus Zonaras Constantio tribuit, nisi mendum in ipsum irrepsit, quod & secutus Interpres Hieron. Vvolf. Τὸ θεῖον τέμενος τοῦ μεγάλου ναοῦ, ὃν ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος ἱδρύσατο. *Insigne & ingens Templum, ab Imperatore Constantio.* Imò, *Magni Templi delubrum*, sic enim, & Magna Ecclesia dicebatur, κατ᾽ ἐξοχήν.

2. Τοῦ ἁγίου Ἀνδρονικοῦ. Andronicus Martyr cum Tharaco & Probo Tarsi in Ciliciâ Diocletiano Imp. Colunt Græci 12. Octobr. Latini 11. At non liquet habuisse templum Constantinopoli: Malim ergo legere cum Codino, τοῦ ἁγίου Ἀγαθονικοῦ; qui ipse Nicomediæ passus est cum Zotico & sociis Maximiano Imperatore. Colunt Græci 22. Augusti, inque eius honorem Iustinianus insignem Constantinopoli basilicam extruxit, quæ sic fuerit δρομικὴ, vt & altera S. Acacij, quam auctor alteram exemplo adducit: nempe Acacij Centurionis Martyris Constantinopolitani Diocletiano & Maximiano Impp. cuius in eâ Vrbe Ecclesiæ meminit Nicep. lib. 13. cap. 38. quamque Iustiniano Imperat. in augustiorem formam excitatam, auctor est Procop. lib. 1. Alij Acacij, quos plures percensent Ecclesiasticæ tabulæ, incertum an habuerint & ipsi Constanti-

nopoli basilicam. Loco Acacij Codin. Luparensis repræsentat, καὶ τῆς ἁγίας Δυνάμεως: Lambecius Dousam secutus, *Et sanctæ Potentiæ similem.* Mihi non aliud sancta Dynamis aut Potentia, quàm sancta Xynoris Chrysostomiana; seu alia eiusmodi rudis animi commenta. Quod sequitur in Codin. omisitque noster hic auctor, siue qui exscripsit, Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιὰν, non placet quod sic reddit Lambecius, *Ædificauit quoque prope magnam Ecclesiam, siue S. Sophiam, templum sanctæ Pacis, quod cognominatur antiquum*; Irenem scilicet in Pacem commutans, quâ licentiâ paulò superius, suam Dynamim vertit in Potentiam: præiuitque Xylander in Cedr. dum illud, ἡ πάλαι ἁγία Εἰρήνη, reddit, *sancta Pax.* Melius Dousa, *S. Irenem vetustam*: retinenda quippe nomina propria, quâ linguâ scripta sunt, nec facilè aliis idem valentibus reddenda. Nec verò putandum more Gentilium ipsam Constantinopoli Pacem Christianis populis olim consecratam, non sanctissimam Virginem atque Martyrem ritu Ecclesiastico, sub cuius inuocatione Deus in Vrbe coleretur, ibi Ædem habuisse. Duas porrò Irenes lego, alteram Sophiæ martyrio comitem, Septembr. 18. Alteram Thessalonicæ item Martyrem Diocletiano Imp. 5. Aprilis, Græcis 16. cui & vero similius extructam à Iustiniano, quæ S. Irenes dicitur, nobilem Ecclesiam, vt Procopius auctor est lib. 1. & ante illum à Marciano; quin & Constantino, ex Theoph. nostroque Anonymo, ac passim aliis; quicquid Zonar. tribuat Constantio. Quo fortè nomine Εἰρήνη ἡ παλαιὰ vocata sit. Sic enim Græci passim Ecclesias, Sanctorum ipso nomine indigetant, sub quorum inuocatione extructæ sunt; fuitque incautis nonnullis Latinis erroris occasio, & vt S. Mariam, Ioannem Ephesum secutam Ephesinorum Patrum ipsâ auctoritate obtruderent, quod ibi ἡ Θεοτόκος & ὁ Θεολόγος, quæ sunt sacræ ipsæ ædes (Maior scilicet & Metropolitica Ecclesia) in quibus Maria & Ioannes venerationem haberent, ac quorum religione deterreri à blasphemiâ Nestorius debuisset. Templum hoc S. Irenes, sic olim μεγέθει μέγιστον καὶ κάλλει κάλλιστον, à Marciano erectum, tumque incendio exustum, Manuel Comnenus instaurare aggressus. partéque aliqua iam à fundamentis extructa, rei ipso molimine victus cessit, vt Nicetas Choniat. lib. 7. tradit. Fuisse verò ante etiam Marcianum inter præcipuas Vrbis Ecclesias, argumento est, quòd post restitutas Catholicis basilicas, Nectarius Patriarcha in ea sederet. Ioan. Zonar. hanc alteram succensam Ædem ponit, S. Irenæ sacram, in ea seditione, velut à Magna Ecclesia secundam, quæ ipsa ignis dispendia per eam seditionem passa est; vtraque posteà Iustiniani ædificatione ex veteri noua Ecclesia.

3. Δύο χρόνοι. Lupar. Glycæ editio δέκα καὶ ἕξ, habet, vt & Codinus Dousæ, manifesto in numeris errore: Post sexdecim enim annos ab exusto ab Arianis sanctæ Sophiæ templo, nec Rufinus super-

ſtes erat, nec Theodoſius: à cuius obitu breuì ſublatus Rufinus eſt Stiliconis dolo; cùm non plures ſexdecim annos & paucos dies in Imperio exegerit Magnus Theodoſ. cuius circiter anno quinto tum ſecunda habita Synodus, tum cedente Gregorio ſubſtitutus Nectarius; quo ſedente, in ſancta Irene veteri ſcribitur conflagratio illa accidiſſe. Qui ſequuntur numeri quò ſpectent, ac num ſani ſint, non mihi occurrit, niſi 39. illos annos auctor tribuens Theodoſio Minori, 85. alios dicit, qui circiter ab eo ad Iuſtiniani annum illum quintum effluxerint: quomodo non longè à vera temporum ratione abiret, etſi non omnino accuratus videri poſſit.

4. *Ὑπὸ τῶν δημοτικῶν μερῶν.* Codinus, *τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν.* Alij diſtinctius factiones has ponunt, Praſinos ſcilicet & Venetos, quorum factionis (id eſt, Venetorum) Hypatius *δήμαρχος* erat, *Tribunus*, ab eis Imperator acclamatus. Rem, poſt Procopium, Zonaras pluribus proſequitur; eiuſque tantæ ſeditionis cauſam in Iuſtiniani ac conjugis Theodoræ immanem rapacitatem confert. Ac ſanè non facile, qui auri vim tantam congerat, *τὸ τῆς πονηρίας* crimen notamque effugerit, ac immunis à periculo, ſubditorum animis inde exaſperatis, exiſtat; quo Iuſtinianum Beliſſarij ac Narſetis virtus, ægrè tandem, tantáque illâ ciuium cæde liberauit.

5. *Τοῖς στρατηγοῖς καὶ σατράπαις.* Codinus, *στρατηγοῖς, τοπάρχαις, καὶ σατράπαις, καὶ δουξὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔσαν ἀρχηγέταις:* Sunt ferè eadem nomina, quibus diuerſi per prouincias Magiſtratus ſignificentur, quos omnes Iuſtinianus huic tanto negotio operam ſuam addicere voluit, & vt quicquid eximium vſquam extaret veterum fabricarum, id verò diriperent, Magnæque Eccleſiæ ſuperbo ædificio litarent. *στρατηγοὶ*, vox magis militaris; ſic dicti qui Romanis Prætores ac Imperatores, bellique duces: *τοπάρχαι*, magis iudices ſint, ac vrbani magiſtratus, quod etiam quandoque redditur in ſacriis Bibliis, noſterque Anonymus omiſſâ illâ voce, *κριταὶ*, *iudices ponit·* *σατράπαι*, vox Perſica, *prouinciarum præfecti.* *δοῦκες*, Latina vox; ſic paſſim vocati, qui olim *στρατηγοί.* & Δοὺξ, qui *γραφῶν* Δομέστικος & *μονοστράτηγος·* *φορο. ὄγοι·* *tributis per prouincias præfecti*, qui & ipſi *ἀρχηγέται τῶν βασιλικῶν θεμάτων*, Codini. Sic Græci vocibus liberales ſuut. Sic dicti & tribuum principes atque primores: *ἀρχαγέται* Spartanis Reges. Plutarch. in Licurgo.

6. *Συστημάτια*, ſiue vt Codinus, *συστημάτια* Mihi *fulcra*: vt & ſequens *στηθέα*, quæ vox etiam extat in Theophane, *vallum*, *columellis ad pectora ſcendentibus*: noſtris, *baluſtrade*, periſtylia. Cuncta hæc ac ſequentia verbis pluribus implexa, iiſque ferè non ſatis Græcis, vt nec facile apponere Latina, vnâ Glycas voce expedit, *λίθος·* quòd fere lapidea omnia. *τὰ*, *κογχελλοθυρίδας·* Codin. *κογχελλοθύρια·* quam vocem exponit Meurſius ex Etymol. vt ſit *θύρα δικτυωτὴ*, velut *retiata janua*, ac quâ conſpectus intrò pateat, quæ & *κιγκλίς*.

Caſſiodor. Var. lib. 11. Epiſt. 6. *lucidas fores* appellat, & *januas cancellatas*. Ieiune ſatis Douſa, *caugelothyria*.

7. Καὶ δὴ τὰ παλαιὰ λουτρά. Codinus, παλάτια. Vtraque ferri lectio poteſt; niſi quod Codini lectio hiantior: ſatiſque noſter hic palatia exprimit, cùm antiqua balnea ædeſque dicit; quibus nimirum magnificum aliquid, λαμπρὸν, vt Glycas loquitur, ad noui Templi ſtructuram veteri magnificentia Regum, ac Virorum principum hactenus ineſſe comperiretur. σχεδίας, quod vocat, Codin. σχεδίας: rates ſunt in eam rem velut ex tempore compactæ.

8. Κίονας τοὺς Ῥωμαϊκούς. Columnæ Romanæ, quæ Ægyptiacæ, vt alij vocant; ſiue Ægyptiaci rubrique marmoris. Pro Αὐρηλιανοῦ, emend. ex Codin. Οὐαλεριανοῦ. Pauló alias voces de his columnis idem habet, ἰσομήκεις, ἰσοκύκλους· τολμῶ εἰπεῖν καὶ ἰσοσταθμους· *Pari longitudine ac rotunditate, auſim dicere, etiam pondere ac grauitate.*

9 Ὅτι τιμῆς. Codin. addit. Δέσποτα βασιλεῦ, quod & mihi expreſſum in verſione. Hæc ſic perſpicuè illi, noſtroque Anonymo edita, viciſſimque ſuppleta, breuitate Glycas confundit; vt niſi ſuppleas, eius nullus ſenſus commodus ſit. Ac ſanè quis deprehendat in eis Leunclauij. *Gratuitò domum meam conceſſura ſum, non aliter quàm mercedis & memoriæ causâ.* Rectène δωρεὰν, & μισθοῦ χάριν δοῦναι, niſi mercedem illam magis explices, quam à Deo ſit conſecutura in die iudicij, vt alij habent, debuitque Glycas, ſi plenus eſſet, habere: alioqui humana merces, ipſa τιμὴ, ſeu pretium eſt. Σοὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, rectè id, αὐτῇ τῇ, τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου.

10. Καὶ ἡ μέσης τοῦ ναοῦ: emendabam mihi, ἡ μέση. Codin. ἕως τῆς μέσης habet. At μέση quid habeat perinde obſcurum. Nam quod reddit Lambecius, *vſque ad mediam partem templi*, non ſatis explicatum: Sic enim potius ſcribendum μέσον· ἡ μέση, gloſſis Græcobarbaris, ἡ ἀγορὰ, *forum*: At quid, *Templi forum*; vel *vſque ad templi forum*. Nec ſi Eccleſiæ forum adjaceret, ſic facilè vocandum. Ego ſimilitudine à Muſicis, vel Anemologicis, μέσην exiſtimem Templi mediam nauim dici; quare etiam de lateribus ſequitur, quorum ab aliis coëmptum ſolum ac fundus iiſdem ſtatim auctoribus narratur; quin & ναοῦ pars aliqua, vt noſter Anonymus loquitur; templi ſcilicet nauis, ac eius de quâ quærimus, μέσης, vel μέση. In pretio triginta & octo librarum conſentit Glycas cum Anonymo: Codin. habet quinquaginta. demumque perſolutas habet quinque ſupra octoginta, quod alij deſiderant. Potuit Imperator conſcientià duci, vbi etiam conſenſum vi extorſiſſet, vt pauló maioris emeret. Illud eiuſdem, εἰς ὑπέρπυρα λίτρας ν'· num *per contentionem*, vt primum triginta octo libris, tumque poſtea quinquaginta ob hominis renitentiam æſtimatæ ædes ſint: quaſi ad ardoris exceſſum illum pretij auctione vincendum, id enim ὑπέρπυρα, hoc ipſum quod ἐκπυρα. Lambecio hæſit aqua, ac diſſimulauit; parum abeſt quin & mihi.

11. *Τοῦ βασιλέως ἀδελφοποιητός.* Sic quoque Codinus, infra verò noster Anonymus hoc vocat, *πνευματικὸν ἀδελφόν·* putemque adeò ex baptismo fratrem; quæ affinitas erat filij suscipientis & ipsius suscepti, can. 53. Trull. Synodi; ac secundus gradus habebatur, de quo Schol. Theoph. promp. iuris ciuil. lib. 4. cap. 6. num 18. nunc sublatus per Trident. at Græcis durans, vt apparet, iuris antiqui tenacibus. Eadem ratio de adoptione, quæ & ipsa *πνευματικὴ ἀδελφότης*, velut non naturalis, sed animorum consensu factitia, dici possit.

12. *Λίτρας ἐννενήκοντα.* Aperto errore Codinus sex habet, facile permutatis numeris imperito scribæ; etsi Lambecius nihil emendauit. Nec enim viri Patricij ædes sic humiles vel angustæ, vt neque sutoris domus, seu magis tugurij, pretium exæquarent. Tantum illud spatium, quantum atrij ad forum vsque seu impluuij, quadruplices ferulæ, lutri, & eiusmodi, maioris erat, vel si nullæ fuissent extructæ ædes, loco ciuitatis sic frequente ac commodo, quàm vt libris sex debuerit vænire; multumque est vt vel nonaginta iustum pretium fuerit. Douza etiam 90. reddidit ac legit; & si errore Typographico illi quoque nota Senarij ϛ´ pro ϟ´ nonagenarij edita sit.

13. *Σπηραραίαν πέτραν.* *Rotundum lapidem* vertit Lambecius; ac si saxa, qualia ad fluminum marisque littora ferè occurrunt. Verùm licet Codinus, nosterque Anonymus ea in voce conueniant, mihi tamen vt sanam existimem, imperare non possum. Primùm vox *σφαραία* eo sensu satis aliena auctoribusque incognita. Deinde, quantum silices huiusmodi saxaque rotunda, vt tantæ malis operi basim firmam præberent? cùm præcipuè alta humo effosa, haud facilè occurrant, nec nisi dissipata. Antiquo igitur errore pro *στερεά*, *σφαραία* scriptum sit: Hoc enim vocis *πέτρα* aptum epithetum, vnumque congruum pro subiecta materia. Nec aliam petram velit Dominus, in qua sapiens, domus suæ fundamenta jaciens, ab omni pluuiæ ventorumque iniuria liber fuerit, Math 7. v. 24. Petra *στερεά*, ex qua oleum Israëlitis manasse memoratur, Deut. 32. v. 13. *λίθος σκληρὸς καὶ λίθος πύελιος*, Polluci lib. 8. cap. 27. ex quibus tum ædificia construantur, ac quibus eorum fundamenta, natiuo eiusmodi solo præclarè sustententur. Meliora ex alio doctiore architectonicam, lubens audierim. Vide & Onomast.

14. *Τὰ βάρη.* Codinus, *τὰ θεμέλια*, quasi quadam tautologia: *fundauit fundamenta:* domus certè ipsæ potius ac muri dicantur fundari. *βάρη*, seu potiùs *αἱ βάρεις*, vox est Psal. 47. *ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται·* vbi Vulg. *in domibus eius.* Chrysostomus, *Quinta editio, ἐν τοῖς βασιλείοις, εἰς ὀχύρωμα· in palatiis ad præsidium.* Psal. 44. *ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων· ἀπὸ ναῶν·* qua de re Hieron. ad Principiam. Quin & Hesych. & Phauor. *βάρεις, οἱ πύργοι, αἱ στοαὶ, τὰ τείχη,*

αὐλαί, στοαί εἰσι. ἢ αἱ μεγάλαι καὶ ὑπόβαθροι πέτραι: quæ ipsa, vocem produnt tantæ molis fundamento ritè congruam; vt petrosâ firmâque basi, prægrandes lapides ad sedimentum superextruxisse Iustinianus dicatur. Vbi deinde Anonym. ἀπὸ τῶν ἀψίδων, habet Codinus, vt ex libr scripto restituit Lambec. ἀπὸ τοῦ βήματος· redditque à *suggestu*; à loco scilicet Sacerdotum, quo nimirum Rex ille noster pro tribunali velut præsideat: Tota igitur à choro deinceps Ecclesia, εἰς τὴν χαύνωσιν καὶ ἀγρώδη fundata: emend. fortè ex Codin. εἰς γῆν χαῦνον· idem Codin. ἀγρώδη perinde habet; putatque Lambec emend. ἰλυώδη, *solum palustre*. Nota in eiusmodi locis fundandi ratio, & vt nihil minor firmitas, quàm ex petroso solo, ædificiis accedat. χαυνὸς, vox est nec ipsa ignota Hesychio, cui κακὸς est & σκληρός· vnde & χαύνωσις. Possit ergo intelligi, solum improbum atque asperum; fundandis ædibus, tantæ præsertim molis, parum idoneum, nisi quantum ars medeatur. σκολιώδης locus, an saltuosus ac præceps, quod χαυνώσει, sensu explicato ex Hesychio non male consentire videtur. Dousa valde ἀπερισκέπτως, τόπον ἀγρώδη καὶ χαῦνον, *amplum & amœnum* reddit. Istud quid ad στερεαίας πέτρας, illique oppositum, quidve ad rationem fundandi eam Ædem?

14. Τὸ Βαπτιστήριον. Melius, ὁ Βαπτιστὴς, qui est ipse Βαπτιστής: quod & Codinus vno loco repræsentat: Est enim ipsum Ioannis nomen, ab ipso traductum ad oratorium ipsius nomini sanctum.

16. Διὰ τὸ ἔρθην καὶ σπουδήν. Accipiantur hæc aduerbij ratione necesse est. Valde insolens τὸ, ἔρθην sitque ab ἐρεθίζω. Codin. rem clarius exprimit, εἶχεν αὐτὸν ἔρως καὶ σπουδὴ πολλὴ, à quo non recessi in versione.

17. Τῶν ἰτιῶν. Codin. τῆς πτελέας· id est, *vlmi*: Arbor est minimè vermibus obnoxia, eoque fundamentis aptissima, teste Hesiodo. Addit & calcem Codinus cum eiusmodi cortice, sed non habet ordeum: ego vtrumque desiderari existimem, vt ex illis tribus massa illa coalesceret ac densaretur, tenaxque adeo cæmentum fieret.

18. Τῶν τε Ῥωμαίων. Maiores illas columnas porphyreticas, Codinus habet fulciendis conchis adhibitas.

19. Ὀθόνην λευκὴν ψιλήν. Codinus, λευκὸν κολόβιον, καὶ ῥάβδον λεπτήν. Alterum ex altero exponendum. ψιλὴν ergo ὀθόνην, intelligit, quæ sine manicis esset; atque adeo colobium. ὀθόνη, λινοῦν ὕφασμα· γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτόν. ὀθόνια, λινᾶ ἱμάτια. Sic veteres Grammatici. Eo autem ornatu Imperator vt commodiori, fabricam fabrosque adibat, statim mutaturus, ac ne quid reliquo habitu atque regio facile insordesceret. πτελὴν, pro λεπτὴν Codini notanda vox. Frequens exoticarum vocum nouarumque vsus circiter Iustiniano Imperatore, ex quibus bene locuples contexendum Lexicon. S. Andreæ τοῦ σαλοῦ Vita, Nicephoro Magnæ Ecclesiæ Presbytero ipsius æquali; necnon spiritali patre ac duce, si quando etiam Græca mihi prodeat,

vna ipſa Iuſtinianææ ætatis eius generis ſegetẽ ampliſſimam dabit. Pauló inferius, vbi *τῷ μὴ ἀγαγεῖν μιλιαρίσια ἡμέρᾳ σαββάτου*, Cod. affirmatè habet, *προσαγαγεῖν μιλιαρίσια εἰς πλῆθος·* velut communi ea erogatione ad finem hebdomadæ Imperator operarum turmam recrearet; Aliter Auctor, tanquam ceſſantibus ab opere, pro diei ſeptimæ reuerentia, quæ ipſa Græcis ſolennis eſt, pecuniæ illam erogationem, ſtatæ mercedis cumulo ſub ipſum laboris æſtum præſtandam, Iuſtinianus inhibuerit. Neutrum caret ratione; nec liquet quid verius ſit.

19. *Διὰ τὸ ἀπολιδῶσι.* Emend. *διότι ἀπολιδῶσι· alioqui deliberentur:* necaliud eſt quod Codin. habet, *διὰ τὸ μὴ ἀπολέσθαι τι τῶν ἐργαλείων· ne quid pereat ferramentorum.*

20. *Τοῖς ἀνορχουμένοις ἐπὶ τὸν Τερόλον.* Horum loco Codin. *πλησίον τοῦ Συλλαγόνι*, quæ vox vt ſana ſit, obſcura exiſtit. Quid ſi *συλλογιμαίου*· nam dictæ aquæ *συλλογιμαῖαι*, *collectitiæ.* Num & ibi *τὸ συλλογιμαῖον*, conſertis quibuſdam ac coëuntibus pro architectonices ratione? Pauló antè, vbi *ἕως τοῦ σουσκόπου*, non ſatis aptè Codin., *ἕως τοῦ σήμερον*, quæ anguſta admodum *προσθήκη*.

21. *Δεύτερα κατηχούμενα.* Catechumena, ſeu Cathecumenia, quædam erant cubicula, *ὑπερῷα*, à dextris atque ſiniſtris Eccleſiarum, qualia hîc deſcribuntur, etiam alia aliis impoſita ac ſuperiora, è quibus per cancellos, ac tranſtra feneſtraſque diuina audirentnr officia, ac etiam ſermo, ſi quando in Eccleſia haberetur: erantque hæc *γυναικῖται*, vt noſter vocat, fœminis maximè addicta loca, quas in Eccleſiis latere potius deceat, quàm palam agere, ac ſe oſtentare. Tacere Paulus iubet, & caput velare: etſi nulla ferè iam nobis ſanctioris eius diſciplinæ ratio eſt. Eiuſmodi Catechumenia erant, è quibus Baſilio ſacris operante miniſter Diaconus & muliercula supernè deſpiciens oculos impudicos paſcebant, vt tradit auctor Vitæ Baſilij, cuius ſimile habet & Chryſoſtomi Vita; vnde iuſſa è Catechumeniis ſub ſacri tempus vela pendere. Merâ laborant inſcitiâ, qui Catechumeniorum hunc locum volunt, non potius Nartheces, aliáque vel exteriora, vel ad fores Eccleſiæ infima loca, ex quibus Miſſam, quæ ipſorum erat, audirent, ſiue etiam concionem, tumque amandante Diacono, Fidelium Miſſâ inchoante abirent. Erant & in Monaſteriorum Eccleſiis ſeu Baſilicis Catechumena, vt ſexcentis exemplis liquet, in quibus nulli Catechumeni; Fideles omnes ac Sancti: quòd non Catholicæ illæ Eccleſiæ, id eſt, promiſcui ſexus, eſſent, ſed aut virorum, aut mulierum, Deo ſacrorum, quibus nulla catecheſeos cura incumberet, ſed vt ſolùm Deo ipſi obſequerentur, ſuáque peccata vel plangerent, vel ſponſi amoribus ſuauiùs per quietem contemplationis fruerentur; needum Clericorum muniis ad Monachos ſubſidiariâ operâ deriuatis: quibus nec modò ſolennis ea catecheſis dedita, vti nec baptiſmi celebratio, quæ Parochorum

iuris

iuris mansit propria. Errauit Meurs. procliui illius vocis etymo deceptus: homo scilicet, vti in Caluini castris militans, Ecclesiæ parum rituum gnarus: at errauere, qui se Theologos Catholicos doctosque arbitrantur. Videantur P. Goar in Euchol. mihique dicta ad Vitam Basilij, Amphilochij nomine.

22. Κατὰ τὴν ὥραν τῆ συζάτου. Aliquid desiderari liquet: nec ex aliis licet supplere, cùm vnus auctor Anonymus narret. Non placet etiam; βαθὺν ἀείσου· certè insolentius videtur, etsi conatus sum reddere.

23. Τὸν καὶ ἔπαρχον. Idem homo est, quem tamen Codinus duplicem facit; apud quem, καὶ Θεόδωρον πατρίκιον καὶ ἔπαρχον, καὶ Κολοκυνθῶν. Lambec. & Dousa, *Theodorum Patricium & Præfectum vrbis, & Colocynth·n.* Putem errorem in Græcis sic emend. τὸν καὶ Κολοκυνθῶν· *qui & Colocynthes dictus est*, vt nullum dissidium sit, nisi quod scribæ manus imperita fecit. Codin. item seruos ad octo restringit, quod ipsum non satis probabile: reliqua nobis pleniora, ac meliora. ταὶ παλάτια ἀχειροποίητα θαυμαστὰ ἐκ πομπῆς, probari potest. Ἀχειροποίητον Græcis, quicquid non arte humanâ factum; eiusmodi erant illa palatia, alioqui κτιστὰ & ἐκπομπῆς, siue reipsâ existerent, siue animi cogitatione existere viderentur, ac specie luderent: veros interim nummos porrigente Angelo, ne fraus operariis fieret. Bulgidia ritè paria singulis asellis imposita: nobis, *bougete*: θυλάκιον Suid. sacculos geminos, in quorum singulos iniecta quater librarum auri centena, octogesies centena sunt. Quid sibi velit P. Labbe, me fugit, dum ita scribit. *Leunclauius legit*, ἀνὰ κεντηνάρια ῥ′: *alij Cod. habent*, ῥ′ ῥ′· quasi istud aliud sit quàm κεντηνάρια· *centena libra*, geminatâ literâ ad plurale significandum, cui addendus numerus, nempe ῥ′· omittit P. Labbe, notatque fortè erroris Leunclauium quòd adscripsit, ipse magis notandus. Velut certè erroris aliquid in Leunclauio hîc deprehenderit, sequitur: *Errat quoque idem Interpres, cùm Euthymium Patriarcham pro Eutychio substituit.* Verum sanè, errorque non dissimulandus: *& qui* d εισοδεύσαι *vertit, templum ingressus.* Alia producenda Labbæo versio: Fuit certè ingressus in Templum, sed solenni quadam pompâ, quam, re conspicuâ non magni intererat reddendo declarare. Codino implexa omnia: sequentibus, βουλγίδιον, σαγμάριον reddit.

24. Καὶ τὰς στοάς. Desunt hæc, aliaque plura Codino Luparensi, quo nullus hîc ei sensus constat: στοαὶ, καμάραι, ἀψῖδες, ceu synonyma auctor habet: quibus scilicet vitro pellucido, ad altare lumen deriuaretur. ὁ μηχανικὸς, Codin. ὁ βασιλεύς· hoc tamen quasi compendio historico, tribuens Imperatori, quod eo consulto princeps Architectus exequi iubebat, ac ipse exequebatur. κόγξ μονοκάμαρος, *concha eiusmodi, quæ vno aditu, vn que apside illuminaretur*: cui opponitur, τὸ, δίφωτος· in quo errauit, cæco duce Dousa. Lambecius in

re lucida, dum legit cum eo, διάφωτον, redditque, *perlucidam*: cùm sit, *duplici apside ac porticu irradiante luce affusam*; vt & quod postremum ab Angelo iussum est, τρίφωτον, *triplici*.

25 Ἀκηδιῶντες. Malè Codinus, κτίζοντες. Animo concidente, tristi animo ac depresso. Sic supra, præsto mercedem operariis fuisse dixit, ne ex illis qui ἀκηδιάσωσι *tadio victi animum desponderent*.

26. Οἱ πεσσοί. Codinus, οἱ μοχλοί· quæ tautologia est, cuius nec facilis sensus, quicquid reddere tentauit Lambecius. Planè enim pilarum compositio describitur, quas interius exteriusque ferreis eiusmodi vectibus plumbo ferruminatas ad robur inconcussum idem asserit, obductas deinde cæmento ex calce & oleo, tumque marmore incrustatas: quod qui trabibus ascribat cum Lambecio, mihi scitus architectus est. De pilis & ædificiis, quæ pilatim aguntur multis Vitruuius lib 6. cap. 1. vbi Guilielmus Philander Castilion. σύνας Græcis vocari ait; nempe maiores eiusmodi quadratas columnas; & à pilâ dictum Ciceroni Philip. 2. *oppilare*, pro obfirmare & occludere; ac ante illum Lucret. lib. 6. *Fluctibus aduersis oppilare ostia contra*. Scitè cauet Meursius, ne hæc pisa quis intelligat: dura certè quæ excoquantur; nec quæ illis sufficiant, vllæ caldariæ aut ollæ existant. Euseb. lib. 3. de Vita Const. cap. 37. πεσσούς vocat, vbi malè Christophorsonus *postes* interpretatur, vti etiam notauit Henr. Valesius. Procop. lib. 1. de Ædificiis Iustiniani, de hac ipsâ sanctæ Sophiæ Æde ita describit. κατὰ τὸ τοῦ νεὼ μέσον λόφοι χειροποίητοι ἀνεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσούς· δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον. αὐτίον τε ἀλλήλοις ἴσοι ὄντες· quæ & alia desiderâtur in Arnoldi Vesaliensis interpretatione; sed meliore ex Regia Lupara iam eruditus nitidusque Interpres Claudius Maltretus S.I. suppleuit, quæ ex Regiâ Luparâ breui expectatur. Has tantas moles ita compingi necesse fuit, vt firmæ essent, ac columnis reliquis, quæ ipsis summo vertice inniterentur firmitatem præstarent, vt est auctor Procopius; sicque foris obduci & incrustari, ne à reliquo Templi decore ipsæ abhorrerent. Pressius deinde idem Procopius eam pilarum compositionem his nostris consentaneâ, lapididibus plumbo ferruminatis, nullâ calce ac bitumine, refert: quod rarum ædificandi genus; nec fortè alibi vsurpatum. Maneant ergo nostri nobis πεσσοὶ. πεσσοὶ. λόφοι, præruptis scopulis aspectu similes, tantamque ædificij molem sustentantes, vt idem Procopius loquitur; facessant verò Luparenses ac Codini μοχλοί· quicquid tandem, vel trabes, vel tigna libeat dicere, seu etiam vectes. Vox ἐγκαχ ιασμένοι, siue vt Lambecij Codinus sine augmento repræsentat ἐγχλιασμένοι, cùm eodem teste antè legeretur, legiturque in Dousa, ἐγχλιασμένοι, mihi adhuc difficilis; lapsusque errore Lambecius est, qui tanquam ex Hesych. ἐγχλιάζω, exponit ἑδράζω. Alia enim vox apud Hesych. & Phauor. refertque etiam Stephan. ἐγχλοάζω, *Hesych.* ἑδράζω. Putem ego ex eo quòd χλιαρὸς, tepidum significet ac incalescens, hoc velle Auctorem ac Codinum eâ

voce velut conglutinatum ac ferruminatum, liquenti scilicet plumbo, vt magis Procopius explicat, significare.

27. Βήσαλα. *Cocti lateres*, vox planè Hebræa, seu potius Chaldæa, nam, בשלא significat coctum. In ea viris doctis erratum. Cujac. lib 9. cap 26. *Theophilus in titulo de rerum diuisione tigni diuisione βήσαλον contineri ait: id pessulum interpretatur.* Malè: sic certè Curtius Interpr. At Glossis, βήσαλον, *later coctus*. l. 19. ff. vrbanorum, βήσαλον pro figlino opere accipitur. Sic quoque bene Godefrid. in Nomenclatore Promptuarij Iuris Constantini Harmenopuli. Denique Tzetzes Chiliad. 9.

Ὀπτὴν δὲ τὴν ἔνδον γίνεται, τὴν βήσαλον καλοῦμεν.

28. Κισσηρέϊν. Glyc. κισσηρεσιδῶν· etsi errore editum, κόκκινος. redditumque, *non tamen puniceis*. Codino etiam hæsit κισσήρινος, quod esset *hederacea*, non *pumicea*, vt bene reddit Lambec. etsi illi quoque in notis hæsit *puniceus*. Tanta scilicet typorum accuratio vel ex Luparâ. Salm. in suo Sousæ Cod. emendauit κισσήρινος, *pumiceus*. De Sanctorum Reliquiis quas tot locis illius Templi tantâ Religione adhibitas cum Anonymo Codinus refert, mouenda illa vox ex eodem Codino, πάντων· quam nec mihi Anonymus habet: vel sit posita, ad distinctionem τῶν ἐπισήμων· vt in Trullâ, cuiusuis generis Sanctorum Reliquiæ adhiberentur, etiam minus celebrium; aliis verò locis, solùm celebrium; quibus scilicet minus immineret periculum.

29. Ῥωμαίων πρασινίων. Clausa hæc ex Codino mutuatus sum, cui vicissim longè plurima ex nostris desiderantur. Ῥωμαῖον πρασούσιον marmor, mixtum purpureo atque viridi, cuiusmodi ruta virorem habet, quæ est πήγανον· vnde πηγανίσιον, pro πηγανώδης. Statuæ Veneris ex eo marmore Anonymus meminit in Collectaneis. Dousa, *Ruta Rom. & variis rosis strauerunt.* quod satis à marmorum illis generibus remotum videtur.

30. Καὶ μαργαρίταις καὶ ζάμβυξι. Cedrenus in Zenone dum Perozæ cladem narrat, vnionis meminit ingentis ac candidissimi maximique pretij, quem ille à dextrâ aure detractum abiecerit, ne quis eum post se gestaret; qui tamen in Hunnorum potestatem venerit; à quibus etiam Iustinianus centum auri libris redimere voluerit. Vniones ali ait à pectinibus, οὕς τινες ζαμβύκας ὀνομάζουσι, in Sinu Persico, qui à Rubro mari versus Aquilonem est situs Quod ergo auctor ait, id est, adhibitas margaritas, easque ipsas eximias margaritas, quas sic dicti pectines alunt, quæ & primatum in margaritis habere videntur. Nos *Orientales* vocamus. Andreas Cret Orat. de Humana vita & Defunctis, τὸ, θαλάττιος ζάμμυξ, ad idem affert, vbi à me notatum alium Codicem habere ζόμβυξ, vt sunt istæ literæ in MSS. Græcis affines, pronumque est exscribendo labi, seu etiam scribendo. Videri possunt ibi mihi notata, & de βίββοις, quod

Persæ vocant; teste Eustathio. De margaritis & vnionibus egregiè Orig. ad cap. 13. Matth. vbi Indicis primatum tribuit; è quibus illa Perozæ fuerit: nec ferè aliter idem Orig. describit. Habere ait Regem haud secus ac apes, quæ Indicos illos vniones conchæ alunt, quo capto facile grex totus capiatur.

31. *Τρίψαντες εἰς ὄλβους καὶ δήσαντες.* Pro *ὄλβους* legendum existimo *βόλους*, vel *βώλους*, siue ita auctor abusus est, siue antiquarius scripsit. Geminum fere video, quod habet Vitruuius lib. 7. cap. 11. qui est de cærulæi temperationibus. *Arena*, inquit, *cum nitri flore conteritur adeo subtiliter, vt efficiatur quemadmodum farina, & æri Cyprio limis crassis (vt scobis) facto, immixta conspergitur, vt conglomeretur: Deinde pila manibus versando efficiuntur, & ita colligantur vt inarescant. Ea arida componuntur in vrceo fictili: vrceus in fornace ponitur; ita æs & ea arena ab ignis vehementia conferuescendo, cum coaluerint, inter se dando & accipiendo sudores, à proprietatibus discedunt; suisque rebus per ignis vehementiam confecta, cæruleo rediguntur colori.* Sic quoque tantæ illæ species ad sacræ Mensæ compositionem exquisitæ (præsertim lapilli, margaritæ & gemmæ, quorum liquandorum veteribus non defuit scientia) attritæ atque subactæ, inque pilas compactæ ac colligatæ sic paratæ sunt, vt in fornace conflatorio vase inclusæ, sibique inuicem communicantes, ac detritis rei cuiusque proprietatib. in mirandi stuporis Mensam eiusmodi coaluerint. Rem paulò distinctius narrat Cedr. ac libet adscribere. *Τότε ποιεῖ καὶ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, ἔργον ἀμίμητον. ἀπό τε γὰρ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ λίθου παντοίου καὶ ξύλου καὶ μετάλλου, καὶ εἴδους ἄλλου, ὅσα τε γῆ φέρει καὶ θάλασσα καὶ πᾶς ὁ κόσμος· ἐκ πάντων συνάξας τὰ μὲν κρείττονα καὶ τιμιώτερα πλείονα, τὰ δὲ ἥττω ἐνδεέστερα, τὰ τηκτὰ, τήξας, τὰ ξηρὰ ἐπέβαλεν· καὶ οὕτως εἰς τύπον ἐπιχέας, ἀπεπλήρωσεν αὐτήν. ὅθεν καὶ ποικίλη φαινομένη, θάμβος παρέχει τοῖς εἰς αὐτὴν ἀτενίζουσιν· ἐπιγράψας γύρωθεν ταῦτα, Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομέν σοι οἱ δοῦλοί σου Χριστὲ, Ἰουστινιανὸς καὶ Θεοδώρα. κ.τ.λ.* *Sacram quoque Mensam tunc fecit, opus imitatione nullâ æquandum. Constabat auro, argento, omnis generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus quas terra fert & mare, & totus mundus. Ex omni materiâ, pretiosiora plura, viliora pauciora collegerat: liquatisque iis quæ fluunt, sicca illis immiserat, sicque in formulam fundens, absoluerat* [Non bene Xyland. *formam mensæ absoluerat*] *Itaque varium illud opus contuentibus stuporem injiciebat. In orbem hanc habuit inscriptionem, Tua de tuis tibi offerimus serui tui Christe, Iustinianus & Theodora, &c.* De lignis, quod inserit Cedrenus, eius fortè, nec verum sit. Nec Anonymus meminit, nec Codinus, aut alij: Haud certè lignum, vel arbor eiusmodi materia est, quæ injecta in tanta illa metalla igne liquata ac flammantia non in fauillam fumumque euanesceret. Quod ergo Codin. *πᾶσαν ὕλην πεπηγμένην* dixerat. Anonym. *πᾶσαν ὕλην μεταλλικὴν* malè Cedrenus ad ligna

ipsa traxit. Vocem ὄλϐους in versione, malui ... adducere, quàm incertum aliquid proferre. Olba Matth. Siluaticus in Lexico Medico, fenugræcum explicat. Hoc nihil ad rem. Si βόλους leg. vel βώλους erit, in frusta & minutias conterentes ac tenuantes. Quid si εἰς ὅλϐους, in mortariis, nam πυλὸς, quod Hesych. inter alia exponitur τὸ βόλος, apud Theucyd. mortarium redditur. Sed hoc fortè remotius: malim ὄλϐους, seu quicquid aliud legatur, Vitruuij pilas esse, oblongas massulas & bulbos: ne fortè non ideo scriptum βολϐούς cuius vocis prima litera exciderit, cuiusdam velut euphoniæ causâ, nisi antiquario omissa sit.

32. Καὶ πεδῶσαι μέλλοντες. Codinus hoc ipsum ita exprimit, καὶ ἐδαφίσαι τὸν ναόν. Glycas item, καὶ ἐκδαφίσειν αὐτό· vbi bene Leuncl. *Qui auro pauimentum atque latera spoliaturi essent.* At Lambec. Dousam secutus, *Qui templum solo aequaturi essent.* Non abhorret quidem illa significatio ab eâ voce, sed abhorret à loci huius instituto; puremque errore sequentibus scriptum, ὁ ναὸς, pro ὁ πάτος. de quo sermo erat, & quod erat consilium, ὅλον χρυσοῦν ποιῆσαι, inquit idem Cod. vbi Lamb. *totum pauimentum auro obducere.* Hoc igitur si factum foret, eruendum pauimentum eiusmodi, non ipsum templum, paupertatis quæsito colore, & vt inde opitularentur Reip. ritè conjectati Mathematici, non tam Astronomica scientia, quàm sagacium virorum solertiâ.

33. Μετὰ τῆς σωλέας. De Soleâ, videnda quæ doctè disputat noster P. Goar in Euchologicis. Paulo maior ex istis notitia accedat. Locus erat Amboni conjunctus, ac paulò à loco Sacerdotum excurrens, ex quo populus venerandis Mysteriis à Sacerdote impartiebatur, vt esset velut Domini solium. Sequentia καὶ χρύσων καὶ ἀσπίτων, sic reddo. quasi & ipsa gemmas ac eiusmodi Templum ornantia significent. Infra τὸ χρύσων adjectiuè ponitur, καὶ κηρύων χρυσοῦς ... candelabra aurea sic pellucida, vt velut crystallum præferrent· ἀσπῖδα, linguâ vulgari *scintilla*, quod malim; à quo non multum visum abhorrere, τὸ, ἀσπίτων, vt sint quasi scintillantes gemmæ, ἀσποδοϐολιῶν, eadem vulgari linguâ, quod præcipuè carbunculorum. Sic cogor diuinare, ac meliora docentem expecto, dum interim glaciem ipse frango.

34. Ξυστά. Vox perinde ignota. Stephanus ait referri cuidam Grammatico pro ornatu quodam muliebri. Vox xysta, etsi Architectis nota, non ita videtur quadrare: nam sunt περιδρομίδες subdiales: Legendum ergo σιστοὺς, quod Glossis Græcobarbaris idem est ac σπυρίς. Quid si κίστας legamus? *artophoria, panaria, cistellas:* nec enim hæc non in templo erant, Christiano ritu sacris Eucharisticis ante omnia dedito τὸ, ἀσπιδωτῷ, lego ἀσπιδωτῷ: sitque vel, *margaritis rotundis seu teretibus* (quod reddidi, & margaritarum summa perfectio est) vel scuti in morem, vel catenulis, vel lucernariis, phrygionico velut opere intextis.

μν. τὰ δὲ στομίδιον. Margellam dicamus in quâ procliue sedere, quod Ioannes ait cap. 4. ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ· *Sedebat sic super fontem*, quem & φρέαρ, *puteum*, idem ipse vocat : viuâ scilicet scaturigine, & cui periculum non esset vt haurientibus, eius quandoque aqua exhauriretur. Sic & Moses Exod. 2. ἐπὶ φρέατος sedet, *super fontem*, hauritque in canales, nec necesse operculum, vel illi amouere, vel nobis saltem cogitare, in quo vel ipse, vel Dominus sederit. Id ita legitur Gen.29. Fuitque forsitan ille puteus cisternæ similior, paucas habens aquas, nec sic perennes vt potandis pluribus gregibus sufficerent, adeoque necesse fuerit, obuoluto lapide os putei claudere : nisi, & hoc Palæstinorum fiebat liuore. Vt vt sit, Putei στομίδιον, vel vt Codinus habet, στόμιον (nec sensu refert) vt *operculum* ritè reddatur, vel in putei operculo Dominus sedisse dicatur, quod operculum Iustinianus S. Sophiæ à se extructæ intulerit, nullus mihi Codini Luparensis Interpres Lambecius persuaserit; nec qui illi auctore Dousa præiuit. Ita potius τὰ χείλη, & quæ extantia à terrâ, fontem altiori scaturigine manantem, ambiunt. Hæc enim in fonte os esse dicuntur ac facere, non operculum, si quando fons occludatur. Os, Græcorum sensu ac Latinorum, apertionem sonat, non oppositum. Sic Aristot. de Mundo, τῶν πνευμάτων πολλὰ πολλαχοῦ γῆς ἀνέῳκται στόμια. *Exitus spirituum in multis terrarum locis aperti sunt.* Lucian. de Luctu. πρὸς ὀλίγον τοῦ στομίου ὑπερκύψαι. *Paulisper è specu caput efferre & prospicere.*

36. Ας εἶχον οἱ ἄγγελοι τότε εἰς μίμησιν. Sacerdotes, Angelos dicere videatur, qui Angeli sint imitatione. Codinus simplicius, αἷ τινες ἤχησαν, καὶ ἔπεσον τὰ τείχη. *Quarum clangore muri corruerunt.* Ingens fides, quòd illæ tubæ seruatæ incolumes, & S. Sophiæ templo illatæ, vt & quod ligna Arcæ : nam & ipsa foribus interius componendis aptata superius habet. De Putei Samaritici margella non ita difficile. De Constantini solio, sic altiori loco supra sacrum Puteum, Tubasque exposito, Anonymus silet, vt & Codinus de religione Crucis ad Christi staturæ modum compositæ, eiusque vi miraculorum effectrice; quod pluris est. Extat & in Sandionysij ad agrum Parisiensem columna eo nomine venerabilis; quæ Romæ extabat, nuper sublatam aiunt, non satis demum illius probata religione.

37. Ενδυταὶ σωληνωταί. *Mappas lapillis canaliculatas* aliquis dicat, cum nostro Goario in Euchologi. & Cod. cap. 4. Ego hæreo. Vox sequens, σίμματα, mihi ita accipitur, ac Hesychio σέλματα, & Phauorino σίθματα· Facilis enim literæ permutatio affini velut sono. Hæc enim illis σέμματα & στέφος, cuius vocis nota significatio: *corona, corollaria*, quæ ipsa fortè superinjecta ac extantia operimenta, ἐνδυταὶ, obtegentes sacra vasa mappas, ac altaria à puluere sordibusque protegerent. Quod Nicet. de rebus gestis post excidium Vrbis ait, στέμματα, ἤγουν περιπορφυρὰ λύμματα, mihi no-

uum, & Græcanicæ in vocibus licentiæ videtur. Pocula iſta, calices ſunt, quibus Dominicus Sanguis miniſtratur ac conficitur; diſci, quas vſus Latinus in ſacris Patenas vocat; quibus item Dominicum Corpus in altari reponitur: de quibus ſat multa P. Goar in Euchologicis. Nobis quoque eadem ferè religione tanti vaſa miniſterij ſeruantur, quibus eadem eius ſit fides ac Iuſtiniano, omnique retrò à Chriſto ætate Catholicis hominibus fuit; cuius abſentia tanta ſacrilegè patrata eorum paſſim direptione Pſeudoeuangelicis.

38. Κτήματα. Codinus προάστεια, redditque Lamb. *prædia ſuburbana.* Sint prædia quæque ruri poſita. Philo lib. 1. de Vita Moſis dixit etiam χώρας προάστεια, *regionis ſuburbana.* Propriè magis locutus Anonymus: nec enim tanta hæc prædia omnia propriè ſuburbana.

39. Τοὺς ἱερωμένους. Eccleſiæ Græciæ indulgentia, Sacerdotes laici vxoribus vtuntur, prætérquàm cùm præſto ſunt altari: idcirco neceſſe vices illis præſcribere eo in templo, in quo plures ſemper ſacra deberent obire. Sic itaque pius Princeps Dauidis fere ac Salomonis imitatione, millenos quà Sacerdores, quà minorum ordinem Clericos, certis vicibus atque diſtinctis Maiori Eccleſiæ addixit: Itemque Cantatrices ſeu mulieres Canonicas, quæ ipſæ locis Templo vicinis ſuas ædes haberent, vnde ad ipſum, ſeu eius muliebria cubicula ac Catechumenia, illis aditus eſſet. Velut fere creditur Hieroſolymis fuiſſe, vbi & educata ad annos ipſos nubiles ſancta Maria, à parentibus triennis ex voto oblata.

40. Καὶ τῶν λοιπῶν εἰδῶν. Codinus, ἐνδυτῆς· ἐνδυτὰς ſuperius habuimus, quæ eſſent γλωσσοκόμων, ſiue quid eiuſmodi; nec hîc aptè ſatis Codino repetatur. Alia quoque vel diminuta, vel corrupta, vt quòd vox σκευῶν deſideratur, quòd τοῦ βασιλέως, αὐτὶ τοῦ, τῆς βασιλείας. De numero quòd ita diſſentiunt Anonymus & Codinus, non auſim decernere; ſic in numeris procliui errore, vbi præſertim non ſatis emendati, aut erudita manu conſcripti Codices. Ac nec Regius Patri Goar relatus Codini Lupar. de Officiis cap. 17. vbi de Ambonis & Soleæ ἐξόδου; id eſt, fabricæ expenſa, illi ſermo eſt, noſtris conſentit. Εἰς τὸν ἄμβωνα καὶ τὴν σολέαν ἐγένετο ἔξοδος χρόνου πάκτου τῆς Αἰγύπτου κεντηνάρια τριακόσια ἑξήκοντα πέντε, καθὼς ἐτυπώθησαν παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· quæ ille ſic reddit. *In Ambonem & Soleam trecenta ſexaginta quinque centenaria annui tributi, ab Ægypto penſi tributa ſunt, qualia prius à Magno Conſtantino, vt à Sabaro Perſarum Rege penderentur, fuerant impoſita.* Vel fortè poſita, ad duos treſve annos, quibus durare potuit illa fabrica; non vt is illi reditus in perpetuum addictus eſſet, quod quis ex verbis Interpretis poſſet comminiſci: ſicque nihil admodum diſſidij eſt.

41. Τῇ πολυποικιλίᾳ. Noſtra paulò clariora; & vt liquet, maris iſta repræſentio in ipſo ſtrato pauimento erat, etſi adderet auri fulgor atque marmorum & lapillorum in parietibus & columnis, aliiſ-

que templi ornamentis. Codini verba ſe non ſatis capere fatetur Lambecius. Sic emend. ἔκ τε τοῦ χρυσοῦ θείας καὶ κόσμων καὶ μαργαριταρείων· pro vitioſo λαγαρικῶν. Τὰς φίνας, quod vocat Anonymus, Nartheces ſunt, exterioraque pro templi foribus atria, quæ toties quatuor fuiſſe teſtatus eſt; aitque hic Iuſtinianum quatuor flumina paradiſi vocaſſe. In voce φίνας, palam λαπτίζει, ac ſi *fines* dicat

42. Τὸν πυλῶνα τοῦ Αὐγουσταίου Pro Regiis ſcilicet foribus, vbi tanta illa mactata Salomonis imitatione, non ſacrificandi ritu, ſed plebis dapibus demerendæ, vt in eiuſmodi ſolent. Venit itaque quadriga vectus, ingreſſuſque atrium quod eſt ante maiores Eccleſiæ fores, erogationem fecit, qua peracta è Patriarchæ manibus ſe proripiens, velutque occupans animi alacritate, inde ad ambonem cucurrit. Vnus hic noſter ſingularum diſtinctè rerum commeminit.

43. Τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ. Erant hæc dedicationis præcipua ſolennia, explicatque P. Goar, *cùm Reliquiis in Eccleſiam illatis, populo preces facturo ingreſſus liber permittebatur.* Sic ad calcem explicationis Officij Dedicationis, Balſomonis textum exponens, quo ille diſcrimen tradit Eccleſiarum, quæ ſunt conſecratæ, διὰ ἐγκαινίων, ἀνοίξεων καὶ ἐνθρονισμοῦ, χρίσματός τε τοῦ ἁγίου μύρου, καὶ ἀποθέσεως λειψάνων μαρτυρικῶν, καὶ τῶν μὲν ὑπὸ ἁγιασθεισῶν, καὶ εὐκτηρίου τόπον ἐχουσῶν; *per Encania, & Apertionis, Thronique ponendi ritum; ſanctique Vnguenti perfuſionem, ac Reliquiarum Martyrum d poſitione; eaſque qua non ita ſanctificata ſunt, ſed ſe habent velut oratorium.* Atqui longè antè, Cedreno auctore, facta erant Magnæ Eccleſiæ Encænia; anno ſcilicet Iuſtiniani 11. Ait enim, Τῷ ια΄ ἔτει γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ βασιλέως σὺν τῷ λαῷ. Emend. λιτή. qua in voce, magnum quid ſe nobis dediſſe Xylander exiſtimat, dum *Proceſſionem* vertit, nec ſatis Eccleſiaſticè, homo ad Eccleſia caſtris extorris, exponit. Emend. item, Ἀναστασίας. Huic enim dicata Eccleſia (Anaſtaſiæ ſcilicet Romanæ ſeniori) non Reſurrectioni, in qua & docuit Gregorius Theologus, dum adhuc humili ſchemate Arianis propemodum ſpreta, Conſtantinopoli τοῦ ὁμοουσίου profeſſoribus relicta eſſet; Marciano Oeconomo auguſtior deinde reddita. Verùm Cedrenus dum Theophani dicta perſtringit, malè tacet, quod ille neceſſarium exprimit. Niſi per antiquarium aliquid illi excidit. Ait itaque ille eodem ipſo anno 23. Decembr. γέγονε τὰ πρῶτα ἐγκαίνια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας· καὶ ἐξῆλθεν ἡ λιτὴ ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας, καθημένου Μηνᾶ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, καὶ τοῦ βασιλέως συλλιτανεύοντος τῷ λαῷ. *Prima Magnæ Eccleſiæ celebrata Encænia. Proceſſitque ſupplicantis populi cœtus à ſancta Anaſtaſia templo, Patriarcha Mena in Imperatoris curru ſedente, & ipſo Imperatore inter plebem procedente.* Fuit ergo illa prima dedicatio, extructa nimirum toto illo quinquennio

quennio ab eius templi incendio, ac dum maioris ædis materia quæritur, sacrâ æde aliquâ, seu eius parte, quæ iam tum Magnæ Ecclesiæ nomen obtineret, quâ interim summus Constantinopoli Antistes præsideret. Maioris Ecclesiæ, seu potius eius altaris, tertiam consecrationem Eutychio Patriarchâ refert Zonar. cùm ex terræmotu collapsus Magnus globus versus Orientem collocatus, Ciborium, Sacram mensam & Ambonem contriuisset, eaque occasione destructam Trullam Iustinianus altius extulisset.

43 Ὁ νεωτερικὸς Τροῦλλος. Codin. κύκλος, redditque Lambec. *Nonus Ambitus*, quod obscurius; etsi in Notis rectè obseruat, positum κύκλος, ἀντὶ τοῦ, τροῦλλος· Iam secundò tum illi, tum Anonymo, ὁ νεωτερικὸς, & quidem articuli expressione, Ἦν ὁ νεωτερικὸς ὄρθιος ἱστάμενος. Nec solùm nouum, quasi recentem fabricam putem eâ voce, vtrunque, ac ex altero alterum, auctorem, significare voluisse, quod reddit Lambec. sed noui & insolentis, propéque temerarij operis, tantâ scilicet mole in tantum fastigium erecta, velutque suis librata momentis, & ex summo aëre pendula.

44. Ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ. Ex sorore nepos, nempe Vigilantiâ, vt auctor est Coripus Africanus. Sic quoque alij. Vnus scilicet Ioachimus Camerius in S. Nicephori breui Chronologiâ, vbi pariter Græca Iustiniani ἀνεψιὸν dicunt, quasi explicationis gratiâ sic reddit, *Iustinus Iustiniani fratris filius*. Græca vox ipsa quidem anceps est, at præstet Latinam & ipsam ancipitem reddere, quàm aliò, extraque auctoris mentem exquisitiore diligentiâ trahere. Diem & horam quibus lapsa Trulla, sic Anonymus, Codinus, & Glycas narrant, vt inter se omnes dissentiant: sic procliuis in numeris error est.

45. Καὶ οὐ ἔπαξε πῆξιν. Negat. necessariò restituo Eadem voce paulò post vtitur, ac necessariam vtroque loco cocturam significat, antequam destinæ, ac lignorum sustentacula amoueantur. Posteriore loco Codinus πῆξιν habet; quæ nec ipsa vox abhorret. Et coagmentari necesse prius structuram, & coagmentio τῇ πῆψει. fit, *cocturâ*, quâ crudus omnis humor ædificij exsudat, ipsumque duratur, vt cunctis deinceps iniuriis resistendo sit. Audiui à religioso hìc domi fratre, pingendi ac structuræ artis perito, cuius penicillo nostræ porticus ac xysti, omnigenâ pictorum colorum varietate splendidè nitescunt, audiuisse se ab Architecto, qui per duos annos sustentacula hæc abs se structæ fornici, paulò mole grauiori, capaciorique felici successu non amouerit.

46. Κόψαντες ἐκ τοῦ προτέρου τρούλλου. Codinus, Ἐκόψαν ἐκ τοῦ προτέρου ὕψους, ὀργυιὰς ιε΄. *Priorem altitudinem ad orgias quindecim praeciderunt.* Nec aliud voluit Glycas, etsi malè reddit Leuncl. ac si noua Trulla quindecim duntaxat orgyas haberet; *Ad orgyas quindecim excitata*, inquit. Sed præstat ipsa Glycæ verba reddere, quæ nec elegantia carent. Ἀνεγείρεται αὖθις πάλιν ὡς ιε΄. λειπόμενος πρὸς τὸ πρότερον ὕψος, ὀρ-

γυιῶν ιι'. *Excitatur rursus; verùm plano vertice, cui ad priorem altitudinem orgia quindecim deessent.* At Leuncl. *Ita tamen vt priori s sublimitatis respectu, tantum non campestre solum æquare videretur, ad orgias quindecim excitata.* Fungi hæc, debuitque per vulgantis industriam meliora parere Regia Lupara.


47. Μαρσοῦ πατρίκιον καὶ πραιπόσιτον. Codinus, Ναρσῆ πατρίκιον habet: absque voce πραιπόσιτον, etsi erat & ille πραιπόσιτος, non *Episcopus*, vt quandoque insulsè nonnulli Theologo in re simili redditum est, sed *Eunuchus*; verùm Eunuchus eiusmodi, qui non tam sacro cubiculo, quàm armatæ militiæ soleret præesse. Nec fortè istud munij Narsem satis deceat, virum tam senem tantisque olim victoriis clarum, καὶ ἀγαπητὸν τῷ βασιλέως, *Imperatori charissimum*, vt vocat Cedr. Iustini anno 7. Typothetæ Lupar. miserè, *Marsen edidere*: & paulò superius, de collapsa Trulla, *mirabilem Ambonem*, &c. *continuit*, pro *contriuit*, συντρῖψαι· quòd sanè Lambecius reddidit.

48. Ὅτι ταῖς ἐκόψαι τὰς σκαλώσεις. Miror Lambecium qui & ipse sic legat, edatque, potuisse reddere, *Cùm verò scalas conscendissent.* Dicerem errasse typothetas, ac voluisse Lambecium, *conscidissent*: hæc enim vis Græcæ vocis: verùm non ferunt sequentia, in quibus error continuatus, inde ortus, quòd parum attentis oculis, τὸ, ἐπαρεῖν, seu magis ἐπαίρειν, pro ἀπαίρειν incurrit: Anonymus, καταβιβάζειν. Non erecturi destinas ad sustinendam Trullam, sed depositutí, illa iam per tempus excocta ac coagmentata. Ac sanè scitus erigendi eas machinas ac fulcra modus: secus verò in aquam mittendi, quæ demitti vix ac ne vix possent, quin graui casu illisa, subiecta confringerent ac diuellerent; quam ipsam cum aliis rationem collapsæ Trullæ paulò superius artifices dederunt, ipso Codino referente, ὅτι τὰς σκαλώσεις κόψαντες οἱ τεχνῖται, ἔρριψαν εἰς τὸ ἔδαφος: vbi nec feliciùs vel redditum Lambecio, vel per typos illi editum; *Quodque artifices scalasque in terram proiecissent.* Haud planè illi superstites, si ita, vt hæc sonant, cum illis actum esset. At neque his proximè hærentia ac superiora minoris inscitiæ. *Quòd Trulla altior esset, quàm vt vndique conspici possit.* Ergo ad hoc in humile cogenda? Nugæ. Sic fortè scrupus, aut calculus oculis paulò debilioribus propius adhibendus, qui ipse altiori loco positus aciei vim fugere possit, vti in auiculis altiùs euolantibus non rarò contingit: at non sic Trulla, nec ita Iustinianus desipuit, vt altiorem vellet aut faceret, quàm vt vndique conspici posset; sed πρὸς τὸ ὁρᾶσθαι πανταχόθεν· tanto fastigio extulit, *vt vndique conspicua esset.*

49. Ὅτι καὶ [Ιουστινιανὸς, ὡς] εἰ.] Ita supplendum cogat, tum series ipsa, tum vox ὁ αἰσιώδος αὐτοῦ, quæ certo indicio est, Iustiniani nomen excidisse. Nec Codinum editum moror, in quo est, αὐτῶν, tanquam ad Ecclesiam referat. Non enim de illa, eiusve auctore illi agebatur, sed de Trulla, quam alij etiam Iustiniano, vti reliquam Tem-

pli fabricam adſcriberent, cùm eſſet proprium opus Iuſtini eius nepotis ac ſucceſſoris. Potuiſſe enim Iuſtinum Iuſtiniani gloriam ſic obſcurare, vt ipſe Templi S Sophiæ conditor haberetur, non Iuſtinianus, nemo ſapiens dixerit. Emend. itaque & in Codino quod malè deprauatum, ac ſcrib. ἀυτόν· ſupplendo vt in Anonymo. Per me ſtat, ſi cui aliud videatur.

Etſi videri hæc ſatis poſſent, vnuſque hîc datus Anonymus ſic luculentus ſufficere: quod tamen breuiora ac antiquiora quoſdam magis delectent; libuit ipſam Procopij narrationem hoc argumentæ ex I. περὶ τῶν κτισμάτων, *de Ædificiis* Iuſtiniani, qualem poſt Dauidem Hœſchelium, Græcè, ac Latinè poſt Arnoldum Veſſalienſem, è Regia Lupara Vir eruditus ac politi ſtyli Claudius Maltretus S. I. iuris publici fecit, hîc repræſentare.



ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ.

PROCOPII RHETORIS

DE SANCTA SOPHIA.

F. FRANCISCO COMBEFIS Interprete.



ΝΔΡΕΣ ἀγελαῖοι τὲ καὶ ὁ συρφετὸς ὄχλος Ιουστινιανῷ βασιλεῖ ἐν Βυζαντίῳ ἐπαναστάντες, τὴν Νίκα καλουμένην στάσιν εἰργάσαντο· ἥπερ μοι ἀπαρακαλύπτως ἀκριβολογουμένῳ ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδιήγηται λόγοις. ἐνδεικνύμενοι δὲ, ὡς οὐκ ἐπὶ



YZANTII quondam viliſſima capita ac vulgi colluuies excita in Iuſtinianum Auguſtum rebellione, vocatam Nica (id eſt, *Vince*, ex coitionis ſcilicet ſymbolo) ſeditionem mouere; quam in libris de Bellis, nuda ac accurata narratione expoſui. (De bello Perſico l. 1.) At, ne cuiquam obſcurum eſſet, non minus

Incēsa Magna Ecclesia.

in Deum, quàm contra Imperatorem, quippe hominum monstra nefandosque, arma cepisse, eò prouecti audaciæ sunt, vt & Christianorum Ecclesiæ (Sophiam Byzantij vocant, id est, Sapientiam à potissimâ velut dote supremo Numini indito nomine) ignem subiicerent. Id verò tanti Deus piaculi permisit, cuius nempe præscientiam non lateret, quantum instaurati templi decus futurum esset. Ac quidem in cineres penitus redacta iacebat Ecclesia; hanc verò non multò pòst Iustinianus Augustus sic elaborauit, vt quisquis antea Christianus, eorum quæ iam cernimus oblata effigie quadam ac specie designationis, rogatus esset, num Ædem euerti, atque in eum modum restitui vellet; illico, mea quidem sententia, dirutam videre cupiisset, vt felici vice præsentem hæc formam ornatumque acciperet. Ergo Imperator, nulla sumptuum habita ratione, in Ædificij sedulò opus incumbere, exque toto vndique orbe artifices quosque cogere. Anthemius Trallianus, mechanicorum omnium, non sui solum, verùm etiam multò superioris æui, facilè princeps, illius propensè studio deseruiebat, in hoc intentus, vt fabris opus digereret, agendorumque proplasmata ac formas præstrueret. Vna aderat alter machinarius, Isidorus nomine, ortu Milesius, singulari vir intelligentia, ac dignus, quem Iustinianus Imperator operis sibi adminiſtrum adjungeret. Qua sanè in re Numinis erga ipsum magnificè vtentis eluxit dignatio, quod pro rerum agendarum mole, viros

Anthemius & Isidorus Architecti.

τὸν βασιλέα μόνον, ἀλλ' οὐδέν τι ἧσσον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἅτε ἀποσεχθὲς, τὰ ὅπλα αἰτῆραν, ἐμπρῆσαι καὶ τῶν Χριστιανῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐτόλμησαν (Σοφίαν καλοῦσιν οἱ Βυζάντιοι τὸν νεὼν, ἐπὶ τὰ χαριέστατα τῷ Θεῷ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπεικασάμενοι.) ἐπεχώρει δὲ αὐτοῖς ὁ Θεὸς διαπράξασθαι τὸ ἀσέβημα, προειδὼς εἰς ὅσον τὸ κάλλος τοῦτο τὸ ἱερὸν μεταστήσεσθαι ἔμελλεν. ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία ξυγκατακεκαυμένη τότε ξύμπασα ἔκειτο, βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς τοιαύτην ἀποτετόρνευται οὐ πολλῷ ὕστερον, ὥστε εἰ τῶν Χριστιανῶν τις ἐπύθετο, εἰ βουλομένοις αὐτοῖς διολωλέναι τὴν ἐκκλησίαν εἴη, καὶ τοιάνδε γενέσθαι, δείξας τι τῶν νῦν φαινομένων ἐκτύπωμα, δοκοῦσιν ἄν μοι ὡς συντομώτατα εὔξασθαι πεπονθυῖαν τὴν ἐκκλησίαν θεάσασθαι ὅπως δὴ αὐτοῖς ἐς τὸ παρὸν μεταβάλλοιτο σχῆμα. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, ἐς τὴν οἰκοδομὴν σπουδῇ ἵετο· καὶ τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας. Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς, ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γενησομένων 1 προδιασκευάζων ἰνδάλματα. καὶ μη- 1.
χανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. ἦν δὲ ἄρα καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν βασιλέα τιμῆς, προκαταστησαμένου τοὺς ἐς τὰ πραχθησόμενα χρησιμωτάτους αὐτῷ

ἐσομένους· καὶ αὐτοῦ δὲ βασιλέως
τὸν νοῦν εἰκότως ἄν τις ἀγα-
σθείη, τούτου δὴ ἕνεκα, ὅτι
δὴ ἐκ πάντων ἀνθρώπων ἐς
τῶν πραγμάτων τὰ σπουδαιότατα,
τοὺς καιριωτάτους ἀπολέξασθαι ἔσχε.

Θέαμα οὖν ἡ ἐκκλησία καλλι-
στευομένη γεγένηται· τοῖς μὲν ὁρῶ-
σιν ὑπερφυές· τοῖς δὲ ἀκούουσι, παν-
τελῶς ἄπιστον. ἐπῆρται μὲν γὰρ
εἰς ὕψος οὐράνιον ὅσον, καὶ
ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων
ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ἐπι-
κειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει· κοσμοῦσα
μὲν αὐτήν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν· ὡραϊ-
ζομένη δέ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμ-
βαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ
ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀπο-
σκοπεῖται. εὖρος δὲ αὐτῆς καὶ μῆ-
κος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποτετόρ-
νευται, ὥστε καὶ περιμήκης καὶ
ὅλως εὐρεῖα οὐκ ἀπὸ τρόπου εἰρῆ-
σθαι. κάλλει δὲ ἀμυθήτῳ ἀποσε-
2. μνύνεται· 2 τῷ τε γὰρ ὄγκῳ κεκόμ-
ψευται, καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μέτρου,
οὔτε τι ὑπεραῖρον οὔτε τι ἐνδεῶς ἔ-
χουσα· ἐπεὶ καὶ τῶν ξυνειθισμέ-
νων κομπωδεστέρα, καὶ τῶν ἀμέ-
τρων κοσμιωτέρα ἐπιεικῶς ἐστι. φω-
τὶ δὲ καὶ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερ-
φυῶς πλήθει. φαίης ἂν οὐκ ἔξωθεν
καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον,
ἀλλὰ τὴν αἴγλην ἐν αὐτῷ φύεσθαι.
τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς
τοῦτο δὴ τὸ ἱερὸν περικέχυται.

Καὶ τὸ μὲν τοῦ νεὼ πρόσωπον· εἴη
δ' ἂν αὐτοῦ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥ-
λιον, ἵνα δὴ τῷ Θεῷ ἱερουργοῦσι
τὰ ἀπόρρητα· τρόπῳ τοιῷδε δεδη-
μιούργηται. Οἰκοδομία τις ἐκ γῆς
ἀνέχει, οὐκ ἐπ' εὐθείας πεποιημέ-
νη, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ὑποστελ-
λομένη κατὰ βραχύ, καὶ κατὰ τὰ μέσα
ὑποχωροῦσα, ἐπὶ σχῆμά τι κατὰ ἥμι-
συ τὸ στρογγύλον ἰοῦσα, ὅπερ οἱ πε-

longè accommodatissimos ei parauerit. Quin huius quoque gratia Principis animum meritò quis admirationi habuerit, quod cœptis maximi momenti, idoneos maximè ex vniuerso hominum genere deligere sciuerit.

Ecclesia itaque spectaculum pulcherrimum euasit; aspectu eximium ac singulare; omne ad fidem audientibus sibi adimens momentum. In cœli enim axes propemodum fastigium tollens, ac velut nauis in anchoris, reliquis altior ædificiis, quanta sese explicat ciuitas, imminet: quam cum ornet quasi pars, ipsa vicissim eo splendescit, quod eius ædium vna ipsiusque complexu sic surrigatur, vt velut ex specula inde clarè ciuitas conspiciatur. Eius tanta elegantia, sic aptè fusa latitudo ac longitudo producta, vt maxima vtraque nihil modum excedat. Commendat eam species inenarrabilis: tum enim molis amplitudine, tum proportione elegantior prænitet; nihil vt supra modum habeat, nihil quod deficiat: quippe quæ vsitato more magnificentior, nimiisque molibus prorsus concinnior existat. Luce verò Solisque fulgoribus mirabiliter affluit. Dicas, non extrinsecus à sole collustrari locum, sed inibi nasci splendorem; tanta huic templo lucis copia affusa crebrescit.

Ac quidem Templi frons, nimirum pars obuersa Orienti, vbi arcana Deo sacra peragi solent, hoc modo constructa est. Ab humo ædificium exstat, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum; receditque in medio, ac figura semicirculi, quam artis periti Semicylindrum vocant, in prærupta

Operis cōcinnitas.

Aug. διαχ.

Frons.

altitudinem ſurgit. In quartam ſphæræ partem tanti huius celſa moles operis deſinit: cui proximè cohærentia celſius quiddam aliud ſuſtinent, bicornis Lunæ inſtar ſinuatum: quod ſimul concitat admirationem; ſimul dubiæ compagis ſpecie, timorem parit. Neque enim videtur pendere tuto, ſed ibi verſantibus infidè pendula mole diſcrimen oſtentare, cùm tamen quà libratæ molis periculo terret, firmiſſimè nitatur. Vtrinque pauimentum columnis premitur, nec ipſis recto ordine, ſed intus ſemicirculari forma diſpoſitis; itavt ſibi inuicem tanquam in choro aſſurgentes, lunato ædificio ſubſint.

Templi ingreſſus.

Orientem contrà excitatus eſt paries, in quo ſunt templi ianuæ: hinc inde columnæ, & his ſuperiora ſtructura iam dictis planè ſimili, ſemicirculum exhibent. Medio in templo aggeres manufacti, quos vocant Pilas, quatuor ſunt; duo ad Septentrionem, ad Meridiem duo; aduerſi inter ſe, & æquales, vtrumque par, columnas quatuor comprehendit intercapedine ſua.

Pilæ.

Eiuſmodi Pilarum fabrica lapidibus conſtat ingentibus; quos diligenter collectos, ſcitè artifices commiſerunt. Tam altè euadunt, vt abruptos montium ſcopulos videre tibi videaris.

Arcus.

Inſuper eminent Arcus quatuor, totidem efficientes latera. Eorum capita bina coëunt, pilarumque illarum faſtigiis incumbunt: curuaturæ in immenſum ſublatæ pendent,

οἱ τὰ τοιάδε σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, ἐς ὕψος ἀπότομον ἐπανέστηκεν. ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ ἐς σφαίρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται· ὕπερθέν τι μηνοειδές τι αὐτῇ ἕτερον τοῖς προσεχέσι τῆς οἰκοδομίας ἀνῆπται· τῇ μὲν εὐπρεπείᾳ, θαυμάσιον· τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς συνθέσεως, δεινῶς τι εἶναι φοβερὸν ὅλως. δοκεῖ γάρ πῃ οὐκ ἐν βεβαίῳ ἐπηωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνθάδε οὖσι μετεωρίζεσθαι· καίτοι διαφερόντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἐστήρικται. τούτων δὲ δὴ ἐφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσὶν, οὐδὲ αὐτοὶ κατ' εὐθὺ ἑστῶτες, ἀλλ' εἴσω κατὰ σχῆμα τὸ ἡμίκυκλον ὥσπερ ἐν χορῷ ἀλλήλοις ὑπεξανιστάμενοι· καὶ αὐτῶν ὑπεράνωθεν οἰκοδόμημα μηνοειδὲς ἀποκρέμαται. τοῦ δὲ δὴ ἕω καταντικρὺ τὰς εἰσόδους ἔχων ἐγήγερται τοῖχος, καὶ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν οἵ τε κίονες καὶ τὰ αὐτῶν ὕπερθεν ὁμοιότατα τοῖς δεδηλωμένοις, ἐν ἡμικύκλῳ ἑστήκασι. κατὰ δὲ τὰ τοῦ νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσσούς· δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοι τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι κατὰ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. πεποίηνται δὲ οἱ λόφοι λίθοις εὐμεγέθεσι συνθέτοις, λογάδην μὲν συνειλεγμένοις, ἐς ἀλλήλους δὲ πρὸς τῶν λιθολόγων ἐπισταμένως ἐναρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἱκνοῦνται. εἰκάσαις ἂν αὐτοὺς εἶναι σκοπέλοις ὀρῶν ἀποτόμους. ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψῖδες τέσσαρες ἐν τετραπλεύρῳ ἀνέχουσιν· καὶ αὐτῶν τὰ μὲν ἄκρα ξυνδύο ξυνιόντα εἰς ἄλληλα, ἐν τῇ ὑπερβολῇ ἠρήρεισται τῶν λόφων τούτων· τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐπηρμένα, εἰς ἄπειρόν τι ὕψος ᾐώρηνται. τῶν δὲ ἀψίδων, αἱ μὲν δύο κατὰ

κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρός
ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥ-
λιον· αἱ δὲ λειπόμεναι, οἰκοδομίαν
τινὰ καὶ κίονας μικροὺς κομιδῇ ὕπερθεν
ἔχουσιν· ὕπερθεν δὲ αὐτῶν κυκλοτε-
ρὴς οἰκοδομία ἐς στρογγύλον ἐπῆρται·
3. ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέ-
ρα. ὑπεραίρει γὰρ οἶμαι, τὴν γῆν ξύμ-
πασαν, καὶ διαλείπει τὸ οἰκοδόμημα
κατὰ βραχὺ ἐξεπίτηδες παρειμένον
τοσοῦτον, ὅσον τοὺς χώρους οὗ δὴ τὸ
διῃρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει
εἶναι, φέγγους διαρκῶς ἀγωγοὺς εἶναι.
Ταῦτα δὲ, οἶμαι, γλώσσῃ τραυλι-
4. ζούσῃ τε καὶ ἰσχνοφώνῳ οὔσῃ, ἀμή-
χανά ἐστι. τῶν ἁψίδων τῷ σχήματι
ἐν τετραγώνῳ ἐξειργασμένων, ἐς
τρίγωνα τέσσαρα μεταξὺ τὸ ἔργον
ἀποτετέλεσται. καὶ ἡ μὲν τριγώνου ἑκά-
στου κρηπὶς πιεζομένη τῇ ἐς ἀλλήλας
τῶν ἁψίδων ἑνώσει, ὀξεῖαν ποιεῖται
τὴν κάτω γωνίαν· συναναβαίνουσα δὲ
τὸ λοιπὸν εὐρυνομένη τῇ μεταξὺ
χώρᾳ, ἐς τὸ κυκλοτερὲς τελευτᾷ, ὃ
ταύτῃ ἀνέχει· γωνίας δὲ τὰς λειπο-
μένας ἐνταῦθα ποιεῖται. τούτου δὲ τοῦ
5. κυκλοτεροῦς ὑπερμεγέθης ἐπανεστη-
κυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος, ποιεῖται
αὐτὸ διαφερόντως εὐπρόσωπον. δο-
κεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τῆς οἰκοδομίας διὰ
τὸ παρειμένον τῆς οἰκοδομίας ἑστάναι·
ἀλλὰ τῇ σειρᾷ τῇ χρυσῇ ἀπὸ τοῦ οὐ-
ρανοῦ ἐξημμένον, καλύπτειν τὸν χῶ-
ρον. ταῦτα δὲ πάντα ἐς ἄλληλα παρὰ
δόξαν ἐν μεταρσίῳ ἐναρμοσθέντα,
ἔκ τε ἀλλήλων ἠωρημένα, καὶ μόνοις
ἐναπερειδόμενα τοῖς ἄγχιστα οὖσι,
μίαν μὲν ἁρμονίαν ἐκπρεπεστάτην
τοῦ ἔργου ποιοῦνται· οὐ παρέχονται δὲ
τοῖς θεωμένοις αὐτῶν τινὶ ἐμφιλοχω-
ρεῖν ἐπὶ πολὺ τὴν ὄψιν. ἀλλὰ μεθέλκει
τὸν ὀφθαλμὸν ἕκαστον, καὶ μεταβιβά-
ζει ῥᾷστα ἐφ' ἑαυτό. ἀγχίστροφός τε
ἡ τῆς θέας μεταβολὴ ἐς ἀεὶ γίνεται,
ἀπολέξασθαι τοῦ ἱστοροῦντος οὐδαμῆ

Ac duo quidem arcus, quorum alter ad Orientem solem, alter ad Occidentem spectat, vacuo in aëre erecti sunt: reliquæ verò suppositum habent parietem cum columellis. Ædificium aliud sustinent rotundum ac teres: vnde semper ortu iucunda dies primùm illucescit. Vniuersa enim terra, credo, sublimius est; ac sensim deficit, eatenus de industria tenuatum, vt per ipsius aperturas, lux affatim intret.

Hæc verò balbutiente ac gracili lingua expedire, impossibile puto. Arcubus in quadrum connexis, interjectum est opus, triangulis quatuor absolutum. Ima trianguli cuiusque pars, arcuum coitu pressè intercepta, acutum facit angulum infimum: deinde cum intermedio spatio sursum versus se explicans, ædificio, quod inde circinnato se offert ambitu, terminatur, ac cæteros angulos ibi efficit. Rotundum illud septum mirificè ornat testudo amplissimè orbiculata, atque ita ipsi imposita, vt non firmæ inniti fabricæ propter eius tenuitatem; sed aurea catena ex cœlo apta pendere, & locum tegere videatur. Quæ omnia in sublimi, incredibili opera inter se conserta, aliaque ex aliis suspensa, ac proximis tantum suffulta partibus, vnam operis compagem præclarissimam faciunt; neque vspiam hærere diu sinunt contuentium oculos: quippe cùm certatim alliciant singula, facilliméque ad se traducant. Perpetuo motu nunc huc fertur visus, nunc illuc; nescientibus spectatoribus quid ex omnibus, quò se eorum potissimum ferat admiratio,

Rotundus vertex.

eligant : sed & velut vndique lustrandi auidi, quocunque fixerint oculum, animum contrahentes & supercilium, artificiatum intelligere non possunt : sed semper digrediuntur, inde stupentes, quod spectaculo impares sunt. Atque hæc in hunc se modum habent.

Ædificij firmitas.

Ecclesiam tanto vertice fastigiatam Iustinianus August. & Anthemius machinarius cum Isidoro, multis ex arte adhibitis rebus firmarunt : quas omnes nec mente concipere, nec verbis exequi valeo. Vnam duntaxat in præsenti describam ; vnde quanta sit firmitas operis planè intelligetur : sic enim habet. Pilarum, de quibus mentionem proximè feci, non eadem est ac reliqui ædificij compositio ; sed huiusmodi. Quadrata est structura lapidum, quibus natura duritiem, ars læuorem dedit ; ita cæsis, vt ij quidem, qui eminentiis laterum cuiusque pilæ destinati erant, angulati sint ; quadrati verò, qui in medio sedent. Illos coagmentat, non calx, quam viuam vocant ; non bitumen, quo Semiramis magnificè construenda Babylone vsa est ; non eiusmodi aliud quidpiam ; sed plumbum ; quod lacunis infusum, omnia permeat interstitia, liquatumque juncturis lapidum, ipsos nectit. Hæc ibi obseruata fabricæ ratio : nunc ad reliquas templi partes pergamus.

Pilarum structura.

Tota auro puro illita concameratio, commistam cum decore habens structuræ superbiam : aurum marmora æmulo fulgore vincunt. Vtrunque latus duæ circùm Ædem porticus ambiunt, adeò non dissepientes structuram templi, vt potius lati-

ἔχοντος ὅ,τι αὐτοῦ ποτε ἀγασθεῖεν μᾶλ-
λον τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἀλλὰ καὶ ὣς 6.
ἀποσκοποῦντες πανταχόσε, τὸν νοῦν
τάς τε ὀφρῦς ἐπὶ πᾶσι συννενευκό-
τες, οὐχ οἷοί τέ εἰσι ξυνεῖναι τῆς τέ-
χνης, ἀλλ᾽ ἀπαλλάσσονται ἀεί, ἐνθένδε
καταπεπληγμένοι τῇ ἐς τὴν ὄψιν ἀ-
μηχανίᾳ. ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ ἔχει.
Μηχαναῖς δὲ πολλαῖς βασιλεύς τε
Ἰουστινιανὸς καὶ Ἀνθέμιος ὁ μηχανο-
ποιὸς σὺν τῷ Ἰσιδώρῳ οὕτω δὴ με-
τεωριζομένην τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῷ
ἀσφαλεῖ διεπράξαντο εἶναι· ὧν τὰς
μὲν ἄλλας ἁπάσας ἐμοὶ εἰδέναι
τε ἄπορον, καὶ λόγῳ φράσαι ἀμήχα-
νον. μία δέ μοι μόνον ἔν γε τῷ πα-
ρόντι γεγράψεται, ᾗ δύναιτο ἄν τις
σύμπασαν τοῦ ἔργου τεκμηριῶσαι τὴν
δύναμιν. ἔχει γὰρ ὧδε. οἱ λόφοι ὧν-
περ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οὐ κατὰ ταὐτὰ
τῇ ἄλλῃ οἰκοδομίᾳ πεποίηνται,
ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. λίθων ἐπιβολὴ
ἐν τετραγώνῳ διαπεποίηται, σκλη-
ρῶν μὲν φύσει, ἐργασίαν δὲ λείων· ἐκ-
τετμημένων δέ, εἰ μὲν τὰ προύχοντα ποι-
εῖσθαι τῶν τοῦ λόφου πλευρῶν μέλ-
λοιεν, ἐγγωνίων· εἰ δὲ τῶν μεταξὺ κε-
κλήρωνται χώραν, ἐν τετραπλεύρῳ
γεγενημένων. συνήρμοσε δὲ αὐτοὺς οὐ
τίτανος, ἣν δὴ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν,
οὐκ ἄσφαλτος ἡ Σεμιράμιδος ἐν Βα-
βυλῶνι φιλοτιμία· οὐκ ἄλλο τοιοῦτον
οὐδέν· ἀλλὰ μόλιβδος ἐς τέλμα χυ-
θείς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας
τῶν λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετηκώς,
καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. τοῦτο
μὲν οὖν ταύτῃ ἐξείργασται. ἐπὶ τὰ
λειπόμενα δὲ τοῦ νεὼ ἴωμεν.
Χρυσῷ μὲν ἀκιβδήλῳ καταλήλειπται
ἡ ὀροφὴ πᾶσα, καὶ κεραννῦσα τὸν κόμ- 7.
πον τῷ κάλλει, νικᾷ μέντοι ἡ ἐκ τῶν
λίθων αὐγὴ ἀνταστράπτουσα τῷ χρυ-
σῷ. στοαί τέ εἰσιν ἑκατέρωθι δύο, οἰ-
κοδομίᾳ μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμιᾷ διειρ-
γόμεναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτὸ ποιοῦσαι
τὸ

τοῦ εὔρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνεξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι. καὶ αὐτῶν ἥ τε ὀροφὴ, θόλος· καὶ ὁ χρυσὸς, ἐγκαλλώπισμα. τούτοιν δὲ τοῖν στοαῖν, ἁτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται· γυναιξὶ δὲ ταὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται. παραλλὰξ δὲ οὐδὲν ἔχουσιν, οὐδὲ διαφέρουσι δήπου ἀλλήλαιν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἴσον αὐταῖν τῷ ἱερῷ ἐς κάλλος διήκει, καὶ ὡραΐζει τὸ ἐμφερές.

Τίς ἂν τῶν ὑπερῴων τῆς γυναικωνίτιδος ἑρμηνεὺς γένοιτο; ἢ τὰς
8. πολυπληθεῖς διηγοῖτο στοὰς καὶ τὰς περιστύλους αὐλὰς, αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται. τίς δὲ τῶν τε κιόνων καὶ λίθων διαριθμήσαιτο τὴν εὐπρέπειαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται. λειμῶνί τις ἂν ἐντετυχηκέναι δόξειεν ὡραίῳ τὸ ἄνθος. θαυμάσειε γὰρ εἰκότως, τῶν μὲν τὸ ἁλουργὸν, τῶν δὲ τὸ χλοάζον· καὶ οἷς τὸ φοινικοῦν ἐπανθεῖ, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει· ἔτι μέντοι καὶ οὓς τοῖς ἐναντιωτάτοις ποικίλλει χροιαῖς, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις. ὁπηνίκα δέ τις εὐξόμενος ἐς αὐτὸ ἴοι, ξυνίησι μὲν εὐθὺς, ὡς οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἢ τέχνῃ, ἀλλὰ Θεοῦ ῥοπῇ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται· ὁ νοῦς δέ οἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακράν που ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἵλετο. καὶ τοῦτο, οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ξυμβαίνει, ἀλλὰ διηνεκὲς ἑκάστῳ ταὐτὸ τοῦτο δοκεῖ, ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς ὄψεως ἀρχομένης. τούτου κόρον οὐδεὶς τοῦ θεάματος ἔλαβε πώποτε· ἀλλὰ παρόντες μὲν τῷ ἱερῷ ἄνθρωποι τοῖς ὁρωμένοις γεγήθασιν· ἀπιόντες δὲ, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. ἔτι μέντοι τῶν κειμηλίων τοῦ νεὼ τοῦδε τά τε χρυσώματα, καὶ τὰ ἐν ἀργύρῳ καὶ λίθοις

latitudinem eius amplient; pari quidem cum ipso longitudine ad extrema porrectæ, sed altitudine inferiores. Cameratæ, atque auro decoratæ sunt: altera precantibus viris assignata; altera, fœminarum itidem vota precesque Deo offerentium obsequio addicta; nihil habent disparile, nihil diuersum. Nec parum confert ad templi decus hæc ipsarum æqualitas, ac venustat exquisita similitudo.

Virorum ac mulierum ad Templi latera porticus.

Quis gynæcei superiores ædes describat? Quis tot numero circum Ædem porticus, xystosque sermone obeat? quis columnarum atque marmorum quibus egregio templum nitore collucescit, elegantiam cultumque percenseat? In prato floribus conuestito versari se quispiam putet, ac meritò horum purpuram, illorum viriditatem miretur; alia puniceo, alia candido fulgore prædita; & quæ Natura, haud secus ac pictor, coloribus dissimilibus variauit. Vbi quis precaturus illuc ingressus sit, statim intelligit non potentiæ artisve humanæ, sed diuini numinis id esse opus, & leuata ad Deum mente, cœlum perambulat, sic statuens, non procul eum abesse, verùm sede illa potissimum gaudere, quam sibi ipse delegerit. Nec nouo solum spectatori hæc incidit cogitatio, sed semper cuiusque animo redit, pariter ac si tum primùm illa oculis obuersarentur. Videndi facietas neminem vnquam cœpit: sed qui sunt in templo, aspectu suauissimo oblectantur: egressi, in sermonibus, quos de illo miscent, triumphant. Iam verò quicquid pre-

tiosæ suppellectilis huic Ædi Iustinianus Aug. donauit, aurum, argentum, gemmas, vt singulatim commemorem; fieri nequit: permitto Lectoribus ex vno conjecturam facere. Templi locus maximè sacer, & cuiuis, præterquam Sacerdotibus inaccessus (Altare vocant) argenti pondo habet quadraginta millia.

Vt semel finiam, summo, quod aiunt, digito percursis, & oratione breuissima comprehensis, quæ sunt memoratu dignissima; sic Iustinianus Augustus, Constantinopolitanam Ecclesiam, quæ vulgo Magna dicitur, ædificauit; non suis modò sumptibus, sed labore etiam ingenij & reliqua virtutis contentione; prout mox declarabo. Arcuum, de quibus paulò suprà memini (eos *loros* appellant mechanici) is qui ad Solem orientem oppositus est, hinc inde iam surgebat, medioque imperfecto, manum extremam expectabat: cùm pilæ, quibus incumbebat, sub grauiori mole fatiscentes, repente facto vitio, imminentis ruinæ speciem præbuerunt. His Anthemius & Isidorus in maximum adducti metum, rem omnem ad Imperatorem referunt, nullam ponentes spem in arte. Illico Imperator, nescio quo instinctu, cœlesti opinor (neque enim mechanicus est) curuaturam arcus absolui iubet. *Is namque*, ait, *seipso fultus, pilis suppositis amplius non egebit.* At nisi testes proderem; narratio proculdubio adulatoria planéque incredibilis haberetur: cùm autem rei tunc gestæ permulti testes adsint, me nihil te-

Iustiniani solertia.

ἐν τούτοις ἅπαντα μὲν φράσαι ἀκριβολογουμένῳ ἀμήχανον, ἅπερ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῷδε ἀνέθηκεν. ἑνὶ δὲ μόνῳ τεκμηριοῦσθαι τοῖς τὰ ἄλλα συμβαλομένοις ἐφίημι. ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβέβηλος, καὶ μόνοις ἱερεῦσι βατὸς, ὃν δὴ καλοῦσι θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας.

Τὰ μὲν οὖν Κωνσταντινουπολιτῶν ἣν δὴ μεγάλην καλεῖν νενομίκασιν, ξυνελόντι τε καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ διαριθμησαμένῳ εἰπεῖν, λόγῳ τε βραχυτάτῳ τὰ τῶν πραγμάτων ἀξιολογώτατα φράσαι, τῇ δὲ Ἰουστινιανῷ δεδημιούργηται βασιλεῖ. οὐ χρήμασι δὲ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐδείματο μόνον, ἀλλὰ καὶ πονουμένῃ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, ὥσπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω. τῶν ἁψίδων, ὧν δὴ ἐπεμνήσθην ἀρτίως (λώρους δὲ αὐτὰς οἱ μηχανοποιοὶ ἐπικαλοῦσι) μία τις, ἣ πρὸς τὸν ἀνίσχοντα ἥλιόν ἐστιν, ἀνεστήκει μὲν ἑκατέρωθεν ἤδη· οὔπω δὲ ὅλη τὸ μέσον συνετέλεστο, ἀλλ' ἔμενεν ἔτι. οἱ δὲ πεσσοί, ὧν δὴ ὕπερθεν ἡ οἰκοδομία ἐγίνετο, τῶν ἐγκειμένων σφίσιν οὐκ ἐνεγκόντες τὸ μέγεθος, ἀμηγέπη ἐξαπιναίως ἀπορρηγνύμενοι, ὡς ἐς μακρὰν διαλυθησομένοις ἐῴκεσαν. οἱ μὲν οὖν ἀμφί τε τὸν Ἀνθέμιον καὶ Ἰσίδωρον τοῖς συμπεπτωκόσι περίφοβοι ὄντες, ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸ πρᾶγμα ἦγον, δυσέλπιδες ἐπὶ τῇ τέχνῃ γεγενημένοι. αὐτίκα δὲ ὁ βασιλεύς, ὅτῳ μὲν ποτὲ ἠγμένος, οὐκ οἶδα· θεῷ δέ, οἶμαι (οὐ γάρ ἐστι μηχανικός;) εἰς τὸ πέρας αὐτοῖς περιελίξαι τὴν ἁψῖδα ταύτην ἐπήγγελλεν. αὐτὴ γάρ, ἔφη, ἐφ' ἑαυτῆς ἀνεχομένη, τῶν ἔνερθεν πεσσῶν οὐκέτι δεήσεται. καὶ εἰ μὲν ὁ λόγος ἀμάρτυρος ἦν, εὖ οἶδα ὅτι κόλαξ τε ἂν ἔδοξεν εἶναι καὶ ἄπιστος ὅλως· ἐπεὶ δὲ μάρτυρες πάρεισι τῶν

τινι ἐς δὲ παρεσ[μ]ένων πολλοί, ὡς
ὀκνητέα ἡμῖν ἐπὶ τὰ τοῦ λόγου λει-
πόμενά ἐστιν. οἱ μὲν οὖν τεχνῖται τὰ
ἐπιτεταγμένα ἐποίουν· ἡ δὲ ἁψὶς
ἐν ἀσφαλεῖ ἠώρητο πᾶσα, ἐπι-
σφραγίζουσα τῇ πείρᾳ τῆς ἐννοίας
ἀλήθειαν. Τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἐξείρ-
γασται· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἁψῖδας, αἵ
τε πρὸς μεσημβρίαν τετραμμέναι
εἰσὶ καὶ βορρᾶν ἄνεμον, τοιάδε ξυ-
νηνέχθη γενέσθαι. οἱ μὲν λῶροι κα-
λούμενοι τοῦ νεὼ τῇ οἰκοδομίᾳ ἐξαρ-
θέντες μετέωροι ἠώρηντο. βαρυνόμενα δὲ
αὐτοῖς ἐπιπονήκει τὰ ἔνερθεν πάν-
9. τα· κίονες τε οἱ τῇδε ὄντες ᾧ χά ι-
ρακας μικρούς, ὥσπερ ἀποξυσθέντες,
ἀφίεσαν. καὶ αὖθις μὲν ἄθυμοι τοῖς
συμπεπτωκόσιν οἱ μηχανικοὶ γεγενη-
μένοι, τὰ βασιλεῖ τὰ σφίσι παρόν-
τα εἰσήγγελλον. αὖθις δὲ ὁ βασι-
λεὺς ἀντεμηχανήσατο τάδε. τούτων δὴ
τῶν πεπονηκότων τὰ ἄκρα ὅσα τῶν
ἁψίδων ἐπέψαυε, διελεῖν μὲν ἐν τῷ
παραυτίκα ἐκέλευσεν· ἐνθεῖναι δὲ
πολλῷ ὕστερον, ἐπειδὰν τὸ τῆς οἰκοδο-
μίας ὑγρὸν ἀπολώφησεν αὐτοῖς μά-
λιστα. καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ἡ δὲ κτίσις διασώζεται τὸ λοιπὸν ἐν ἀσφαλεῖ οὖσα.
φέρεται δὲ τι μαρτύριον ὁ βασιλεὺς τοῦ ἔργου τοιόνδε.

nere debet, quominus quod sum exorsus pertexam. Ergo mandata confecerunt artifices: tum arcus in cœlum eductus interger constitit, experimento probans veritatem consilij. Quo ibi acto, arcubus ad Meridiem & Aquilonem spectantibus istud accidit. Loris, vt vocant, subtractione templi superbè elatis, quicquid erat inferius, sub pondere laborabat. Columnæ subditæ assulas perinde dimiserant, ac si quis ipsas distrinxisset. Eiusmodi casu perculsi mechanici, iterum Imperatori significant quo res loco sit. Ille iterum vsus solertia, ita malo occurrit. Succumbentis fabricæ partes summas arcubusque contiguas extemplo deijci, & multò post, vbi structuræ humor penitus excessisset, reponi iussit. Quo ab illis præstito, ædificium ex eo firmitatem obtinuit: nec deest Imperatori hoc operis testimonium.





AD PROCOPII RHETORIS LOCVM DE SANCTA SOPHIA.



Vod alij breuioribus delectentur, alij fusioribus; vbi præsertim breuiora illa maioris fidei videantur; puta certo auctore ac æquali, qui rerum ipse ex visu testis sit; omnibus me facturum satis putaui, si felici partu ex Regia Lupara saniori longè edito Procopio, eruditi Viri Claudij Mastreti S.I. opera (noui etiam Interpretis) id nactus quod diu antè optaueram, vt tandem ille sic illustratus ac instauratus, lucem aspiceret, priusquam hæc mea, incertique auctoris de sanctæ Sophiæ Ædificio ad vmbilicum venirent; hunc illius locum ipse huc transferrem, meoque ipse genio ac stylo componerem; ac, si quando necesse videretur, incerto illi meo compararem, atque alterum altero illustrarem. Qui vellem Notas historicas addere, ac vel laudare Iustinianum tanto eius molimine, vel vituperare; præsertim occasione incendij superioris Ecclesiæ ac illius seditionis Nica, in qua tot ciuium capita periere; parumque abfuit ne & ipse Iustinianus, à cuius labe coitionis nec ille prorsus immunis habeatur, qui antè Venetæ factioni tantam licentiam in Prasinos dederit: quos vtrosque successor Iustinus, ac Iustiniano solertia illa cautior ac sapientior, ita coërcuit, vt deinceps tantæ illæ turbæ cessarent, ac ciues quietem colerent. Partium videbatur docti Interpretis, vt Nicolai Alemannij Notas in Ἀνέκδοτα, quas vnas repræsentauit, cum Eicheli confutationibus, seu animaduersionibus conferret, eiusque vel depelleret crimina, vel quo Iustiniani læsam majestatem is rectè tueatur, libratis omnibus ac æquo iudicio, laudaret. Sic certè Regia dignissimum Lupara, ac in ea ferè palmarium Historiæ Byzantinæ librum opusque haberemus. Mihi in eam rem vt tentem aliquid, extra metas sit: qui & breui volumine exque semisse illius Vrbis decora quædam ac origines tentans, breui cogor de tabella manum leuare. Ἀνεκδότων auctor siquidem ipse Procopius est, ipse sibi maiorem fortè quàm Iustiniano labem asci-

uit, ac quicquid reliquæ eius historiæ est, plurimum elevauit. Siquidem enim fecit, exemplo Michaëli Psello præiuit, ac quorundam in gente (gentis enim nolim dicere, in qua tot lumina omni retro sæculo claruere, ac quam in Christo, Patrum maximè reuerentia charissimam habeam optemque saniorem ac beatiorem) versatile ingenium cuiusmodi sit, ac quàm versatile, dum vtile sequitur, honestum spernit, palam ostendit. Psellus quippe quàm luculenta Oratione ad Synodum Michaëlem Cerularеum Patriarcham Constantinop. ciuili potestate Sede extrusum pro Synodo exagitauit, ac impietatis, tyrannidis, aliorumque seriò accusauit, tam propensè eundem inter hæc vita functum laudauit, cunctaque illius magna & eximia, vt & magnis illis veteris æui Antistibus atque Magistris conferendus videri possit, obtrusit; eo maximè nomine efferens, quòd sopitam de processione Spiritus sancti à solo Patre Græcorum in Latinos querelam acriùs deffendit; vixque non emortuum Photianum schisma, in æternum postea conuiuiscens nullisque cedens remediis exsuscitauit; quo se sorex prodidit, multamque sibi detraxit fidem; atque iis, quos propensius colit, etiam labem asciuit, ne & illos par furor exagitauerit, eoque sanctiores habiti sint, quo magis capitosi, atque ab Ecclesiastica pace ac vnitate alieni. Latuit res illa eruditissimum Leonem Allatium in suo syntagmate de Psellis, quod idcirco, aliisque ex causis, secundis suis curis vulgatum auctumque voluerat, ex eorum præsertim Catalogo, quem ei ex Emin. Card. Mazarini Cod. pridem descripsi; ipso locupletissimo, etsi pluribus carioso ac obliterato; quam fere sortem Pselli eiusdem Codicum queritur idem Allatius. Mihi illius reposita omnia, quæ eorum temporum historiam sacram pariter ac profanam illustrare possint, atque ad Historiam Byzantinam momenti sint.

1. Προδιασκευάζων ἰνδάλματα. Sunt hæc prototypa ac exemplaria; atque vt Plinium secutus lib. 35. cap. 12. (vbi is tradit, *Archesilai proplasmata pluris venire solita ab artificibus ipsis, quàm aliorum opera*) Græca voce notiori reddidi, *proplasmata*. Modellum vocant; & est futuri operis structa forma atque idea, cuius designatio summi Architecti est: aliorum artificum vt exequantur, & in materiam inducant. *Imagines*, qui hæc vocet, non satis ex architecturæ rationibus loqui videatur; cuius hæc primis elementis Vitru. adscribit lib. 1. cap. 2. Vbi Gulielmus Philander Castilionus potest videri. Auctor Anonym. monstratum ab Angelo Imperatori in somnis τοῦ οἴκου τὸ σχῆμα, ait: quod non vetat, quin summi architecti fuerit singula designare, quibus ad illud Ædes σχῆμα in materia (formam scilicet) proueheretur.

2. Τῷ τε γὰρ ὄγκῳ κεκόμψευται. Non putem docti esse Interpretis; quod repræsentat Regia Lupara, *Nam & nitore & proportione ex-*

cellit. Scripserit & ipse *mole*; vti etiam reddit Arnoldus Vesaliensis, *mole politum.* Illud quoque *excellit*, minus est ad vim vocis, κομψεύεται: magisque elegantiam compositionis, & in ea præstantiam, ostendit.

3. Ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέρα. Hîc quoque mendo Luparæ, *Vnde dies videre semper incipit* pro, *ridere*, quod & emendatum inter varias lectiones. Non plene omnino Vesaliens. & vt metaphoræ vim satis reddat, *Vnde dies primùm illucescit.* Ipsa nota, in vere, in aëre, atque hîc in die, ex Theophr. de Histor. Plant. lib. 8. 2. &c. διαγελώσης τῆς ὥρας. *vere iam adulto* & tempore mitescente. Bud. διαγελῶντος ἀεὶ τοῦ ἀέρος. *Aëre iam indulgente.* Gaza. Hicque adeo. διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέρα.. *Dies primùm læta splendescit*, aut quid simile parisque elegantiæ.

4. Ταῦτα δὴ, οἶμαι, γλώσσῃ. Ita mihi ex Vesalien. ipsoque paulò infra Procopio (λόγῳ φράσαι ἀμήχανον, hæc ipsa profitenti, *impossibile vt sermone enarres*) emendandum succurrit: vbi Hoesch. οἶμαι, οὐδὲ γλώσσῃ: quod junctum τῷ, ἀμήχανα ἐστὶ, sensum facit ineptissimum; ipsum quem Mastretus reddidit, ac quo Procopius profiteatur, non esse impossibile aut valde arduum balbutiente lingua & impedita assequi, seu enarrare, ea, quorum tantis miraculum effert; & quæ omnes facilè spectatores in stuporem verterent. Quid si hiulca oratio, scripsitque Procopius, οὐδὲ τῷ ληπτὰ, καὶ γλώσσῃ. *Ne mente quidem comprendi; vt vero lingua balbutiente & impedita, gracilique explicentur, impossibile esse.* Sic sæpe cruces figunt qui auctorum verba ac sententias truncant, vnde vix se Lector expediat, fiantque illi verè ἀμήχανα, quæ ipsa vt ab auctoris calamo exierunt, erant εὐμήχανα: *facilia & expedita*; quorum exemplum nefastum edidere nuper Lugdunenses Typographi, in Cursu Theologico Ioannis à sancto Thoma, Theologi nostræ ætatis clarissimi, ac inter sancti Thomæ discipulos inclyti; non vno aut altero loco, sed verè sexcentis.

5. Παμμεγέθης ἐπικεκυφυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος. Vocat Anonymus κωνοπελκὸν τροῦλλον. Trulam vel trulum seu copulam, quæ temerarij ausus aliquid haberet: quod eius breui secuta ruina arguit, qua præcipua quæque augustæ illius domus comminuta; ipse scilicet altaris locus, & in eo sacra mensa, quæ ex omnium rerum fusilium speciebus miro artificio conflata, omni auro omnique genere lapidum pretiosior erat; ipsa vna, mira concretione existens omnia. Soleas quoque & altari vicina loca & ornamenta, cancelli aliaque confracta, nulla deinceps Iustini aliorumue Principum munificentia, pro priore illa majestate, vni Magno Iustiniano debita, reparanda.

6. Ὡς ἀποκοπιῶντες πανταχόσε. Mastr sequentem vocem, τὸν νοῦν, jungit particip. ἀποκοπιῶντες, cum palam, sicut & sequens, πᾶς τι ὁρᾷ cum sequenti jungenda sit, συντετυχηκότες: quas etiam conjunctio nectit. Significat verò auctor, quicquid videatur ex tantis illis specta-

cu'is. aspectu stuporem iniicere, sensumque ac supercilium videntis detrahere, vt ex alio in aliud spectandi auidus semper digrediatur, nec artificium, quantum est, vnquam assequatur. Hæc an velit nouus Interpr. Lector viderit. Antiquus non satis feliciter exprimit.

7. Κεραννῦσα τὸν κόσμον τῷ κάλλει. Tribuit Lupara August. velut habeat κόσμοι· vbi tamen æquè κόσμον reperi: velit, parem cum elegantia magnificentiam: alterum artis subtilitas maximè præstabat, alterum materiæ pretiositas, aurum scilicet, variique generis pretiosissima marmora; nostro Anonymo plenius exposita.

8. Καὶ ταῖς περιςῷοις αὐλαῖς. *Columnatas aulas*, quod reddit Mastretus, mihi satis durum. Alteram altera voce explicare voluit Procopius, suntque illi, quas ita vocat, ipsæ ςοαὶ, seu *porticus*. Peristylia vocat Vitruuius lib. 6 cap. 4. suntque vestibula, xysti, impluuia; Euangeliorum Latini Interpretes reddunt, *atria*. Athenæus tradit αὐλὼ appellari perflabilem locum; & διαυλωνίζειν dici locum, vtrinque ventum excipientem. Ab his locis subdialibus in quibus pro regiarum vestibulis prætorianorum excubiæ, regias ipsas dictas αὐλὰς Menandro & Diphilo, auctor idem Athenæus; nobisque etiamnum sic vocantur. Priore duntaxat sensu Homerus vsurpauit.

9. Χάλικας μικροὺς ὥσπερ ἀποξύσαντες, ἀφίεσαν. De quibus hæc narrat Procopius, πεσσοὶ præcipuè erant, seu pilæ illæ atque aggeres, quibus potissimùm arcus illi maiores nitebantur; vti paulo antè dixit de pilis fatiscentibus sub arcus onere ad Orientem oppositi: in pilis autem nihil calcis adhibitum aut cæmenti auctor Procopius, & ipse Auctor Anonymus; sed horum loco in petrarum lacunis liquatum plumbum: non ergo illis verbis columnas cæmentum dimisisse tradit, quod Mastretus reddit; *Columnæ subdita cæmentum perinde dimiserant, ac si quis eas distrinxisset*, sed assulas, vt vocat Vitruuius, ac lapidum segmenta ex iis dissiliisse; incrustationes, μαρμαρώσεις, quibus parietes aliaque obducta erant, labefactatas esse. Id enim imminentis ruinæ indicium, ac verè laborantis fabricæ, nimio iniecto molis pondere.



ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ, ΕΚΦΡΑΣΙΣ

τῆς ἐν τοῖς βασιλείοις νέας ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὑπὸ βασιλέως τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης.

PHOTII PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLITANI,

Nouæ sanctæ Dei Genitricis Ecclesiæ, in Palatio à Basilio Macedone extructæ, Descriptio.

LÆTUM video præsentis diei conuentum: ac qualem nemo humanâ solertiâ atque operâ, ac nisi diuini afflatu Numinis conflare potuerit. Quamobrem etiam iucunda gratiæ suspicio munera, vnáque cum vegeto ac pingui, lætoque Christi grege conuentum agente, lætitiâ exulto; qui nempe, non ad nos duntaxat solennitatis lætitiam ac iucunditatem finiri intelligam, sed ad ipsum communem Dominum eius venerationem spectare non nesciam. Solennitatis namque splendor, quanta nobis celebrantibus gloriatio est, tantùm eius, quâ Dominum prosequimur, dilectionis manifesta præbet indicia. Quando verò, ne eorum quidem quæ annuo ex more ritu peraguntur, memoriam celebrat, sed noui cuiusdam recentisque in Deum

ΦΑΙΔΡΟΝ ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον, καὶ οἷον οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνῳ σπουδάσματι, ἢ χειρὶς θείας συγκροτήσαι ῥοπῆς κατισχύσειε. διὸ καὶ τερπνὰ τῆς χάριτος ὑποδέχομαι τὰ χαρίσματα, καὶ τῷ Χριστοῦ ποιμνίῳ ἐνευθηνουμένῳ καὶ χαίροντι συναγαλλιαζόμενος ἐπαγάλλομαι· οὐ μέχρις ἡμῶν περιγραφομένην τὴν τερπνότητα καὶ θυμηδίαν τῆς πανηγύρεως ἐπιστάμενος, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τὸν κοινὸν δεσπότην ἀναφερομένην εἰδὼς τὴν σεβασμιότητα. λαμπρότης γὰρ πανηγύρεως, ὅσον ἡμῶν τῶν πανηγυριζόντων τὸ σεμνολόγημα, τοσοῦτον τῆς δεσποτικῆς ἀγάπης ἐναργῆ παρέχεται τὰ γνωρίσματα. ὅταν δὲ μηδὲ τῶν ἐτησίως καὶ συνήθως ἐπιτελουμένων οὖν τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζουσι,

ἑορτάζεσαι, ἀλλὰ καινήν τινα καὶ ἀρτιπαγῆ τὴν εἰς Θεὸν πάλιν ἐγκαινίζεσαι, πῶς οὐ μᾶλλον ἔτι καὶ τὸν θεῖον ἔρωτα ἀναδειχθεῖσα ἐκπυρσεύοντα, καὶ τὴν τῶν ἑορταζόντων κοσμιότητα καὶ τὸ κλέος ἐπὶ τὸ νέον ἀναπλώσουσα; ἀλλὰ τίς ἡ τοσαύτη τοῦ πλήθους συνδρομὴ καὶ συνέλευσις; τίς ἡ πανήγυρις; τί τὸ συγκαλέσαν καὶ συγκινῆσαν ἡμᾶς ἅπαντας; βούλεσθε εἴπω; ἢ καλὸν ἐκείνῳ παραχωρῆσαι καὶ εἰπεῖν καὶ διδάξαι τῆς πανηγύρεως τὴν ὑπόθεσιν, τῷ χορηγῷ τε ἅμα ταύτης καὶ σοφῷ γε ἀρχιτέκτονι. ἐκεῖνος γὰρ ἱκανὸς λόγοις παραστῆσαι τὸ προκείμενον, ὃς τοὺς τύπους τῶν πραγμάτων ἐν τῇ ψυχῇ προενθέμενος, ἀμίμητον ἔργον ἐπὶ γῆς πανσόφως ἀπεστήσατο.

Λέγε τοιγαροῦν ἡμῖν, ὦ βασιλέων φιλοχριστότατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν νικῶν τε ἅμα καὶ λαμπροτέρως φαιδρύνων τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἀξιώματος. λέγε προθύμοις, ὡς ὁρᾷς, τοὺς ἀκουσομένους ἔχων, ἐφ' ὅτῳ ἡμᾶς συνεκάλεσας. δεῖξον τοῖς λόγοις, ἃ τοῖς ἔργοις προϋπέδειξας. ἆρα γὰρ πάλιν κατὰ βαρβάρων νίκας ἀναστήσας καὶ τρόπαια, οἷς πολλάκις ἄλλοις ἐπ' ἄλλοις ἡμᾶς ἐδεξιώσω φιλοτιμούμενος, ἐπὶ τούτοις συνήγειρας, εὐφρᾶναί τε ἅμα καὶ τῷ δεδωκότι κοινὴν καὶ πάνδημον ἀναπέμψαι τὴν εὐχαριστίαν. ἢ λαβὼν ὑποσπόνδους ἄλλους, καὶ ταπεινώσας ὑψηλὸν καὶ γαῦρον καὶ ἀλλόφυλον φρόνημα, ὡς ἐπὶ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ εὐσεβοφρόνως ἀναφέρων πάντα τὰ σοὶ κατορθούμενα· ἢ πόλεις ὑπηκόους, τὰς μὲν πάλαι κατῳκισμένας ἀνορθώσας, τὰς δὲ καὶ ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνεγείρας, καὶ ἄλλων ἀνοικισμοὺς ἐργασάμενος, καὶ τοῦ πολι-

Deum honoris encænia habet, quomodo non etiam magis diuini flammam amoris accenderit, magisque etiam eorum qui celebrant morum honestatem gloriamque in lucem protulerit? At, quinam tantus hic plebis concursus atque conuentus? quæ panegyris? quis nos omnes pariter vocauit, ac traxit? Vultis dicam? an præstet ei propensius dicendi atque docendi partes cedamus, qui solennitatis occasio ac causa sit; qui eius & auctor, & sapiens architectus existit? Ille enim etiam meritò subjectum argumentum sermonibus repræsentauerit, qui antè animo conceptis rerum formis, omni maius imitatione in terra opus condidit.

Dicas igitur nobis, ô Imperator Christi amantissime ac religiosissime, cunctosque superiores ipse pariter vincens, ac dignitatis consortio præclarè exhilarans. Dicas, cui, vt vides, omni alacritate præsto auditores sint, quâ ex causa inuitaueris? Ostendas verbis, quæ priùs ipsis rebus ostendisti. Num enim rursus aduersus barbaros victos, tropæa erexisti? Quibus multis continuisque liberaliter accepisti, his congregasti, vt pari gaudio fruamur, communemque ac populi vniuersi conuentu, victoriæ largitori gratiarum actionem promamus; aut, qui hostes datâ fide deditiósque acceperis, sublimemque & superbum alienigenarum animum sensumque depresseris, velut qui pio religiosóque animi sensu cuncta tibi præclarè gesta, in potentem Dei manum referas; aut qui imperio subjectas vrbes alias quidem, cùm pridem ciues alerent, melioribus ipse institutis composue-

Basilij res perstrictæ, inq; Remp. munera.

ris, alias etiam à fundamentis erexeris, aliasque instauraueris, ac Imperij fines crebris oppidis præsidiisque cómunieris; aut qui diues ipse, subditos beatos efficias; doce nos, in quem orbis terrarum communem oculum toti aspiciamus; cuius tandem horum gratiâ inuitasti? Aut siles ipse, imperâte modestiâ, & quod tua ipse nolis narrare facinora, quibus necesse laudẽ contexamus: mihi verò præbes, vt tuarum ipse afflatu rerum, præsentis conuentus causam omnium auribus ex oratoris munere inferam.

Templi Encænia & dedicatio.

Alia igitur, amici, celebritas, aliudque hodiernâ die mysterium. Virginalis in terrâ Templi Encænia hodie peraguntur, Deique Matris, si quod aliud in mundo, dignum habitaculum consecratur. Virginale in terrâ Templum hodie dedicatur, Regalis magnificentiæ opus reipsâ multis laudum canticis celebrandum.

Templi exagerata pulchritudo.

Templum in medio ipso Palatio, diuinum aliud venerandumque Palatium excitatur; eiusmodi scilicet, vt si cum aliis conferas, ac eorum rationem habeas, Regia ipsa Palatia, priuatæ ædes apertè arguantur, quinimmò quod suâ, quâ pollet claritate ac venustate, illa quoque illustret ac reddat clariora, priorem illis mundum atque ornatum adaugeat. Dicas, oculos in ipsum conijciens, non humanæ artis opus esse, sed diuinam quandam nobisque superiorem Virtutem pulchritudinem illi indidisse. Templi aditus ac Vestibulum egregio ornatu ac decore compositum: Candidi enim marmoris tabulæ splẽdidum quid gratiosumque effulgent, eiusmodi scilicet vt totum conspectũ complectentes, ipsarum inter se sitũ, extremorumque juncturam, leni, pla-

πείας πυκνώσας τὰ ὅρια ἢ πλουτῶν, καὶ ποιῶν εὐδαίμονας τὸ ὑπήκοον. δίδαξον ἡμᾶς, πρὸς σὲ τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἀφορῶντας ὀφθαλμὸν, ἐπὶ τίνι τούτων ἡμᾶς συνεκάλεσας; ἢ σιγᾷς μὲν αὐτὸς ἐπιεικείας τρόπῳ, καὶ τῷ μὴ βούλεσθαί σε τὰ σὰ ἡμῖν διηγεῖσθαι κατορθώματα, οἷς ἀνάγκη τοὺς ἐπαίνους συνυφαίνεσθαι· ἐμὲ δὲ παρέχεις ὑπηχῆσαι τῷ λόγῳ τοῖς σοῖς ἔργοις ἐμπνεόμενον, τοῦ παρόντος συλλόγου τὸ αἴτιον.

Ἄλλη πανήγυρις, ὦ φίλοι, τελετὴ, καὶ ἄλλο μυστήριον σήμερον. ναὸς παρθενικὸς ἐπὶ γῆς ἐγκαινίζεται σήμερον, καὶ τῆς Θεομήτορος εἴπερ ἄλλό τι τῶν ἐγκοσμίων ἐπάξιον οἰκητήριον. ναὸς παρθενικὸς ἐπὶ γῆς ἐγκαινίζεται σήμερον, βασιλικῆς μεγαλοπρεπείας ἔργον ὡς ἀληθῶς πολυύμνητον. ναὸς ἐν μέσοις αὐτοῖς ἀνακτόροις, ἀνάκτορον ἄλλο θεῖον καὶ σεβάσμιον ἀνιστάμενος, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸ παραβολῇ καὶ συγκρίσει, ἰδιωτικὰς οἰκίας ἀποφαίνων τὰ ἀνάκτορα· μᾶλλον δὲ καὶ τῇ ἐνούσῃ λαμπρότητι καὶ ταῦτα περιαστράπτων καὶ φαιδρύνων, καὶ πολὺ παρασκευάζων τοῦ προτέρου κόσμου τιμιώτερα. εἴποις ἂν εἰς αὐτὸν ἰδὼν, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρὸς ἔργον, ἀλλὰ θείαν τινὰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς δύναμιν τὸ κάλλος αὐτοῦ ἐπιμορφώσασθαι. προπύλαια μὲν γὰρ τοῦ ναοῦ περικαλλῆ διεσκεύασται· καὶ γὰρ μαρμάρων διαλευκῶν αἱ πλάκες λαμπρόν τι καὶ χάριεν ἀποστίλβουσαι, ὅλην ἐναπολάβουσαι τὴν πρόσοψιν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα θέσιν, καὶ τὴν τῶν περάτων συνάφειαν τῷ ὁμαλῷ καὶ λείῳ, καὶ τῷ προσηρμόσθαι λίαν ἀποκρύψασαι, εἰς ἑνὸς λίθου

συνῃχεῖαν γραμμαῖς εὐθείαις ὥσπερ ἐπιγεγραμμένην, θαῦμα καινὸν ὁρᾶσθαι καὶ ἥδιστον, τὴν τῶν ὁρώντων φαντασίαν ὑπάγουσιν. ἐξ ὧν ὥσπερ τὰς ὄψεις συνέχουσι, καὶ πρὸς ἑαυτὰς ἐπιστρέφουσι, μὴ ἐθέλειν πρόσω τὸν θεατὴν μεταχωρῆσαι πρὸς τὰ ἔνδοτερα· ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ προτεμενίσματι τοῦ καλοῦ θεάματος ὁ θεατὴς ἐμπεπλασμένος, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρείδων τὰ ὄμματα, ὥσπερ τις ἐρριζωμένος τῷ θαύματι ἕστηκεν. Ὀρφεῖ μὲν οἱ μῦθοι τῷ Θρᾳκὶ κιθάραν κροτοῦσι. κινοῦσαν τοῖς φθόγγοις τὰ ἄψυχα. εἰ δὲ καὶ ἡμῖν ἐξῆν ἐς μύθους ἐκφέρειν καὶ φοβερὰν ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν, εἶπεν ἄν τις, τοὺς προσιόντας τῷ προτεμενίσματι, εἰς φυτῶν ἀποδενδρουμένους φύσιν τῷ θαύματι μεταβάλλεσθαι· οὕτως ἅπαξ τις ἰδὼν δυσαποσπάστως κατέχεται.

Ἐπειδὰν δέ τις ἐκεῖθεν μόλις ἀποσπασθεὶς εἰς αὐτὸ παρακύψῃ τὸ τέμενος, ἡλίκης καὶ ὅσης οὗτος χαρᾶς τε ἅμα καὶ ταραχῆς καὶ θαύματος ἐμπίπλαται. ὡς εἰς αὐτὸν γὰρ τὸν οὐρανὸν ἐπιπροσθοῦντος μηδαμόθεν ἐπιβεβηκώς, καὶ τοῖς πολυμόρφοις καὶ πανταχόθεν ὑποφαινομένοις κάλλεσιν, ὡς ἄστροις, περιλαμπόμενος, ὅλος ἐκπεπληγμένος γίνεται. δοκεῖ δὲ λοιπὸν καί τι ἤδη ἐν ἐκστάσει εἶναι, καὶ αὐτὸ περιδονεῖσθαι τὸ τέμενος. τῷ γὰρ οἰκείαις καὶ παντοδαπαῖς περιστροφαῖς, καὶ συνεχέσι κινήσεσιν· ἃ πάντως πάσχειν τὸν θεατὴν ἡ πανταχόθεν ποικιλία βιάζεται τοῦ θεάματος, εἰς αὐτὸ τὸ ὁρώμενον τὸ οἰκεῖον φαντάζεται πάθημα.

Ἀλλὰ γὰρ χρυσός τε καὶ ἄργυρος τὰ πλεῖστα τοῦ ναοῦ διειλήφασιν· ὁ μὲν ψηφῖσιν ὑπαλειφόμενος· ὁ δὲ

nâ, ſubtilique admodum commiſſurâ obtegant: adeò vt lapis vnus lineis rectis velut inſcriptus (res miraculo noua!) videatur, ſuauiſſiméque intuentium oculos capiant: indeque deuincientes, ac in ſe conuertentes, ſpectantem vetant, ne ad ea tranſire velit, quæ intus radiant: ſed in ipſo Templi veſtibulo, mox adiens præclaro exſuſcitatus ſpectaculo, viſiſq; figens oculum, velut radicibus fixus admiratione hæret. Orphæo Thraci fabulæ lyram aſſignant, eâ pulſandi vi, vt res ipſas inanimes ſonis moueat. Quòd ſi etiam nobis in fabulas veritatem efferre, atque figmento tremendam reddere fas eſſet, dicat aliquis, qui ſacræ Ædis veſtibulum adeant, in plantarum arborumque naturam, miraculo defigente tranſire. Sic qui ſemel conjecit oculos ægrè auellitur, ac ſpectaculo tenetur.

Vbi autem quis vix inde auulſus in ipſum delubrum proſpexerit, quanto qualique gaudio ſimul, & turbatione & admiratione impletur? Tanquam enim in ipſum cœlum nullo vſquam obſtante conſcenderit, multiformibuſque ac vndequaque lucidis pulchritudinibus aſtrorum in morem colluſtratus, in ſtuporem totus agitur: videt urque iam inde emotæ mentis; ipſumque illi delubrum circumgyrare putatur. Quòd enim ſpectator ſuis ipſe, omnimodiſque agitationibus ac continuis motibus circunuerſetur; quod vt illi omnino neceſſarioque accidat, miraculi vndique incurrens varietas facit; in re ipſa quam oculis vſurpat, ſuam ipſe affectionem cogitat.

Cæterum aurum argentumque pleraque ſibi templi loca vendicant. Alterum, teſſellati operis lapillis

oblitum, alterum in tabulas laminasque diductum formatumque: atq; aliud aliudque aliis partibus adhibitum. Hîc columnarum capitella ornata; illic fasciæ ac subligacula aurea: alibi aurum catenis implexum, aut quod auro maius ad admirationem (sacra nimirum Mensa) compositum existat. Loci Altaris portulæ & columellæ argenteæ cum peristyliis, ipsumque coni figurâ diuinæque mensæ impositum tectum, cum fulcientibus illi subiectis columellis cameraque. Varij coloris marmora, quæcunque vel auro non obtecta, vel non intercepta argento, artis opus stupendum, miréque oblectans, reliquis templi partibus ornatum præstant. Pauimenti conspectus, in animalium formas, aliarumque figurarum species multiformi tessellati operis concinnatione efformatus, admirabilem quandam artificis sapientiam exhibet; tantam nimirum, vt verè pueros figmentorumque artifices, Phidias illos, Parasiosque, & Praxiteles, & Zeuxidas arte iis subtiliore coarguat. Democritus, puto, subtili pauimenti opere conspecto, atque hinc conjecturam ducens, haud procul abesse dixisset, quin suas ob oculos versantes atomos inuenisset: sic cuncta plena miraculo. Vnum verò duntaxat mihi peccasse videtur delubri Architectus, quòd in vnum eundemque locum pulchris omnibus congestis, videntem clarè spectaculo frui non sinit, aliis subinde aliò trahentibus, vicissimque auellentibus, nec sinentibus quantum quis velit, eius quod videt aspectu satiari.

Quod me verò præteriit, primum-

εἰς πλάκας ἀποξεούμενος καὶ τυπούμενος, ἄλλος ἄλλοις ἐπιπλαττόμενος μέρεσιν. ἐνταῦθα ἐπικοσμούμενα κιονόκρανα. ἐνταῦθα δὲ διὰ χρυσῶν περιζώματα· ἀλλαχόθι δὲ ταῖς ἁλύσεσιν ἐπιπλεκόμενος χρυσὸς 1, 1.
ἢ χρυσοῦ τι θαυμασιώτερον, ἡ θεία τράπεζα, σύνθημα. ἄργυρος δὲ παρὰ τὰς πυλίδας καὶ στυλίδας τῶν θυσιαστηρίων, σὺν τοῖς περιστύλοις· καὶ αὐτὸς ὁ κωνοειδὴς καὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐπικείμενος σὺν τοῖς ὑφιδρῦσι στυλίσκοις καὶ ὑποφόροις ὄροφος, καὶ μαρμάρων δὲ πολυχρώμων ὅσα μὴ χρυσὸς ἐπιδέδραμεν, ἢ ἄργυρος περιέλαβεν, ἀμήχανόν τι καὶ τερπνὸν φιλοτέχνημα, τὰ λοιπὰ τοῦ ναοῦ διακόσμησιν. ἡ δὲ τοῦ ἐδάφους θέα, εἰς ζώων μορφὰς καὶ σχημάτων ἄλλας ἰδέας τῆς πολυμόρφοις ψηφῖσι διαμορφωθεῖσα, θαυμαστήν τινα τοῦ τεχνίτου τὴν σοφίαν παρεστήσατο. παῖδας ὡς ἀληθῶς καὶ πλασμάτων πλάστας τοὺς Φειδίας ἐκείνους καὶ Παρασίους καὶ Πραξιτέλεις καὶ Ζεύξιδας ἐν τῇ τέχνῃ ἀπελέγξασα. Δημόκριτος εἶπεν, ἂν οἶμαι, τὴν τοῦ ἐδάφους λεπτουργίαν ἐνιδὼν, καὶ ταύτῃ τεκμηρίῳ χρώμενος, μὴ ἂν πόρρω εἶναι τὸ μὴ οὐχὶ καὶ τὰς ἀτόμους αὐτοῦ καὶ ὑπ' ὄψιν πεσούσας ἀνευρῆσθαι: οὕτω πάντα πεπλήρωται θαύματος. ἓν δέ μοι δοκεῖ μόνον ὁ τοῦ τεμένους ἀρχιτέκτων διημαρτηκέναι, ὅτι ἐν εἰς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χῶρον ἅμα πάντα συλλέξας τὰ κάλλη, οὐκ ἐᾷ τὸν θεατὴν καθαρῶς ἐντρυφῆσαι τοῦ θεάματος, ἄλλων ἀπ' ἄλλων ἑλκόντων τε καὶ μετασπώντων· καὶ μὴ παραχωρούντων ὅσον τις ἐθέλει τοῦ ὁρωμένου κορέννυσθαι.

Ὁ δέ με παρέδραμε, καὶ πρῶ-

τὸν ῥηθῆναι ἔδει. ἀλλὰ γὰρ οὐδ' ἐν τοῖς λόγοις τῆς ἱκετείας τὸ θαῦμα παρέχει τῷ λέγοντι καθαρῶς τὸ ἴδιον τελεῖν ἔργον· καὶ δὴ νῦν εἰρήσεται. ἐπ' αὐτῆς γὰρ τῆς ὀροφῆς, ἀνδρείκελος εἰκὼν μορφὴν φέρουσα τοῦ Χριστοῦ πολυανθέσι ψηφῖσιν ἐγγέγραπται. εἴποις ἂν αὐτὸν τὴν γῆν ἐφορᾶν, καὶ τὴν περὶ ταύτης διανοεῖσθαι διακόσμησίν τε καὶ κυβέρνησιν· οὕτως ἀκριβῶς ὁ γραφεὺς καὶ τοῖς σχήμασι τὴν τοῦ δημιουργοῦ περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν ἐπί πως γέγονεν ἐκτυπώσασθαι. τοῖς δὲ περὶ αὐτὴν ὀροφὴν τῆς ἡμισφαιρίου τμήμασιν ἐγκύκλοις, πληθὺς ἀγγέλων τῷ κοινῷ Δεσπότῃ δορυφοροῦντες διαμεμόρφωνται. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς, τῇ μορφῇ τῆς Παρθένου περιαστράπτεται, τὰς ἀχράντους χεῖρας ὑπὲρ ἡμῶν ἐκπεπλώσης, καὶ προξενούσης τῷ βασιλεῖ τὴν σωτηρίαν, καὶ κατ' ἐχθρῶν ἀνδραγαθήματα. χορὸς δὲ Ἀποστόλων καὶ Μαρτύρων· ναὶ δὴ καὶ Προφητῶν καὶ Πατριαρχῶν, ὅλον πληροῦντες ταῖς εἰκόσι τὸ τέμενος ἐξωραΐζουσιν· ὧν ὁ μὲν καὶ σιγῶν, δι' ὧν πάλαι ἀνεφθέγξατο βοᾷ, Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. ὁ δὲ, Ὡς θαυμαστὸς ὁ τόπος οὗτος· οὐκ ἔστι τοῦτο, ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ. ἐπιφωνεῖ δέ τις ἴσως καὶ τῶν οὐχ ἡμετέρων οὐδ' ἐγγεγραμμένων, καὶ ἄκων ἐπιθειάζων τὰ ἡμέτερα. Ὡς καλοί σου οἱ οἶκοι Ἰακὼβ, αἱ σκηναί σου Ἰσραήλ· ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμοὺς, καὶ ὡς αἱ σκηναὶ ἃς ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος.

Πάλαι μὲν οὖν τῷ θεόπτῃ Μωσῇ θείῳ προστάγματι σκηνὴ κατεσκεύασται· θυσίαν τε θύειν Θεῷ ἁμαρ-

que dicendum fuit. Verùm ne inter orandum quidem, Templi miraculum suas orantem clarè partes exequi sinit: ac sanè modò dicturus sum. In ipsâ namque superiori fornice, virilis imago Christi formam præferens lapillorum vario flore depicta enitescit. Dixeris terram inspectare, eiusque ornatum ac gubernationem mente agitare: sic accuratè pictor, gestu & habitu, coloribusque Creatoris erga nos prouidentiam curamque, Numine propensiùs afflante, effinxit. Hemisphærij circa tholum insectis circulis, Angelorum communem stipantium Dominum depicta multitudo: quæ verò ab altaris loco apsis assurgit, Virginis forma splendescit, nostri causâ expansis intemeratis manibus, ac quæ salutem Imperatori præstet, roburque bella fortiter gerenda illi conciliet. Apostolorum chorus atque Martyrum; sanè etiam Prophetarum ac Patriarcharum, egregium templo ornatum, quod pictis imaginibus impleant, afferunt: Horum vnus quis, tametsi silet, quibus olim locutus est, clamat, *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine Virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Alter verò, *Quàm mirabilis est locus iste! non est hoc, nisi domus Dei.* Succinit autem fortè alius, qui nec ipse ex nostris, aut probatis sit, inuitusque nostra deprædicat, *Quàm pulchra domus tua, Iacob; tabernacula tua, Israël! Tanquam paradisi super flumina, & sicut tabernacula quæ fixit Deus, & non homo.*

Christi Imago in summâ fornice.

Angelorũ illi adstans satellitium.

Sanctæ Mariæ, Sanctorumque aliorum Imagines.

Psa. 83. v. 2.

Gen. 28. v. 17.

Num. 24. v. 5.

Olim quidem Dei conspectori Mosi, Dei ipsius imperio tabernaculum excitatum est, ad hostias Deo immo-

landas, ac populi delicta expianda. Sed & Salomoni Regi, Templum deinde Hierosolymis conditum est; opus scilicet aspectu delectabile, ac eiusmodi, vt quicquid eius generis vnquam extiterat, pulchritudine, magnitudine, sumptuositate longè obscuraret. Enimverò quantum fortasse vmbra & figura à veritate rebusque ipsis decedit, tantum illa à Templo, quod nunc fidelis Magnusque Imperator noster extruxit: non eo duntaxat nomine, quòd istud gratiæ ac Spiritus est, illa legis atque literæ; sed quòd etiam pulchritudine ac reliquâ artis concinnitate elegantiâque præ illis meritò primas obtinet.

Ecquis verò breui adeo tempore celeberrimi Templi miracula tentet oratione percurrere; cùm nec ipsum visum, diu multumque legendo, quāquam sensus reliquos celeriori motu longè exsuperat, hæc satis percipere posse ac comprehendere prorsus liqueat. Nihil itaque minore gaudio afficior, quanquam victa oratio est, quàm si illa ad iustæ modum narrationis, rem satis executa esset. Non enim hoc animo constitutum, vt dicendi vim ostentarem, sed vt Templum pulcherrimum esse ac venustissimum, longéque descriptionis leges vincere comprobarem.

Ad Te enimvero, qui conuentus auctor existas, sese orationis cursus verso tramite dirigat. Gaude itaque, Imperator Deo gratissime ac re-
Psal. 101. v. 5. ligiosissime, & renouare, vegetâ tum corpore, tum operibus bonis iuuentute, qui celeberrimi Templi tuæque sapientiæ ac manus, operum Encæ-
Psal. 44 v. 5. nia agas. *Intende, prosperè procede & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.* Deducit enim,

πίας ἐξιλάσασθαι. καὶ τῷ Σολομῶντι τῷ βασιλεῖ ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ὕστερον τερπνόν τι χρῆμα, καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν τῷ κάλλει καὶ μεγέθει, καὶ τῇ πολυτελείᾳ ἀποκρυψάμενος. ἀλλ' ὅσον σκιὰ καὶ τύπος ἀληθείας καὶ πραγμάτων αὐτῶν ὑποβέβηκε, τοσοῦτον ἐκεῖνα τοῦ νῦν ἐξοικοδομηθέντος ναοῦ τοῦ πιστοῦ καὶ μεγάλου βασιλέως ἡμῶν· οὐχ ὅτι ὁ μὲν τῆς χάριτος καὶ τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ τοῦ νόμου καὶ τοῦ γράμματος, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῇ ἄλλῃ τεχνουργίᾳ καὶ δεξιότητι, τὰ δεύτερα φέρεσθαι.

Καὶ τί ἄν τις ἐν οὕτω βραχεῖ τὰ τοῦ πολυωνύμου τεμένους λόγῳ πειρῷτο περιέρχεσθαι θαύματα· ὅπου γε οὐδ' αὐτὴ ἡ ὄψις οὐδ' ἐπὶ συχνὸν χρόνον, καίτοι τὰς ἄλλας αἰσθήσεις τῷ τάχει κατόπιν ἄγουσα, ἐπιλαβέσθαι τούτων οὐδαμῶς ἐλέγχεται κατισχύουσα. χαίρω γοῦν ἔγωγε οὐδὲν ἧττον, εἰ καὶ τὸ ἔλαττον ὁ λόγος ἀπηνέγκατο, ἢ εἰ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέτρον τῆς ἱκανῶς ἐχούσης ἀφίκετο διηγήσεως. οὐ γὰρ τῆς ἐν λόγῳ δυνάμεως ἐπίδειξιν, ἀλλὰ τὸ κάλλιστόν τε εἶναι τὸν ναὸν καὶ ὡραιότατον, καὶ νικῶντα νόμους ἐκφράσεως, παραστῆσαι προῄρημαι.

Ἀλλά μοι πρὸς σὲ ὁ τοῦ λόγου δρόμος, τὸν τοῦ συλλόγου αἴτιον ἐπιστρεφόμενος ἰθυνέσθω. χαῖρε τοιγαροῦν ὦ βασιλεῦ, θεοχαρίτωτε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ ἀνακαινίζου τὴν κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς ἀκμάζουσαν νεότητα· τοῦ τε πολυωνύμου ναοῦ, καὶ τῆς σῆς σοφίας ἔργον καὶ χειρὸς ἑορτάζων τὰ ἐγκαίνια. ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πρᾳότητος καὶ

δικαιοσύνης. ὁδηγεῖ γάρ, ὡς ἔνεστιν ἰδεῖν ἐναργῶς, καὶ ὁδηγήσει σε ἡ τοῦ ὑψίστου δεξιὰ τοῦ κτίσαντός σε, καὶ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων εἰς βασιλέα τοῦ οἰκείου καὶ περιουσίου λαοῦ χρίσαντος. συνευφραίνου καὶ συνανακαινίζου καὶ αὐτός, τῶν ὅσους ἥλιος ἐπεῖδε Καισάρων τὸ ἐγκαλλώπισμα, σοφίᾳ τε καὶ συνέσει τοὺς ἔμπροσθεν παρευδοκιμῶν· καὶ τῇ θείᾳ σε ψήφῳ, ἀλλὰ μὴ σπουδαρχήσαντα, μηδ᾽ ἀνθρωπίναις περιδρομαῖς τὴν τηλικαύτην ἀρχὴν ἀναδέξασθαι. συνευφραίνου τοίνυν καὶ συνανακαινίζου τῷ μέτοχόν σε προσειληφότι καὶ κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐπὶ κοινῇ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀρχομένων, καὶ ἀξίως τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας καὶ ἀψευδεστάτης ἀγαπήσεως. διὰ γὰρ τῆς ὑμετέρας δυάδος ἡ Τριὰς εὐσεβῶς λατρευομένη τε καὶ προσκυνουμένη, τὴν ἑαυτῆς πρόνοιαν εἰς πάντας ἐξαπλοῦσά τε καὶ διαπορθμεύουσα, σοφῶς παιδαγωγεῖ καὶ διακυβερνᾷ τὸ ὑπήκοον.

